Teneant: Occupauerint. Diſcum: Diſcus eſt rotunda moles: cuius iactu iuuenes interſe certare ſolebant: qui aut altius in ſublime: aut longius in tractũ iacerent. Simulac: Ideſt cum primum. Increpuit: Nimio impetu miſſus: nam cum magna ui iacitur: ſtridorem facit per aerẽ. In media oratione: Ideſt interrupta oratione: ut apud Virgilium. Incipit effari: mediaq; in uoce reſiſtit. Vnctionis: Ideſt cauſa palæſtræ: Virgili⁹. Exercent pingues oleo labente palæſtra. Leuiſſimam delectationem: Scilicꝫ diſci. Vtilitati: Diſputationi. Vt ipſi ferũt: Hoc ideo dixit: ne ipſis aſſentire uideretur. Ocium autem: Hactenus reſpondit ad id: quod de loci cõmoditate dixerat. Nunc de ocii cõmoditate. Quod de ocio dicis: aſſentior: ſed ſi te ſequimur: nullum ex hoc ocio fructum capiem⁹. Contẽtio.

Intentio: ut Cicero in hortenſio: magna animi contentio: ideſt intentio animi. Relaxatis: Tranſlatio ab arcu: nam cum intentus eſt laborat: cuꝫ remiſſus requieſcit: & huic ſentẽtiæ ſuffragatur herodot⁹: qui refert de quodã rege græco: qui Nitrocis appellabatur: dicit enim cum a prima hora uſq; ad tertiam iura ſuis ciuibus redderet: Interrogatus a familiaribus. quid nã ita faceret? Reſpondit græce. Si nunq̃ ceſſes tendere: mollis erit: quod Ouidius in heroidibus ſine dubio mutuatus eſt. Lælium et ſcipionem: Exemplo probat ocium non negocium eſſe debere: ſed relaxationem animi: quod Lælius & Scipionẽ feciſſe legitur: cũ ſe a rei. p. laboribus: laxare uolebant. Is:

Scilicet ſocer meus Scæuola. Fannius & Scæuola generi fuerunt Lælii: hic autem Scæuola ſocer erat huius Craſſi. Ruſticari: Rus colere. quotienſcunq; rus peteret Scipio: etiam cum illo ꝓficiſcebatur Lælius. Repuereſcere: Honeſte dictum eſt ad pueritiam redire: ut idem Cicero libro de ſenectute: ut ex hac ætate repuereſcam: & in cunis uagiam. Tanq̃ ex uinculis: Quemadmodũ equi faciunt: qui diu coerciti cum remittuntur ſe relaxãt.

Concas legere: Pro colligere: ſicut Valerius dicit. Concas: & calculos in caietæ littoribus: atq; laurenti legebant. Vmbiliculos. Eſt oſtrei marini genus: ſic dictum: quod in umbiliculi modum ſpetioſe ſuauiterq; coeat: et eiuſmodi oſtrea in littore legebant. Sic enim res: Recte quidem inquit dicis: ocium nobis datum eſſe: ſed fructus ocii eſt: a labore deſiſtere. naꝫ ideo ruſticari ſolemus: ut animum noſtrum a labore relaxemus. Quod nunc etiã facit: & per ſimilitudinem oſtendit. Aues enim ad tempus nidificant: & ad tempus a labore deſiſtunt: neq; enim ullum animantis genus ĩ perpetuo labore perſiſtere poteſt. Procreationis atq; utilitatis: Videlicet ubi pariãt: in quibus hibernentur. Fingere: Componere. Conſtruere: Hædificare. Effecerint: Cum ex parte nidificauerint. Leuandi. Remittẽdi.

Paſſim: Varie. Solutas: Ideſt liberatas ab opere. Forenſibꝰ: Vt in priuata re amicorum. Vrbano opere: In publica adminiſtratione ciuitatis. Geſtiunt: Exultant: nam geſtire eſt geſtu: & motu corporis lætitiam animi ſignificare: Virgilius. Et ſtudio incaſſum uideas geſtire lauãdi.

In cauſa curiana: De qua ſuperius dixit: ubi agebatur de hæreditate curii: cum Craſſus teſtatoris uoluntatem: Scæuola teſtamenti ſcriptum defenderet. Nam ſi unq̃: Facete & Vrbane: ſicut mos erat Craſſi. conſtat enim ipſum fuiſſe urbaniſſimũ. Nullum teſtamentum: Hæc autem dicebat Craſſus in Scæuolam quaſi per illuſionem: quia Scæuola ita plene ſcribendũ eſſe dicebat teſtamentum: ut ab eo ne punctum quidem diſcedi oporteret. Non audeo: Quaſi dicat uix audeo dicere propter grauitatem tãtorum uirorum: ſed tamen dicaꝫ quod ſcæuola narrare ſolebat. Niſi qđ: Quaſi dicat o Scæuola: ſi nemo cõdere teſtamentum ſcit preter te: neceſſe erit: ut ad te omnes ueniamus. Igitur: Si ſemper ſcribendis teſtamentis occupatus eris: quando negotcis publicis operam dabis: & rem. p. adminiſtrabis: quando amicorum & tuum priuatum negocium ages? Nihil ages: Ideſt ocium habebis: ac ſi diceret: quando tibi licebit ab omni re gerenda laxare animũ? Tum illud: Si qs eſt: qui aliquãdo a labore non deſiſtat: hic mihi nullo pacto libertate uti uidetur. Quid? Scilicet hæc uerba ſuæ orationis attulerit: ut ex his uerbis oſtenderet ſuam ſemper fuiſſe ſententiã: ut animũ ſuum a labore nõnunq̃ laxaret. Huc: In tuſculanũ. Quid? Hæc dixi: cuꝫ aduerſus Craſſuꝫ orationem intenderem. Nam qđ: Nũc aliam rationem Catulli confutat: ꝙ uidelicet dicebat: ſe non ineptum eſſe ꝑter perſonarum dignitatem: propterea ꝙ hi homines tales erant: ꝙ uitã nullam ſine litteris eſſe dicebant. Nos eos: Sicut dixiſtis: litterarum eſtis ſtudioſi: propterea ego minus audeo diſputationem ſuſcipere inter tales uiros: nam cuꝫ uos audiatis: nihil dicere poſſem ſine reprehenſione: qđ ĩ cultũ

esset: siue iniocundum. Deterreret: Ideſt dehortaret. Nam ut: Reddit rationem: & auctoritate utitur Lucilii. dicebat enim: scripta mea neq; ab indoctissimis: neq; a doctissimis legi uellem: nam indocti non intelligerent: doctissimi uero fortasse: plus intelligerent q̃ uellem: ita & ego potius apud rusticos disputationem habere uellem. hunc autem locum mutuat⁹ est Plinius in epistola ad Domitianum in p̃fatione naturalis historiæ. Alteri: Indoctissimi: qui doctrina carent. Alteri: Doctissimi. Ipse de se.

Scilicet intellexisset: qui scripserat. Persium: Nolis intelligere persium: cui⁹ satyræ extant: sed multo ante hic fuit & hæc uerba sunt Lucilii: q dicebat: non curo legere persium. Nihil ad persium: Ideſt nihil persio cõpendus. Hominum: Romanorum. Lælium: Hic est Lælius: qui introducitur a Cicerone de amicicia disputans. Sed nihil: Ac si diceret: nihil litteratus.: si ad persium spectes. i. compares. Virgilius: si ad uitulã spectes: nihil est quod pocula laudes. Sic: Pari ratione. Multo minus: Scilicet disputatio apud rusticos..

TVM CAESAR: Sunt qui uelint hic incipere secundũ caput hui⁹ tractatus: nec absurde quidem: nam est quasi quædam œconomia: ideſt præparatio ad Antonii disputationem: & dicit: opæ precium esse audire Crassum disputare recusantem: sed inutile esse Antonium impedire ꝓpatum dicere. Nauasse: Studiose implesse: & absoluisse: ut ait Seruius: qui huius loci utitur exemplo: ergo nauasse ideſt perfecte implesse operam. Est autem uerbũ tractum a celeritate nauium. Nam: Pro quia Crassus dum disputare recusat: quodã modo disputat. Periocũda: Valde iocũdissima. Sed: Quã uis placuerit audire Crassum disputare recusantẽ: non propterea Antoniuꝫ impedire debemus disputare paratũ. De eloquentia: Scilicet quid sentiat. Ego uero: In hoc sermone Crassus affirmat: nec se: nec Antonium disputaturos esse: nisi prius fidem dederint apud se illo die mansuros: quod illi non sine quadam urbanitate promittunt. Et ipse obmutescam: Ideſt silentium faciam. Quid nam inquit? Et anteq̃ diceret quod uellet Crassus: interrupit orationem Catullus. Sitis: Pro maneatis. Tum cum: Cum suspensus animi nesciret Catullus quid faceret (nam promiserat fratri se apud eum eo die futurum) tum Cæsar frater pro utroq; respondit.

Ille: Scilicet Catullus. Dubitaret: Ideſt suspensus: & incertus esset: quid ageret. Quod: Ideſt quia ꝓmiserat se futuꝝ apud fratreꝫ. Pro utroq;: Scilicet pro fratre: & pro mè. Sic faciemus: Ideſt erimus hodie apud uos. Me teneres: Ideſt etiam si uerbum nullum a uobis habereꝫ: tamen me teneres. Vt: Pro quãuis: sic enim apud idoneos ĩuenitur significare, ut famulos dicas: homines tamen esse memento: ideſt q̃uis. Hic Catullus: Catullus: qui uidit adeo promptum fratrem fuisse respondere etiã pro eo cur promiserat se apud eum eo die futurum: risu prosecutus est hanc fratris promptã ꝓmissionẽ. Præcisa: Sublata: ut dubitare non possiꝫ: Arrisit: Ideo arrisit: quia tam prompte ꝓmisit. Dubitatio: Et qa nihil est quod dubitem: nam fratri ꝓmiseram: & ideo famulis meis nõ ĩpaueram: ut triclinia pararent: sed necapud fratrem: cui promiseram cœnare

possum. nam ipse Crasso promisit: ideo omnino apud te o Crasse me esse oportet. Imperaram: Vt sterneret triclinium: ubi accūberem⁹. Et hic: Scilicet frater meus: cui promiseram me affuturum. Sine mea sentētia: Idest priusq̄ exploraret: quid ego uellem. Tum omnes: Postq̄ Crasso uterq; promisit: se apud eum eo die futuros: omnes ī Antoniū cōuersi sunt: expectantes: ut disputationem inciperet. In hoc autem capite continetur: quō Antonius disputationis suæ partes assumit. In quo docet rhetoricæ facultatem p̄claram esse: artem uero semiplenam. Audite: Intelligimus Antonium hæc dixisse per iocum: quæ de se ipso loquitur. Coniecerunt: Idest conuersi sunt. Ille: Scilicet Antonius. Hominem: Iocatur. Erudi tum: Omnia per Ironiā dicta sunt. Vult enim Antonius credi se huiusmodi græcorum studiorum imperitum esse. Ego enim inquit sum: qui audiuerim homines eruditos. Et eo quidē: Et hic locus est captandæ beniuolentiæ: nec tamen a ioco discedit: ac si diceret. cum auditor mihi sit adeo eruditus: libenter disputabo. naz ipsi eruditi magistri disputationē: & erudit⁹ auditor intelliget. Subtilitatem elegantiamq;: Scilicet disertæ orationis: Cui non solum: Ac si diceret: qui non solum latina lingua cæteris p̄stet: sed etiaz in aliena tantuz ualeat: ut in ea princeps esse putetur. Sed tamē: Quamuis Catullus sit adeo eruditus: ut non solum latinæ: sed etiam græcæ linguæ primas partes consecut⁹ sit: tamen ego tanq̄ discipulus docebo: & hæc omnia per iocum dicta sunt. Vnde etiam risus consecutus est. Hoc totum: Quod dicturus sum artificium. Artificium: Artis præceptio. Studium: Vsus & exercitatio dicendi. Nisi os: Idest nisi adhibita sit oratio: & instrumentū posuit pro re. Docebo: Itez iocatur. Quod. Plane iocum ostendit: ubiq; enim uult credi se imperitum esse huiusmodi studiorum. De omni genere: De omni qualitate artis rhetoricæ. Hic: Pro tunc cum dixisset uos discipuli. Arriserūt: Res enim ridicula erat spondere se dicturum: quod nō didicisset. Res de qua disputaturi sumus. Facultate: Quid inter artem: & facultatem intereſt: uideamus. sic enim facile intelligere poterimus: cum alicuius rei artem præcipimus: necesse ē nos aliquid consequi. Quare id: quod ex arte præcipitur facultas est: ut Cicero ī arte ueteri ostendit. materiam inquit artis hanc esse dicimus: circa quam oīs ars: & ea facultas: quæ ex arte conficitur: uersatur: ergo facultas est ipsa eloquentia: ars uidelicet est rhetorica. Facultate: Eloquentia. Mediocris: Quia semiplena ars est huius facultatis. Nam non proprie ars ē rhætorica: quēadmodum & sentit: & docet Antonius: & ideo mediocris dixit. Præclara: Quia cæterarum artium facultates eloquentia uincit. Ars enim: Et probat a diffinitione: & est syllogismus ex omni parte perfectus. Ars est earum reruz: quæ scientia cōprehendūtur: at uero rhetorica in rebus incertis uersatur: non igitur ars est. quod ita sit propositio ipsa per se patet artem esse earum rerum quæ sciunt: atq rhetorica est earum rerum: quæ incertæ sunt. fortasse prima assumptio: quam minorem dialectici appellant: īdiget approbatiōe: ergo Antonius p̄bat esse de rebus opinabilib⁹ & īcertis. Oīs actio: Idest officium. nam officium est congruus actus uniuscuiusq; p̄sonæ

ſecundum mores ciuitatis. ſed ſi officium eſt ars: ergo omne officium actiõe continetur: officium autem oratoris eſt appoſite dicere ad perſuaſionem: perſuaſio autem fit ex uulgi opinione: ergo non eſt de rebus certis officiuꝫ: ſiue ars oratoris. ꝙ non fiat ſcientia: ſed opinionibus: ſæpe auditoribus perſuadet orator non ueris: ſed ueriſſimilibus: non certis: ſed ꝓbabilibus. quare hoc intendit: uidelicet rhetoricam magis opinionibus: q̃ ſcientia contineri.

Nam & apud eos: Poſſumus enim perſuadere quæ falſa ſunt. adeo rhetorica eſt de rebus incertis: ut plerũq; eos: qui audiunt: decipiat: at rhetorica ſi eſſet ars: eſſet de rebus certis. nam ſi eſſet de rebus ueris: auditoribus niſi uera perſuadere non poſſet. Quæ neſcimus ipſi. Quod orator ſæpe dicat quæ ipſe neſciat: manifeſtum eſt: quippe cum dicat: quæ ipſe a cliẽtibus acceperit: nam ſi clientes: pro quibus dicit: falſa docuerint: neceſſe eſt: ut dicat: quod neſcit. Alias: Alio tempore. Apud eos: Scilicet iudices: apud populum: apud contionem: apud ſenatum. Iſdem de rebus: Quia modo hoc: modo illud iudicabunt: quare neſciunt auditores quæ dicit orator: quia modo una: modo alia ratione ſuadet: aut diſſuadet. Iudicant: Quantuꝫ ad populum & iudices. Sentiunt: Quantum ad ſenatum: ubi ſententia dicit̃. Et nos: Nunc neceſſario probat Antoni9: eã eſſe de rebus ĩcertis: cum duo inter ſe oratores contendunt: & alter affirmat: & alter negat: oportet alterum falſum dicere: ergo ars non eſt de rebus certis. Nos: Scilicet oratores. Non modo ut Craſſus: Vt alter neget: alter confirmet: ſed etiam ut eadem de re alius aliud dicat: & alius aliud ſentiat, & hoc in coniecturali conſtitutione fit: cum alter inſtat eſſe factum: alter uero negat. Sed etiam: Sed etiam cum accidit: ut uterq; de eadem re alius aliud dicat: uidelicet cum factum conceditur. Hoc autem in iudiciali: aut in legitima cauſa fit. Eadem de re: Quia factum conceditur: ut occidiſti matrem: occidi: ſed iure. Alius aliud: Alius iure: alius iniuria factũ dicit. Ita: Etiã in legitima: nam alius ſcriptum: alius ſcripti uoluntatem defendit. Cum alterum falſum neceſſe: Neceſſe eſſet unam ſententiam eſſe ueram: alteram uero falſam. Alterutrum: Nunc de duobus: nam neceſſe eſt: aut ex duabus unam partẽ ueram eſſe: uidelicet cum factũ inſtat alter: alter negat: aut ex pluribus neceſſe eſt unam tantũmodo ſententiam eſſe ueram: cum uidelicet ſcriptum: aut legem multis & uariis ſententiis interp̃temur: ergo alterutrum dixit de duobus: unum de pluribus. Vt igitur: Poſtq̃ probauit artem non eſſe rhetoricam: nunc contendit: Poſtquã oſtendimus inqt quid nam ſit facultas rhetoricæ: non plenam: ſed ſemiplenam eſſe: ita de ipſa loquemur: ut de re: quæ in opinione potius: q̃ in ueritate conſiſtat. Nixa: Firmata mendacio. Quæ ad ſcientiam: Ideſt cum in ueritatẽ aliquando non ueniat: neq; auditor: neq; orator: ſed uterq; nõnunq̃ mentiat̃: is dicẽdo: ille uero audiendo. Venire Eſt in aliqnam rem ſponte ſe conferre. Incidere caſu: nunc ergo dicit non ſæpe uenit: ſed incidit orator dicẽdo: auditor credendo: quia nõnunq̃ orator dicendo in ueritatem incidit: auditor audiendo: ergo quia non conſtat ratione: ars autem ratione conficit̃: igitur ars non eſt rhetorica. Opiniones: Cum aut ueriſimile: aut ꝓbabile aliquid

dicatur. Errores: Subiunxit errores:quia ꝓbabile:aut ueriſſimile ſemꝑ dicit orator:nec ſolū hoc in re falſa:ſed etiā in uera ſemper ſeruatur:nihil.n. impedit orator:quid homines opinentur:duꝫ modo ſe eis accomodet. Au cupetur: Callide inueſtiget:quia: ſatis habet orator modo illis quod uelit ꝑ ſuadeat. Ita dicam ſi cauſam: Quaſi dicat fortaſſe: quia profiteor me di cturum de rebus incertis:mea oratio uobis non eſt audienda. Nos uero:

Nunc introducit reſpondentem Catullum pro ſe:& cæteris: qui ad audien dum parati erant:dicens ſe magnoꝑe putare hac de re audiendū eſſe: quam Antonius propoſuerat: uidelicet non eſſe artem plenam: ſed ſemiplenam.

Nulla oſtentatione: Ideſt qꝑ pure ac ſimpliciter locutus es:nec ut ingeni um tuum oſtentes:ſed ut rei ueritatem explices. Exor ſus enim non glori oſe: Sen ſus eſt:dediſti principium non arrogans: ſed ueritati propinquius: q̄ dignitati:non oſtentatiōe uſus es in exordiendo:ſed nuda: ac ſimplici ueri tate: nam alii in exordiis magna quædam magis q̄ uera polliceri ſolent.

Non glorioſe: Sicut ſolent hi: qui magis præclara quædam: q̄ uera pol licentur. Dignitate: Quod uulgo facere ſolent:ut ī exordiis ſuis digni tatem quandam proponant:ut attentos auditores habeant. Vt igiť: Er go quandoquidem uobis uidetur cauſam eſſe cur de hac re audiatis: quam ego non magnopere artem eſſe dico: Incipiamus nunc ſententiam noſtrā api re. De ipſo genere: Ideſt facultate rei: & uniuerſa re:ſcilicet rhetorica.

Non eſſe: Ideſt non eſſe magnopere artem dicendi id quod ſequitur.ſ.

Non maximā: Quaſi dicat ſemiplenam. Peracuta: Callida. Per tractandos: Perquirendos:& inueſtigandos. Excipiendas: Ideſt captan das:& obſeruandas uoluntates hominum. nam excipere eſt dolo circunueni re:orator autem nihil aliud agit: niſi ut uoluntas hominum excipiat. Ad contractandos animos hominum: Nam facilius eſt perſuadere auditoribꝰ: quod ſentiunt:q̄ quod nō ſentiūt. Si quis: Si hanc artem maximam ēē quis dixerit:ego etiam cum illis ſentiam: ſed tamen genus & facultatē nūq̄ artem eſſe maximam conceſſerim. Et enim: Illud confirmat:concedam inquit hanc artem eſſe:diligenter cognoſcere animos hominum: ut ad opini ones eorum accomodetur oratio. nam ex oratoribus prodeunt ad dicenduꝫ: alii conſuetudine:alii exercitatione:ergo hoc ipſum:quod per exercitationē: ſiue conſuetudinem quandam efficitur: ſi quis in quandam artem rede ge rit:non erit abſurdum illam dicere artem. Temere: Inconſulte. Terētiꝰ: Vide ne quid temere agas:ideſt incōſulte. Ratione: præceptione. Pro pter exercitationem:& cōſuetudinem: Idem dicit:& eſt iteratio ex diffiniti tione.Exercitatio enim nihil aliud eſt:q̄ aſſiduus rei cuiuſdā uſus. Aīad uerterit: Ideſt diligenter conſiderauerit:& excogitauerit. An exercitatio:

An exercitatio:an cōſuetudo Quod: Videlicꝫ ipſaꝫ exercitationē:nā ex ercitatio facit:ut homines alii aliis melius dicāt. Toto genere: Ideſt v ni uerſa re:& facultate dicendi. Atq̄ utinam: Vellem inquit Antonius:ut quemadmodū in actione:ita in diſputatione explicare poſſem.nam cum cau ſas ago:uideo quid ſit illud:quod alii aliis melius dicant ergo fatetur Anto nius ſe in agendis cauſis melius uidere: quid agendum ſit:q̄ in diſputatiōni

bus explicare: & reperire quẽadmodũ orator facere debeat. In foro & in cauſis: Ideſt in cauſis forenſibus: quia cognoſco: & quodãmodo contẽplor.

Exponere: Explicare. Sed de me uidero: Scilicet quantum in ea re explicanda ualeã. Nunc hoc ego: Redit ad illud. Præclarius: Quia hæc facultas aliarum artium dignitatem exuperat. Nam ut uſu dicẽdi:

Hic incipit nunc hanc facultatem dicendi per comparationem cæterarum facultatum extollere: cum eam aliis anteponat. Quotiens autem aliquid laudamus: id ab honeſto: ab utili: a iocundo laudamus: duo nunc cõplectit Antonius. Dicit enim q̃ ſit utilis mihi nunc p̃termittendũ uidetur: ſed ſi quærimus uoluptatẽ: & iocunditatem: cæteris omnibus anteponetur. Vſum.

Vtilitatem quanta eſt utilitas eius facultatis: ut qui in ea p̃ſtantes ſunt: hi in omni re.p. domini eſſe poſſint. Paccata: Ideo dixit paccata: quia ĩ ciuitate: quæ ſeditione laborat: nõ uerbis: ſed armis diſceptatur: ergo. Paccata: Sine ſeditione. Libera: Nam in ciuitate: quæ alicui ſeruit: parẽdũ eſt uni: non perſuadendum. Libera: Que nullius imperio ſubiecta ſit.

Auribus: Voce: & cõpoſitione orationis: & uerborũ. Mentibus: Magnitudine: & uarietate rerum. Quis enim? A iocunditate ſiue delectatione ſumit argumentum. Cantus: Inter ſermonem: & contionem medio cris. Artificioſa concluſione: Ideſt clauſula periodi: quæ certis quibuſdã numeris conficitur. Qui actor: Ideſt mimus & iſtrio: qui plerũq; nec res ueras agit: nec ueriſſimiles. In ſuſcipienda: Quia quãuis orator uera nõ dicat: tamen hoc debet eſſe propoſituꝫ: ut nunq̃ falſa defendat. Subtili?: Perſpicatius. Illuſtrata cumulataq; : Nihil aliud eſt: q̃ ornate loqui: & copioſe dicere. Ornate: Duo iſta cõprehendit. ſ. illuſtrationem uerborũ: & cumulationem rerum. Huius eſt: Oratoris inquit eſt: & in curia dicere ſententiam ex dignitate ſenatoria: & in contione populum aut torpeſcentem excitare: aut ſeuientem cõprimere: & in foro defendere ĩnocentes: & accuſare ſontes: tria hæc: quæ diximus: his uerbis Cicero cõplectitur. In dando cõſilio: Ideſt in conſultando de re.p. Cum dignitate: Scilicet ſenatoria.

Explicita: Expoſita. Incitatio: Ad ultionem improborum: uidelicꝫ langueſcentem populum ad improborum ultionem incitare uituperãdo ĩp bos. Effrenati: Scæuientis in bonos. Moderatio: Compreſſio. Eadem: Scilicet facultas eloquentiæ. Fraus: Iniuria. Integritas: Innocentia. Quis cohortari? Hoc loco: tria quæ: ſupra dixit genera cauſaruꝫ: oratoris propria eſſe dicit. nam & cohortari ad uirtutes: & reuocare a uitiis deliberatiui generis eſt: quod in ſenatu ſæpe tractatur. deĩde laudare bonos: & uituperare malos demoſtratiuo generi cõuenit: quod ad populum frequẽter agitur. Cupiditatem frangere: Iudiciale genus innuit: a quo nõ ualde diſtat conſolando lenire moerorẽ. nam qui in iudicio nocentes defendit: ſine dubio conſolatur moeſtos: ſed hoc dixit: ut amplius aliquid oratori attribueret: q; non ſolum inſontes defenderet: & ſontes accuſaret: ſed etiam miſeros conſolando iuuaret. Illud autem aĩaduertendum eſt: Antonium ſentire: quod in ſequentibus apparebit: nec hortando populum langueſcentem: nec obiurgando ſcæuientem: nec conſolando mœſtum in nullo genere cauſaruꝫ

esse: quin etiam Antonius negat demõstratiuum genus non esse. nam Antonius hoc facit: ut se huius artis imperitum ostendat. Reuocare: Cum aliquid suademus: & honestuꝫ esse ostendimus: & ab omni turpitudine alienũ: Ergo cum hoc dicit: sine dubio deliberatiuũ genus ostendit. Ardentius: Cupidius. Acrius: Vehementius: ut acrior ad pugnam redit. Accusando: Scilicet nocentes: & defendendo insontes. Quis mœrorem? Ecce postq̃ dixit frangere cupiditatem accusando: addit mœstos consolari: sed tamen hoc dixit Antonius: ut aliquid amplius oratori attribueret. ut modo dicebam. Mœrorem: Quia: ut supra dixit: defendere innocentes: est sine dubio mœstos cõsolari. Mitius: Lenius. Quis leuare? Scilicet potest.

Historia uero: Hoc loco ostendit oratoris proprium esse: historiam litteris cõmendare: uel etiam oratione sua populo narrare res gestas antiquoruꝫ: & est pulchra diffinitio historiæ ex eo quod efficit. Hæc enim omnia: quæ ĩ hac descriptione continentur: sunt quidam historiæ effectus. Testis tẽporum: Quia digerit ætates. Lux ueritatis: Quia res gestas clarissimoꝝ uirorum aperit. Memoria: Quia uetera conseruat. Magistra uitæ: Quia uirtutes & uitia proponit. Nuntia uetustãtis: Quia antiqua repsentat. Qua: Scilicet uoce. Immortalitati: Idest sempiterna commendatione donatur. Nam si qua ars: Nunc probat quod proposuit: si alia ĩquit ars hoc efficere posset q̃ rhetorica: non esset proprium oratoris: sed quia non potest: ergo ad oratorem tantũmodo spectat. Nam si qua est ars alia: Si alia ars dicẽdi præceptionem dat: q̃ rhetorica: aut hoc ipsum: quod rhetorica facit: alius cuiuspiam artis est: aut id ipsi cum alia arte conuenit: sed nulla alia ars tale aliquid docet: aut alicui arti hoc conuenit: necesse est ergo hanc præceptionem dicendi nullius artis esse: q̃ rhetorice: & id est quod hoc loco dicit. Alia: Idest alius cuiuspiam artis. Verborum faciendorum: Propter elegantiã: quæ nos facit propriis: & planissimis uerbis uti. Deligendorũ: Ex aliis auctoribus: poetis: atq; scriptoribus. Formare: Ex suis partibus. s. ex exordio: narratione: diuisione: confirmatione: confutatione: & conclusione. Variare: & distinguere: Idest fingere: & ornare. naꝫ ex ornationes uerborum: & sententiarum uersicolorem picturam imitantur.

Verborum: Scilicet exornationes: quæ uerborum & sentẽtiarum sunt.

Verborum: Ad id quod dixit uariare. Sententiarum: Ad id quod dixit distinguere. Via: Idest ratione. Virgili?: Fata uiaꝫ inuenient: idest rationem. Ab hac arte: Scilicet rhetorica. Argumentorum: Propter inuentionem. Inuentio enim: est rerum uerarum: aut uerissimiliũ. Descriptionis: Sunt qui ita intelligant locorũ dispositionis: ut tres partes rhetoricæ facultatis tetigerit. s. eloquutionẽ: ĩuentioneꝫ: & dispositionem: qua disponimus: & ordinamus res inuentas: ut suo quæq; loco apte pronuntietur: sed sine dubio totũ hoc historiæ cõuenit. Quod ipse Cicero haud multo post declarat: cum dicit rerum ratio: temporum ordinem considerat: & regionuꝫ descriptionem. Hoc: Scilicet quod docet rhetorica. Alienum: Alius cuiuspiam artis. Esse cõmune: Idest ipsi cum alia arte conuenire. Sed si. Nunc id efficit: quod intendit: sicut in argumento diximus. Hæc etiaꝫ

neq; aliena est: neq; alicui arti cõmunis præceptio dicendi: ergo in rhetorica facultate uersat̃: sed si uersatur: iam cæteri artifices: si quid bene locuti sũt: quod oratoris est proprium: effecerunt: hoc autem dicit: ut respondeat illi obiectioni: non si mathematicos grãmaticos: & cætera. In hac: Scilicet facultate rhetorica. Ratio: Idest ars. Doctrina: Idest facultas: quæ ex arte proficiscitur. Eius unius: Scilicet facultatis. Si qui: Scilicet artifices periti docti aliarum artium. Sed ut orator: Sensus est: quẽadmodum inquit orator cæteras artes sua: ita suas artes cæteri artifices facultate rhetorica exornãt. Eas: Scilicet artes. Cognouit: Scilicet ab his: qui eas artes profitentur optime. Potest dicere: Quia hoc idem Crassus disputauit. Homines: Scilicet eruditi. Illa sua: Quæ didicerunt. Si quid ab hac arte: Scilicet rhetorica facultate. Neq; enim si de rusticis: Ecce quod ab initio dixit: q; etiam si alii bene locuti sunt de artibus suis: tamen quod est propriũ oratoris: effecerunt. De rebus rusticis: De agricultura: ut Lucius columella: cato: ut Varro: qui omnes de agricultura elegãtissime scripserunt. Id quod: Scilicet fecerunt. Diserte: Acute. explicite: & dilucide. De morbis: Vt Cornelius celsus. Si de pingendo pictor: Vt apelles: qui teste Plinio in naturali historia tradit: olympiade centesima. xii. picturæ plura solus prope: q̃ cæteri omnes contulit: uoluminibus etiam editis quæ doctrinam eam continerent. Dixerit: Scilicet non solum uiua uoce: sed litteris etiam mandauerit. Ingeniis: Idest quia homines multa suopte ingenio percipiunt. Sensus est homines pro acritate ingenii id cõmodi ex rhetorica facultate capiũt: ut artes: quas nunq; didicerĩt: eas tamen scire quodãmodo uideant̃. In qua: Scilicet eloquentia. Eo. Idest ideo. Vis: Idest uirtus: quia multa suopte ingenio consequũtur. Doctrina: Illarum artium. Generum: Vt philosophiæ. Atq; artium: Quæ ex ipso genere manant: cuius tria sunt genera: ut physices: ethices: & logices. ab ethica: politica: œconomica: & monastica. nam illa quidẽ genus est: sed regere ciuitatem: & gubernare rem familiarem artes sunt. Sz quod cuiq; ppriũ: Sensus talis est: omnium artium proprietas ex suo fine proficiscitur: sed rhetorica facultas hoc amplius: naz cætere artes sine eloquẽtia suum munus explent: at rhetorica sine eloquentia suum nomen retinere non potest. Proprium: Idest omnium artium proprietatem: uidelicz qd sit cuiusq; artis officium. nam una quæq; ars suum habz officium. ut uerbi gratia. Medici est officium curare apposite ad sanandum. At oratoris ppriũ est apposite dicere ad persuadendum: & quod proprium est medici fieri pẽt sine eloquentia: sed quod est oratoris: sine eloquentia non potest ex fine ipius artis. nam cognito ipsius artis fine: tunc denicq; cognoscitur officium: sine fine artis cognosci non potest: ergo recte finis ab ipso officio ducitur: & officiũ a fine: ut medici officium est apposite sanare: sed medicinæ finis est curatione sanare. pari ratione oratoris officium est dicere apposite ad persuadendum: finis autem rhetorice facultatis est dictione persuadere. Qui quæq; docẽt: Scilicet quid sit finis cuiusq; artis. Munus: Idest suum officiũ explẽt. Orator: Idest orator sine eloquentia suum nomen retinere non potest:

ex quo sequitur: ut cæteri artifices ab oratoribus: non ergo a cæteris artibus orator dicere discat. Hic: Scilicet orator. Domesticis copiis: Ideſt suis ipsius dicendi præceptis: quæ rhetorica facultas sūministrat. Tum Catullus. In hoc sermone Catullus admiratur Antonium: quæ naꝫ ille de laude oratoris dixerit: & simul ei assentitur: benedicere proprium esse oratoris munus. deinde Crassus iocabundus cōcludit: quod Antonius uno noctis curriculo orator mitior factus sit: q̄ solebat. dicit autem Catullus: tanta uis est orationis tuæ: & ita eleganter eloquentiam laudas: ut nemo hanc tuæ orationis continuationem impedire debeat. Ego tamen non possum me continere præ nimia lætitia: ut plautus ille in trinumo. Non enim possum: Scilicet me continere. Cursus: Continuatio. Interpellatione: Interruptione. Ignosces: Scilicet si te interpellauero. Ille: Scilicet Plautus. Patiere:: Quia p̄ lætitia me continere non possum: quin exclamem simul admirans: quæ naꝫ de ui: ac laude oratoria a te dicta sunt p̄stantissime. Cū: Ideſt partim. Vim: Ideſt uehementiam: & uirtutem. Subtiliter: Ideſt diserte. Copiosissime: Ideſt & subtilitate: & copia usus es ī laudādo oratorem. Quod: Videlicet laudare eloqnentiam. Vel: Pro etiā.

Optime: Non mediocriter: sed optime. nam si eloquentis est laudare quem uoluerit: quanto magis est laudare ipsam eloquetiam: & continuo reddit rationem: cum eam assecutus sis: ut alios optīe laudare possis. Debꝫ enim ad eam laudandam. Ecce ratio: debet enim ad eam laudem illam ip̄aꝫ adhibere quā laudat: ut cum eloquentia laudet: eloquentiam laudare non debet: nec potest. Sed perge: In prima parte dialogi admiratur Antonius: q̄ p̄clare dixit de ui oratoris. Nunc uero se ei assentire dicit: benedicere esse proprium oratoris. Perge: Prosequere: & perseuera: ut Virgilius. O dea. si prima repetens ab origine pergam. Porro: Deinde. Vestrum: Scilicet oratoris. Diserte: Acute: & dilucide. Idq̄: Vt bene loquatur.

In alia arte faciat: Vt si quis in aliqua arte bene locutus fuerit: non suū esset: sed aliunde sumptuꝫ scilicet a facultate rhetorica. Alia arte: In grāmatica: dialectica: arithmetrica: astrologia. Aliunde: Scilicet a facultate rhetorica. Nec proprio: nec suo: Ideſt nec sibi nec arti suæ accomodato.

Et Crassus: Crassus hic iocabundus respondet Antonio. Nox: Ideſt spaciuꝫ noctis. Expoliit: Erudiit: Hominem: Ideſt būanuꝫ: quia antea te horridum reddebas nobis: & asperum: qui eum operarium dicebas.

Hesterno sermone: Ideſt hesterna disputatione. Vnius cuiusdam operis: Ideſt laboris: quia descripseras nobis oratorem tanq̄ remigem: & uectorem: qui operam dat pro pecunia: & qui onera uehenda mercede suscipit: ergo ut inquit operarii: & remiges onera uehenda mercede suscipiunt: ita etiaꝫ oratoreꝫ dicebas. Baiulum. Ideſt uehectorem: qui humeris onera portat. Humanitatis: Ideſt disciplinæ: quia uolebant tantūmodo oratoris officiuꝫ in usu quotidiano esse. Inurbanum: Ideſt agrestem: & insulsum. Tū M. Antonius: O Crasse non intellexisti cur ea usus fueriꝫ oratione aduersus te. ego enim id agebam: ut orationem tuam refellerem: & hos discipulos a te alienarem. Hos a te discipulos: Scilicet Cottam & Sulpitium: & per

locum discipulos Crassi appellat. Abducerem: Alienarem: ut Virgili⁹. Iam pridem a me illos abducere Thestylis orat. Nunc: Sed nunc quia accesserunt ad hanc disputationem audiendam: & Catullus: & Cæsar: qui & ipsi eruditissimi sunt: nō agendum mihi existimo: ut tibi contradicam: sed ut meam de hac facultate sententiam explicem. Catullo: & Cæsare: Scilicet doctissimis uiris. Sequitur ergo: Quandoquidem probauimus hanc non artem proprie dici: sed semiplenum quodam artificium: deinde ostendimus hanc facultatem cæteris artibus esse anteponendam: sequitur ut de oratoris officio loquamur: & est tertium caput huius tractatus: quod uidelicet ī iudiciali: & deliberatiuo genere causarum uersatur: & quare nulla sint ī demōstratiuo genere præcepta necessario danda. In foro: Apud iudices.

In oculis ciuium: Scilicet in senatu: & contione. Quid negocii: Idest quæ materia sit illius. Numeri: Idest quod officium eius sit: scilicet apposite dicere ad persuadendum. Heri: Hesterna disputatione: cuius partes fuerūt Crassi. Distributione: Diuisione artis. Quid ipse sentiret: Idest quæ sua sententia esset: nūquid laudaret: an uituperaret. Ab illis: Scilicet rhetorib⁹. Neq; sane: Et nihil me fefellit Crassus: q; aliter sentiret: & aliter diceret: cū diuisit materiā in duplicem: scilicet thesim: & hypothesim. Duo primum genera: Idest unum infinitum: & unum certu3: & mira quædam copia Ciceronis est: nam idem sæpe aliis atq; aliis uerbis dicit. Infinitum: Videlicet quod in duplici quæstione materia uersatur: scilicet thesi: & hypothesi. nam thesis est quæstio sine circunstantiis: quam dialectica tractat. Hypothesis: est quæstio cum circūstantiis: quam rhetorica considerat. Infinitum: Thesim infinitum appellat: in qua nullæ circūstantiæ sunt: locorum: rerum: & personarum: ut quis .i. persona: quid .i. quæ res. ubi: locus: in quo loco res gesta sit: quibus auxiliis cu3 considerātur auxilia. Quomodo: Qua occasione: quæ quotiens nō uenerint in quæstionem uel omnia: uel aliqua earum: infinitu3 est. Generatim: Quia quæstionum aliæ sunt indiuiduæ. aliæ speciales. Inter generaliter: & generatim hoc interest: qa generaliter ē: cum dicimus uniuersaliter. generatim: cu3 p singulum gen⁹ de aliqua re loquimur: ut uerbi gratia: nunquid oratori expetenda esset eloquentia? iam esset quæstio specialis: non indiuidua: si quis diceret: expetenda ne sit Scipioni: tunc erit finita. Expetendi: Hic nec p sonæ: nec rei circunstantiæ sunt. nam bonorum: alii sunt consulatus: alii censuræ. sed si dixisset: expetendi ne Scipioni sunt honores consulatus: dixisset & rem & personam. Certum: Quæstionem hypothesim. In quo qd in personis: Hic ostendit causam uidelicet hypothesim duplicem esse: speciale: & indiuiduam: quēadmodum dicebam: ut si quæreretur: utrum uiro forti petendus sit honos: causa constituta est: sed non diffinita: constituta est causa: quia honos: & uir fortis habent in se personam: & rem inclusam: sed in certam. Quod si dicam: an cōsulatus est petend⁹ Scipioni? tūc eam diffiniero: & supra dicta specialis: hæc uero indiuidua dicitur. In personis: .s. Scipioni. In re: Consulatus. In foro: Quantum ad iudiciale genus causa4. i. in forensibus causis: quæ aguntur a ciuibus. Diceptatiōibusq;

Hoc pertinet ad deliberatiuū genus cauſarum: quia in ſenatu ſententiæ dicuntur diuerſæ inter eos: qui de aliqua re diſſentiunt. Ea: Quæ ptinēt ad cauſas & deliberatiuū genus. Ordinanda: Inſtituenda controuerſia. Inſtantis: .i. accuſantis. Deprecantis: .i. defendentis. In conſilio: Quod eſt proprium deliberatiui generis: conſulere enim eſt in conſuetudine ſuadentis: & diſſuadentis. Nam illud tertium: Nunc quaſi rationem reddit Antonius: cur duo tantūmodo genera cauſarum poſuerit: quibus oīs materia: ſiue quæſtio formatur. hanc quæſtionem .ſ. infinitam: & certam: ut ſuperius uidiſtis: tria illa genera informant .ſ. demonſtratiuū: deliberatiuū: & iudiciale. ſed quia Antonius duas ſpecies tantūmodo propoſuerat: nūc reddit rationem cur tertiam non adiunxit .ſ. demonſtratiuū. Illud tertium: Videlicet demonſtratiuū: ſicut poſtea ipſe declarabit interrogante Catullo. Vt audio: Semper in eo perſiſtit: ut oſtendat Antonius non legiſſe philoſophos: ideo dixit ut audio. Extat librum rhetoricæ ariſtotelis. nam cū athenis Ariſtoteles philoſopharetur: Iſocrates autem rhetoricam doceret: & maior diſcipulorum numerus ad iſocratem concurreret: inuidia motus cœpit de eloquētia: & arte rhetorica ſcribere. Hæc: Præcepta rhetoricæ artis. Illuſiſſet: Scilicet ſcribendo. Minus neceſſarium: Quā iudiciale: & deliberatiuum. Quid nam? .ſ. eſt illud tertium: quod dicis. Laudatiōes: .ſ. demonſtratiuum genus: in quo laudationes tractantur. Ita īquit Antonius: Reſpondet Antonius illud eſſe: & nunc dicit: quare minus neceſſarium eſſe uideatur illud genus: & illa duo ſufficiant ad orationez informādam: nec tamen negauerim inquit: quin laudatio ſit tractanda. In eo genere: .ſ. laudis: Cū in funere matrē noſtram o Catulle laudaſti: & cū ego: & cæteri omnes: qui affuerunt: te laudantem audiuerimus: magnope delectati ſumus. Affuerant: .ſ. exequiis. Hunc honorem: Laudationuz in funere: quia prima fuit popilia: quæ laudationē in funere habuit. Sed non omnia: Ratio hæc eſt: quæ me adducit: ut tertium genus addere nolī: q̄ uidelicet non omnia: quæ ab oratore tractantur: ſunt reuocanda ad artem rhetoricaz, multa enim per ſe orator conſequi poteſt ſine rhetoricæ artis præceptione. Sine arte & præceptis: .i. ſine præceptis artis, Endiadis ē. Iiſdez fontibus: Quia ſi quo modo elocutio fiat didicerimꝰ: multa ſunt: quæ Iiſdem fontibus elocutionis ſine aliis præceptis exornare poterimus. Elocutionis enim tres partes ſunt. Elegantia: cōpoſitio: dignitas. Ex quibus. .ſ. compoſitiōe: elegantia & dignitate. Licebit &: Vt ex his fōtibus exornemus etiam laudationes: ut propterea non debeamus hoc quaſi quoddam genus a cæteris ſeparare. Elementa: Principia. Quis eſt qui neſciat? Breuiter omnia percurrit: quæ ſunt quaſi quædam ſemina: & principia laudandi. Quæ gratia: aut fortuna: Verba Craſſi: quibus uſus eſt in oratione contra collegaz. C n. domitium: cum quo cenſor fuerat. Nam orta inter eos altercatione obiecit Domitius Craſſo: q̄ hymetias colūnas in porticu domus habuerit: quez cū cōtinuo Craſſus: quāti ipſe domum ſuaz æſtimaret: interrogaret: atq̄ ut reſpondit ſexagies ſextercio: quanto ergo eam minore fœnore æſtimas: ſi decem arbuſculas inde ſuccidero? ipſe tricies ſextertio īq̄

domitius. Tunc Craſſus: uter igitur luxurioſior eſt. ego ne: qui decem co lũnas centum milibus nũmum emi: an tu: qui decem arbuſcularum umbrã trities ſextertium ſumma cõpenſas? Quæ uero: Hoc in exordio poſuit Craſſus: ac ſi diceret de his rebus: quæ natura: uel fortuna parãt: pati æquo animo poſſum: me ſuperari a domitio. i. in rebus naturalibus & fortuitis. In rebus autem animi: non patiar. Natura darent: Vt bona corporis: cõmoda uidelicet: & incommoda: ut robur: uelocitas: ualitudo: dignitas: hiſq; cõtraria. Fortuna: Quæ externa bona appellantur: ut educatio: diuitiæ: poteſtates: ciuitates: pecuniæ: & cætera eiuſmodi. hæc enim ſunt fortunæ potius: q̃ uirtutis: nec ſi quiſpiam ea minus conſecutus fuerit: uituperandus ẽ. Neq; enim induſtria: aut uirtute: ſed fortuna cõparantur. In his uero .ſ. in bonis animi: quæ conſilio: & ratione conſtant: ut prudentia: iuſtitia: fortitudine: & temperantia: & cætera huiuſmodi. In his rebus: .ſ. naturæ: & fortunæ: in quibus ſe uinci pati poſſe dicebat Craſſus. In his rebus: .ſ. animi: in quibus dicebat ſe uinci pati non poſſe: facile inuenientur ſemina.

Qui laudabit: Nam duo genera ſunt bonorum: ex quibus laudes ducũtur: ſicut totidem: quibus e contrario uituperationes ſumuntur. Vnum bonorum: quod ad animum pertinet: alterum ad corpus: ut uires: uelocitas: dignitas: & quæ ſunt contraria his: ut ibecillitas: deformitas: tarditas: quæ ꝓpterea appellantur corporis: eo q̃ nobiſcuꝫ ſunt. Bona autem externa dicũt. quæ nec ad animum: nec ad corpus pertinent: q̃ in fortunæ poteſtate poſita ſunt. Generis: Quibus maioribus natus ſit. Pecuniæ: Pauper: an diues. Propinquorum: Vtruꝫ propinquis abundet: an careat: q̃tũ ad nobilitatem: uel ignobilitatem. Amicorum: Quibus amicis utatur: bonis: an malis: quietis: an ſeditioſis. Opum: Vtrum opibus polleat: an e cõtra.

Valitudinis: Vtruꝫ bonæ ualitudinis: an e cõtra. Formæ: Ad dignitatem pertinet corporis: formoſus: an informis. Virium: Robuſtus: an ĩfirmus. Ingenii: Acuti: an obtuſi. Corporis: Vt antea cõmemorauimus: uires: & cætera. Extraneæ: Vt genus: propinqui: amici: pecuniæ: et eiuſmodi. Si habuerit. Si laudare uoluerimus aliquem: qui hæc bona habuerit dicemus: bis ſapienter uſum fuiſſe. Si non habuerit: dicemus æquo animo caruiſſe: ſi amiſerit: fortiter tuliſſe: ſed ſi quando habuerit: & poſtea amiſerit: moderate tuliſſe. nam media: ſunt nec bona: nec mala: ſed pro ratione utentis: ut diuitiæ non ſunt malæ: ſed ratione utentis. nam ſi quis diuitias habuerit: & his bene: & liberaliter uſus fuerit: bene diſtribuendo: laudabitur. ſin autem profuſe: uituperabitur. Moderate: Cum moderatione.

Deinde quid ſapienti: Poſtq̃ de bonis externis: & corporis dixit. nũc de bonis animi loquitur: deinde etiam bona animi laudabimus in eo: queꝫ laudanduꝫ ſuſceperimus. Bona animi: ſicut ſcitis: a quattuor fontibus manant. A prudentia: fortitudine: iuſtitia: & temperantia: & a partibus earum: quaꝫ nõnulla Cicero in perſona Antonii declarat. Sapienter: Quantum ad prudentiaꝫ: quæ eſt uirtutis pars: quia omnis uirtus: in quattuor genera diuiditur. Liberaliter: Pertinet ad continentiã: nam ſicut auaritia contraria eſt temperantiæ: & continentiæ: ita etiam liberalitas. quẽadmodũ tẽpãtia

obſiſtit auaritiæ.eodem modo de liberalitate intelligimus. Fortiter: Manifeſtum eſt ad fortitudinem pertinere. Iuſte: Ad iuſtitiam. Magnifice: Ad fortitudinem. Pie: Ad iuſtitiam pertinet.nam pietas: & gratia in naturali iure continentur. Naturale ius: diuiditur in pietatem: religionem:gratiam:& uindicationem:& reliqua. Humaniter: Ad iuſtitiam ꝑtinet. Fecerit: Aliarum uirtutum eſt. Tulerit: Magis fortitudinis ẽ. Fortitudo .n.in ſuas partes diuidiť:in fiduciã:patientiã:perſeuerantiam: & cætera. Hæc & quæ ſunt: Nunc quaſi concludit: quãdoquidẽ hæc ipa ꝑ ſe ultro ſe offerunt laudare uolenti: non ſunt in aliquo genere ponenda: ne omnia:quæcunq; orator dixerit: ſub rhetoricæ ꝓceptis cohercere uelim⁹.

Laudare: Laudanda. Et uituperare: Vituperanda. Cur igitur Catull⁹? Quandoquidẽ inquit Catullus:tu quoq; Antoni fateris hæc:quæ ad laudem pertinent:accidere poſſe oratori:ut tractanda ſint: tametſi dicis eſſe minora illis duobus:cur non etiam hoc in ipſis generibus ponendum ẽẽ cenſes?Reſpondet Antonius:multa eſſe in oratore:quæ nõ tamen præceptis ullis continentur.Ita etiam in demonſtratiuo genere dicaꝫ:quando accidere poteſt:ut aliquis uituperandus ſit:uel laudaudus. Quia ineſt in ratiõe: .i.quia in numero·& ordine rerũ dicendarum ab oratore continet. Hoc tertium: .ſ.demonſtratiuum. Non enim: Hæc ratio reddiť a Catullo: cur non ſit tollendum:ſi nullam aliam rationem habes: ꝙ hoc cæteris nõ an numeres:quod facile eſt:non mihi ratio ſatis ualida uidetur. Eo: Ideſt ideo. Si eſt facilius: .ſ. reliquis generibus. Excerpendum: Tollẽdũ.

De numero: Scilicet generum. Quia nolo inquit: Reſpondet Antonius.ratio hæc eſt:cur nolim hoc:quod pertinet ad uituperationeꝫ: & laudationeꝫ:cæteris generibus annumerari:quia omnia:quæ poſſunt accidere oratori:ut peragenda ſint: non debent quaſi propriis præceptis indigeant: in facultate rhetoricæ artis iſeri:quia ab aliis generibus uenire poſſunt. & ad anguſtum nimis omnia redigerentur:ſi nihil cuiq;:niſi præceptis propriis: dicere liceret. Quæ cadunt: .i. incidunt dicenda oratori.quemadmodum inquit omnia:quæ dicunť pene infinita ſunt:ſi unicuiq; ſua præcepta eſſẽt tradenda:ſequeretur ut etiam præcepta eſſent infinita. Suis præceptis: .i.cuiuſq; rei propriis:hoc eſſet nimis cohercere oratorem:ut nihil diceret: niſi propolitis cuiuſq; rei præceptis. Nam & teſtimonium: Multa cõmemorat: quæ Catullus his annumerauerat: Mihi neceſſe fuit in Sextum Titium. Ecce probat exemplo:non omnia præceptis propriis eſſe inſtruenda. nam ſæpe contingere poteſt: ut oratori ſit dicendum teſtimoniuꝫ: pro uerbis eius neceſſe eſt: ut præcepta tradantur teſtimonii. Ergo pari ratione nec demonſtratiuum genus præceptis ſuis uidetur mihi ĩdigere. Ac curatius: diligentius:& exquiſitius. Vt mihi etiam: .i. q̃is demõſtratiuum genus ſit reliquis generibus facilius:tamen non eſt excerpenduꝫ.ad illud reſpicit:quia ſi hoc fateremur:infinita eſſent præcepta: quæ in reruꝫ numero poſita ſunt. In ſextum titium: Seditioſum ciuem: ob legem agrariam in tribunatu ſuo latam:ob quam rem populo gratioſus erat: ſed tamẽ imago ſatnrnini in domo eius inuenta ita uniuerſam contionem in eum ex

acerbauit:ut ſuffragiis omnium opprimeretur. Seditioſum: Seditiones mouentem:quia illecebris legis agrariæ uniuerſum populum aduerſus ſenatum incitabat. Turbulentum: .i.populi animum miſcentem:hoc ē turbascientem. Quibus: Scilicet conſiliis. Pro re.p. Ideſt pro utilitate rei.p. Contra rem.p. Quia non pro utilitate cōmuni: ſed pro priuatis opibus id faceret. Diu retentus ſum: Scilicet a ſenatu: aut in diſputatione. Multa audiui: Ab interrogantibus:uel contradicentibus. Multa reſpondi: Sicut fieri ſolet:cum teſtes examinantur. Reſpondi: Ecce q̄ obrem exemplum ſui ipſi⁹ poſuit: cur dixerit accurate: quia accidere poteſt: ut oratori dicendum ſit teſtimonium: ergo præceptum teſtimonii tradere oportet. Præcipias: Præcepta des de eloquentia. In arte: Quaſi teſtimonia in arte contineantur. Quid? .ſ. dicis o Catulle de mandatis legatorum:quotiens ipſi a ſenatu:populoq̄.ro.aut ad impatorez:aut ad regē: aut ad populum aliquem mittuntur:aut e contrario.nunquid etiam de mādatis præcepta traduntur: ut de his:quæ dicturi ſunt præcepta accipiāt? nō ſane. Si qđ ſæpe ſūmis uiris: Quia legationibus p̄ficiuntur uiri auctoritate digniſſimi. Imperatore: .i.duce exercitus. Ad regem: Cōtra quem bellum gerat:ut ad Mitridatem:Antiochum:& Pruſiam. Ad populum: Vt Athenienſem:& Carthaginenſem:qui & ipſi aliquando rerum poti ti ſunt. Hoc genere: Scilicet exponendorum mandatorum. Accurati ore: Diligentiore:& exquiſitiore. Etiam pars hæc cauſarum: .ſ. mādatorum:ut dicamus:uerbi gratia mandatiuum genus cauſaruz. Propriis: Vt propria præcepta tradantur. Minime uero: Reſpondet Catullus:qa poterit orator in eiuſmodi cauſis:ſiue teſtimonium: ſiue mandata exponēda fuerint:facultatem habere. Nam orator ex cæteris generibus cauſarum præcepta habebit parata:ut mandata inſtruere poſſit. In huiuſmodi rebus: .i.in teſtimoniis:& legationibus. Inſtruenda: Munienda. Ex cæteris rebus: .i.ex cæteris generibus cauſarum. Cæteris: Quæ ab aliis generibus accipiuntur. Ergo item inquit: Nunc concludit a ſimili Antoni⁹: Poſtq̄ probauit multa eſſe:quæ non indigent propriis præceptis: ergo inqt de laude:& uituperatione dicem⁹:non eſſe cauſam: cur hoc genus in cæteris annumeres. Quæ agenda: Videlicet laudationis:& uituperationis eſſe.

Oratoris eſſe: Quæ ad oratorem pertinet. In diuiſione: .i.in ſpeciebus rhetoricæ:nam partes pro ſpeciebus poſuit.ut cum dicimus pars ſequit ſuum genus:ita etiam ſpecies ſequitur ſuum genus:ut animal genus eſt:ſpecies eſt homo.quicquid eſt animalis:eſt & ſpeciei.nam ſpecies:& pars:nullam ferme differentiam habent. Partium: Specierum:eædem dicuntur genera cauſarum:q̄ omnis cauſa ſub uno genere cauſaruz cadat neceſſe ē.ſpecies: & genera dicuntur:quia ſicut dialectici docēt: aliud eſt ſpecies ſpecialiſſima: & ſpecies ſubalterna. Rurſus:aliud eſt genus generaliſſimū:aliud genus ſubalternum.Nam ſpecies ſpecialiſſima genus eſſe non poteſt. item genus generaliſſimum: non poteſt eſſe ſpecies: ut ens. ens autem ſub nullo ponitur: q̄ omnia contineat:& a nullo contineatur.animal: ſi reſpicias hominem:bouez: & leonem: genus eſt.idem partes appellari poſſunt:ſupradicta ratione: ſz nō

est genus generalissimũ: ut si dicam. Animal est substantia animata: hic animal species substantiæ. Deinde sunt genera: sed non generalissima. naz si causas considerabueris: recte dicentur genera: quibus causæ subiiciuntur: quia oĩs causa: siue individua: siue specialis sit: sub uno horum genere cadat: necesse ẽ ædem species erunt rhetoricæ: quia facultas est genus. Partium: Idest specierum: quia in diuisione non est ponenda species: in qua laus contineat.

Non minus diserte: Acute: & ornate. Quãq̃ in lite: .i. in iudiciali genere causarum: siue in deliberatiuo. Obiurgatio: cohortatio: consolatio: Obiurgare improbos: laudare bonos: cohortari ad uirtutem: deterrere a uitiis: uel dolorem consolando lenire: altioris cuiusdam sententiæ est: q̃ rhetoricæ: quod ad philosophiam moralem. i. ad ethicam pertinet. Obiurgatio: A uitiis deterrendo. Cohortatio: Ad uirtutẽ incitando. Consolatio: Dolorẽ leuando. Præcepta: .s. rhetoricæ facultatis. Præcepta: Propria intellige: quia non sua propria ad eas res accomodari debent præcepta: sed quæ ex aliis generibus causarum sumuntur. Rhetorica autem tota est in generibus suis: ergo species rhetoricæ artis est. Ex artificio: .i. a rhetorica. Plane inquit Catullus: Hactenus docuit Antonius: nec testimonia: nec legationem: nec cohortationem: nec obiurgationem: nec consolationem ꝓpria habere præcepta: quibus tractari debeant. Nunc quidez hoc de historia confirmat: non esse in tractanda historia propria rhetoricæ artis præcepta.

Age uero inquit: De historia inquit dicamus. Qualis: .s. optimi. Et quanti: Ac si diceret: maximi: & cum admiratione potius: q̃ interrogatione legendum est. Si ut græci: Catullus respondet Antonio: dicẽs. O antoni sũmi hominis est scribere historiam. Si ut græci: .s. si quæris quemadmodum græci scripserunt: latini uero: non ita. Sũmi: .s. hominis esse scribere historiam. Si ut nostri: Sed si quæris: quemadmodũ nostri. s. romani ueteres historiæ scriptores res gestas memoriæ tradiderũt: idest primi: qui prisco illo: & horrido dicendi modo scripsere annales. Satis est non esse mendacem: .i. uera scribere: Quia proprium est historici: nec falsa scribere. nec uera conticere. Satis est ergo: siue ueteres illos scriptores respiciamus: qui nonduz elimatiori stillo usi sunt: sed prisco illo: & horrido modo.

At qui ne nostros contemnas: Quia dixistio Catulle: si græcos respicia mns sũmi hominis est: si nostros: non esse opus oratoris. Tibi dico: nõ esse cõtemnendos nostros: quin græcos quoq; in eo numero habeas. nam quẽadmodum prisci scriptores latini rudes fuerunt: itidem etiam in græcis scriptoribus reperies. Sic: Videlicz: nil artificiose: nil elaborate. Vt noster Cato: Princeps portiæ familiæ: qui de originibus romanis libros scripsit: in q bus magna pars historiarum romanarum continebatur. Vt pictor: ut piso: Hi omnes uetustissimi fuerunt historiæ scriptores: quorum testimonio frequenter utitur Liuius. Annalium confectio: .i. nihil aliud erat: q̃ explicatio rerum singulis annis gestarum: ubi nulle rationes continebantur: nec orationes arte habitæ: has græci χρωνικας uocant. nam χρονος græce: latine tempus: uel annus est. Inde χρωνικαι. i. annales Gellius libro. v. noct. att. historiam ab annalibus: ita quorundam testimonio differre facit:

q̄ cuiꝰ utriuſq̄ ſit rerum geſtarum narratio: earum tamen proprie rerum ſit hiſtoria:quibus gerendis interfuit is:qui narret. Annales uero eſſe:cum res geſtæ plurium annorum obſeruato cuiuſq̄ anni ordine: deinceps componũ tur. Sed clarius ea differentia concipitur ex. Li. Sempronii Aſellionis primo oſtendentis:quid inter annales:& res geſtas interſit. Veruꝰ inter eos inquit:q annales relinquere uoluiſſent:& eos qui res geſtas a romanis perſcribere cona ti eſſent omniũ reruꝰ hoc interfuit. Annales libri tantũmodo quod factũ quoquo anno geſtum ue ſit demonſtrabant Nobis non ſatis eſſe uideo qđ factum eſſet: id pronũciare:ſed & quo conſilio:quaq̄ ratione geſta eſſent. & infra aſellius. Nam neq̄ alacriores ad rem.p. defendendam:neq̄ ſegniores ad rem perperam faciũdam annales libri cõmonere quicq̄ poſſũt. Cuius rei. Vis cognoſcere ita eſſe:q̄ ī ſcribenda hiſtoria nihil aliud requirebatur. com prehendere poſſumus:quia hoc officium ſcribendi maximi pontificis fuit. poſtea uero diligentius ſcriptum eſt. Cuius rei: Scilicet annaliũ. Me moriæ retinendæ cauſa. Ideſt rerum publicarum. Ab initio: Ideſt ab urbe condita:ex quo res romanæ geri cœptæ ſuut. Ad. C. mutiuꝰ: Naꝰ a .C. mutio cœperunt eſſe diligentiores in ſcribendis hiſtoriis. Res omnes ſingulorum annorum. Declarat quid ſint annales. Efferebat: Pro p ferebat: ut Virgilius. Cœſtus pater extulit æquos. In album: Album pro prie dicitur tabula:ubi populi romani ſcribebãtur actiones. Proponebat: Ideſt in publicum proferebat: ut omnibus:qui eam legere uellent: pateret. Domi: Scilicet pontificis. Cognoſcendi: Scilicet res geſtas litteris de mandatas. Hanc ſimilitudinem ſcribendi: Declarat quid dixerit maxi mi:quia nihilo expolitiores fuerunt uetuſtiſſimi græcoruꝰ ſcriptores:Nã & ipſi tantũmodo memoriæ mandabant hiſtorias: nec maiori arte ſcribebant. Hanc: .ſ. pontificum. Ornamentis: Ideſt exornationibus uerborũ: & ſententiarum. Monumenta: Hiſtorias:ut Virgilius. Tum genitor uol uens ueterum monumenta. i. hiſtorias. Hominum: Ideſt a quibus res ge ſtæ fuiſſent:ut a Scipione contra Hãnibaleꝫ. Temporum: Quãdo geſta ſunt. i. quibus conſulibus tunc exiſtentibus. Locorũ: Vbi res geſtæ ſint: an in Italia:an in Africa:ut Scipio in Africa belluꝫ geſſit. Rerum geſtaꝝ: Scilicet quid geſtum ſit. Itaq̄: Redit ad propoſitum: ut oſtendat nihi lo laudabiliores græcos fuiſſe ſcriptores:q̄ romanos. Phærecydes: Syrius fuit: Baſis filius:pythaciq̄ auditor:ac pythagoræ præceptor:primꝰ omniũ de natura:& diis apud græcos tradidit:& primus: ut Cicero in quæſtionibꝰ Tuſculanis ſcribit:animos hominum ſempiternos aſſeruit. Idem teſte Plinio libro. xii. naturalis hiſt. Proſam orationem primus condidit tempore Cyri regis:floruit regnante Tullio hoſtilio. Helamicus & Vſilas: hi apud græ cos priſci hiſtoriarum ſcriptores fuerunt:ſicut apud nos Cato:piſo:& Fabius pictor. Qui neq̄: Ne dum ipſi potuerunt ex arte loqui: ſed nec artem q deꝫ tenuerunt. i. neſciebãt: quibus rebus ornetur oratio. Modo enim huc iſta ſint importata: Dum modo inquit ad hanc ætatem noſtram memoria rerum geſtaꝝ referatur:nihil p̄terea requirunt:& nihil aliud laudanduꝫ pu tant p̄ter breuitatem. Importata: Quaſi quodãmodo uidetur modum

illum horridiorem imitari: dum modo ad hanc ætatem facta ista uetęq; referantur: ut cognosci possint: satis habēt. Importata: Relata. Huc: Ad hanc ætatem. Paulo succrescit: Ideſt post. C. scæuolam historiam scribere cœpit cælius antipater: qui paulum altiꝰ scribendæ historiæ stiluꝫ euexit.

Paulo: .i. ad altiorē stilum se euexit: & continuo declarat: dicēs. Maiorem sonum: Ideſt grandiorem dicendi characterem. Cæteri: Ante cælium antipatrem: non fuerunt exornatiores: quia satis habebant dūmodo rē gæstam narrarent. Est inquit Catullus: Respondet Antonio Catullꝰ: dicens. assentior tibi: sed tamen nec iste: de quo loqueris: omnia consecutus est in scribenda historia: quæ requiruntur. Distinxit: Variauit. Varietate locorum: Quia regiones describendæ sunt ei: qui historiam componit: ut chorographiæ non sit ignarus. Varietate: Descriptione regionum.

Verborum collocatione: Ideſt compositione: quam compositionem uerba apte locata conficiunt. i. illam dignitatem orationis: quam compositioneꝫ appellant. Tractu: Ideſt tenore quodam dicēdi: translatione sumpta a filante. nam ut mulier filum trahit: ita etiaꝫ scriptor tenore quodam deducit ea. quæ scribendo prosequitur: ut Cicero in Lælio. Alium quoddam filum orationis tuæ expectamus:. Leui: & æquabili: Ideſt tenui: & uniformi: ac simplici. Perpoliuit: Translatio sumpta est a fabro: qui opus suū primo fabricatur: deinde politius reddit. Doctus: Ad scientiam. Neq; aptus: Ideſt eloquens. Dolauit: Translatio itęq; a fabris: cum ipsi etiam materiarum asperitates explanant: edolare dicuntur. eo uerbo usi fuut antiq scriptores: ut uarro. Nunquid librum nō edolem: pro edolabo? quia post edolationem sequitur expolitio. Superiores: Scilicet historiæ scriptores: ut Catonem: Pictorem: & Pisonem. Minime mirum inquit: Respondet Antonius. minime est mirandum: si nondū temporibus suis romani scriptores omnes numeros sunt consecuti: propterea q̄ romanorum nemo eloquentiam discebat: nisi ut in foro causas agere posset. At uero græci studiosissimi fuerunt: iidem & ociosi. Minime mirum: Quia res ipsa non ualde a nostris tractata fuit. Ista res: Scilicet scribendi historias. Nostra: Scilicet romana. Nemo enim studet eloquentiæ: Nisi quatenus causas in foro tractare possit. In causis: atq; foro: .i. in causis forensibus. Eluceat: .i. clarior euadat in forensibus causis tractandis. Apud græcos autem. Sed apud græcos non ita: multi enim uiri p̄stantissimi: qui eloquentia cæteros anteibant: se ab administratione rei publicæ separarunt: & se totos ad scribendum historias applicuerunt. Res illustres: Ideſt politias scriberet: ut de re militari: de omni administratione ciuitatis: & de cæteris mēoratu dignis: ac disciplina uiuendi. Nam & herodotum: q̄ ita sit: græcos a rebus ciuilibus o nnino remotos historiam scribendam suscepisse: probari potest. nā herodotus maximꝰ ī historia scribenda: nunq̄ causas in foro tractauit. est autem testimonio Quintiliani: dulcis: candidus: & fusus. Scripsitq; historiam: ut Plinius refert. xii. naturalis hist. Anno urbis romæ tricētesimo. x. Prīceps: Ideſt primus: ut Virgilius. Princeps ardentem coniecit lampada turnus: ideſt primus. Accepimus: Intelleximus. Tanta est eloquentia: .ſ. He

rodotī. Quantum ego: Hoc dixit reſpiciens ad illud: quod ubiq; uult uideri Antonius non ualde litteris græcis eruditus eſſe. Poſt illum: .ſ. tempore: & non dignitate. nam Quintilianus hunc Herodoto anteponendnz cenſet: fuit enim eodem teſte denſus: & breuis: ac ſemper ſibi inſtans: compa raturq; Saluſtio: quemadmodū Herodoto Liuius: ex quo ſequitur Saluſtiuz Liuio eſſe meliorem. Dicendi artificio: Videlicet præceptione dicendi ſecundū præcepta rhetoricæ artis. Dicendi artificio: Propter narrandi cōmoditatem. Ita creber: Propter contionū ſubtilitatez: quia nemo unq̄ artificioſius ſcripſit contiones: q̄ Thucydides. Frequenti: .i. ut quot uer ba: tot ſententias ipſius oratio contineat. Conſequaṫ: Adæquet. Preſ ſus uerbis: Non potuiſſet melius exprimere. ita aptus: & preſſus: ideſt ita elegans: & ſubtilis. Cicero de officiis: pulchritudo corporis apta compoſitiōe membrorum. i. eleganti. Idem in hortenſio. Quis autem te: aut in diſſinien dis: explicandiſq; ſententiis preſſior? ideſt ſubtilior. Atqui: Quāuis tan tū dicendo ualuerit: tamen nec ipſe quidem cauſas egiſſe legitur. In re. p. Fortaſſe minus mirum eſt de herodoto: qui nunq̄ rei. p. adminiſtrationez geſſerit: nec cauſas egerit. at uero de Thucydide mirū eſt: qui rem. p. geſſit: ſicut ipſe ſcripſit: quia p̄fect⁹ Claſſis miſſus eſt aduerſus Thracas. Et hos libros: Nam cum hiſtoriam Peloponneſiaci belli ſcripſit Thucydides exula bat lacedæmone .A re publica remotum: .i. cum eſſet in exilium pulſus. Id qnod optime: Et dicere audent optime omnium geſſiſſe rem. p. athe nis: unde omnes ferme optimi in exiliū pulſi ſunt. Id quod optimo cuiq;: Propter exoſtraciſmon. i. decem annorum relegationez. legimus enim apd⁹ Plutarchū omnes ferme: quorum opes libertati obfuturæ uidebantur: a po pulo athenienſi exoſtracizatos. i. ad tempus in exilium miſſos: ſicut Alcibia des: ſicut: Themiſtocles: Ariſtides: qui propter innocentiam iuſtus cognomi natus eſt. Nam exoſtracismus dicebatur ab oſtraco: quod latine dici poteſt teſta Nam in oſtracis. i. teſtis nomina eorum: qui relegandi a populo uide bant in ſcribi conſuetum erat: & erat ſuffragii genus. Vnde legitur in exoſtraciſmo ariſtidæ: cum iuxta eum quidā ruſticus illiteratus ſederet: ipſi ariſtidi teſtā dediſſe: ut nomen ſuum inſcriberet. Admirat⁹ Ariſtides interrogauit: nūqd iſtum cognoſceret? minime īquit: ſed quia cæteri ita ſentiunt: ego quoq; ita cenſeo eſſe eum damnandum. Philiſtus: Qui & ipſe egregiam ſcripſit hiſtoriam: & proximus a Thucydide fuit. Dionyſii familiariſſimus: A quo ocium conſecutus erat: ita ut omne tempus ī ſcribenda hiſtoria cōſume re potuerit. Poſtea uero: Poſt hunc philiſtum ſiracuſanum ſecuti ſunt Theopompus: & Ephorus Iſocratis diſcipuli. Officina: Ideſt ex ſchola. Theopōpus: Is Tragicus fuit & orator: ut teſtatur Gellius. Li. noſt. att. x. Cauſas omnino nunq̄: Ideſt nunq̄ ad cauſas agendas ſe contulerūt. Prī ceps xenophon: Nam Xenophon primus philoſophoz omniū ſcripſit hiſto riaz: Hic primo quidem apologiam. ideſt excuſationem ſocratis præceptoris ſui damnati ſcripſit. de inde de arte equitandi. de arte uenandi. de lacedæmo nium politia: de re. p. athenienſium: & de educatione Cyri: cui omnem diſci plinam optimi imperatoris attribuit: qui liber ſcriptus eſt non ad ueritatē:

ſed ad exemplu3. Ille: Emphaſim facit: ac ſi diceret: magnus ille. Calliſthenes: Qui Ariſtotelis diſcipulus fuit: & illi neceſſitudine ex materna ſtirpe coniunctus: cum ad alexandru3 ab Ariſtotele miſſus fuiſſet q̄ſi hermolai coniurationis auctor ab Alexandro interfectus eſt: de hoc plura Iuſtinus .Li.xv. Scripſit autē & geſta alexandri: & bellum troicū. Et hic: Scilicet Calliſthenes. Rhetorico pene more: .i. ſecundū præcepta rhetoricæ artis. Leuiori ſono: ideſt uſus eſt humiliori ſtilo dicendi. nam ſtilus: ſiue charakter xenophontis magis philoſophicus eſt: q̄ hiſtoricus. Illum impetum: Quem Calliſthenes habere uidetur. Minim9 natu: Ideſt iunior. Timæus: Qui Thebanū bellum ſcripſit: quod Cicero indicat in epiſtola: qua3 ad. L. Luceiū ſcripſit. Quantum iudicare poſſum: Ideſt quantum q̄de3 iudicio meo conſequi poſſum. Et rerum copia: & ſententiarum: .i. q̄ non ſolum multarum: ſed etiam uariarum rerum ſcientiam teneret. Non īpolitū: Ideſt perpolitū: ornatu orationis: Liptote eſt. Nullum uſum: Quia nunq̄ in foro cauſas tractauit. Hæc cum ille. Interponit aliorum ſermonem delectationis cauſa: ne unius perpetua: & longa nimis oratio faſtidiū pariat. Quid eſt inq̄t? Quod audiuimus ab Antonio diſputante. Vbi ſunt: qui Antonium? Ac ſi diceret: magnope falluntur: & cum admiratiōe quadam locutus eſt. q̄ uidelic3 tanta copia Antonius de hiſtoricis græcis diſputaſſet: cum tamen feciſſet ad id tempus hanc omnibus opinione3: ſe litterarum græcarum expertem eſſe. Quā ſcienter? Vt qui uim: atq̄ uirtutem eorum intelligeret. Quot hiſtoricos? Hic facile oſtendit: ſe non ignarum eſſe: ſed eruditiſſimum: cum tot nominauerit hiſtoricos græcos. Proprie: Qui proprietatem eorum explicauerit. Id me hercules inquit: Cæſar Catullo reſpondet: dicens Se quidem admirari: q̄ tam diligenter: tā probe de hiſtoriis ſcribendis Antonius diſputauerit: & aliam ſibi demptā3 admirationem multo maiorem: q̄ cum antea hæc Antonius ignorare uideretur: tantam inde dicendi facultatem haberet. Id me hercules: Senſus eſt: Id ego inquit admirans: q̄ diſputatione ſua ſe litterarum græcarum eruditiſſimum eſſe oſtendit: Iam deſino admirari: ac ſi dicat: cū ego id admirer: quid de ſcriptoribus græcis tanta ſcientia diſputauit: illa mihi: quæ multo maior erat: ſublata nunc eſt admiratio: quo nā modo litterarum græcarum ignar9 hæc dicendo conſequi poſſet. Hæc: Scilicet quæ a græcis didicit. At qui Catulle: Reſpondet Antonius: dicens. O Catulle: pro uerbis tuis ego uideor magna adiumēta ex lectione librorum græcorum cœpiſſe ad ornatum orationis: ſed non eſt ita: neq̄ enim hos libros græcos legere ſoleo: ut locuplectiorē orationem reddam: ſed oblectationis cauſa. Vtilitatem: Sicuti tu putas. Aucupans: Ideſt latenter uendicans. Vtilitatem: Vt ex lectione librorum græcorum ornatior mea reddatur oratio. Cum eſt ocium: Ideſt cum mihi datur tempus uacuum a rebus gerendis. Quid ergo? Quid eſt diceret aliquis o Antoni: q̄ tantū in dicendo ualeas: & orationem tuam uariis diſtinctam coloribus pronuncies. Fatebor: Scilicet fieri: & ſimilitudine oſtendit: quid ornet orationem ſuam. Quemadmodū inquit eſt: cum in ſole ambulo: non ut colorer: ſed ut calefaciam: & colorer ta

men. Ita hos libros græcos lego: non ut ornetur oratio: & ornatur tamen: qđ natura potius: q̃ uoluntate mea efficitur. Ad missenuz: Ideſt lego ī agris: nō ī urbe: quia usq; adeo rebus gerendis occupatus fuz. Missenus mons campaniæ sic appellatus a Misseno comite æneæ: ibi sepulto: ut Virgilius. Qui nunc missenus ab illo dicitur. Cantu: Suauitate dicendi. Sed ne latius: Sed nollem uos existimare: me uiz dicendi intelligere: quæ in his libris ineſt: tantūmodo intelligo superficiem: nec aliud præterea requiro: nisi ut intelligam id: quod ipsi qui scripserunt intelligi uoluerunt. Sed ne hoc latius patere uideatur. Fortasse creditis me hos libros intelligere accuratius: ac subtilius: quo artifitio scripti sunt: sed erratis: quia tantum eorum superficiem intelligo: quemadmodū uoluerunt: qui scripserunt: ut historiæ intelligerentur. In philosophos uero: Sed si forte libros græcos: qui de philosophia scripti sunt: in manibus accepero: quod plerunq; facio decept9 titulo librorum: qui cum facilis sit: ita etiam reliqua esse credo: sed cum ad legendū uenio: nec uerbum ullum quidem intelligo. In philosophos nostros: o Cæsar: & Catulle: quos constat fuisse eruditissimos litteris græcis. Indicibus: Ideſt p̄scriptionibus & titulis. Indices: Præscriptiones: & tituli librorum: qui indicant de quo disputandum sit. Nullum: Quia philosophia prorsus mihi ĩcognita est. Anguſtis: & concisis disputationibus: .i. subtilibus: & breuibus disputationib9: & propterea obscuris. Illigati: Intricati. Poetas omnino: De poetis nihil est quod admirationem faciam9. nam mihi non uidentur græca lingua: sed alia quodā modo locutos fuisse: hoc ideo dicit: quia poetæ græci omnibus linguis utuntur: prout stilo suo cōmodius esse uidetur: hiada: attica: dorica: æolica: & cōmuni. si quis quæreret: quæ nam est lingua poetica. Lingua poetica est omnibus linguis uti: ꝑ ut cōmodum erit. Cum his: Scilicz historicis: & oratoribus: qui intelligi uoluerunt. Qui res gestas: Sicuti multos nominauit. Aut oratione: Sicuti Isocrates. Nobis: .s. mediocribus. Sed illuc redeo: Nunc redit ad historias: dicens incertum esse historia plus ne adiumenti oratoribus afferat: an uarietate: an ꝙ copiose scripta sit. Munus: Quantum utilitatis ex historia consequatur orator. An flumine: Ideſt copia: & abundantia. Et uarietate: Quia historia non solum multis: sed etiam uariis īstructa sit necesse ẽ. Sensus est: historicos uideo nulla a rhetoribus præcepta sumere scribendi: cum tamen ipsa præcepta omnibus cognita sint: sed sicut uidemus inquit: nulla scribendæ historiæ præcepta adhibenda: & redit ad illud: non omnia: qnæ ornate dicenda sunt: ad rhetoricæ artis præcepta referenda esse. Neq; eam reperio seperatim: Q đ aliquod genus: quod sit propriū: adhibeatur scribendæ historiæ. Instructam: Munitam. Separatī: ꝑ prie: ab aliis præceptis. Sita ante oculos. Obiectioni respondet. i. præcepta ita manifesta: ut ab omnibus perspici possint: & ostendit ea: quæ sunt ꝑ pria scribendæ historiæ: nulla esse rhetoricæ artis. Nam quis? Hæc non præcipiūt̃ in arte rhetorica: quia rhetores præcipiunt: ut non uera dicamus: sed ueriſſimilia: & secundum uulgi opinionem loquamur. Ne quid falsi: Ideſt ut nihil a ueritate discedat. Ne qđ ueri tacere: Quia potest aliqs

non dicere falsum: sed nec tacere ueritatem: necesse enim est: ut quemadmo dum falsa non dicit: ita uera non taceat. Ne qua suspicio gratiæ: Id est quod Cicero. L. Luceio scribit: uidelicet gratiam illam: qua te non magis po tuisse affici demonstras: q̃ herculem Xenophõtium illum a uoluptate: sed me tibi uehementius comendabit: ne aspernare: amoriq; nostro plusculum etiam: q̃ concedet ueritas: largiare. dicit enim historicum seruare oportere: ne cuiusq̃ gratia: aut odio a ueritate discedat. Neq; simultatis: Nec ita scri bat: ut suspicentur legentes ad gratiam potius: q̃ ad ueritatem locutum fuis se. Simultate: q; simultate aliqua motus non dixerit ueritatẽ. Omni bus: Qui historiam scribunt. Ipsa autem: Ac si diceret: hæc sunt: quæ dam quasi præcepta: quæ in historia scribenda sunt seruanda: & tamen nõ ui denus in rhetorica arte contineri. Exædificatio: .i. compositio: & tracta tio historiæ: & quasi fabricatio. Et est reciproca translatio: cõponere: & ædi ficare. nam proprium est orationis componere: ædificare ædium: & tamen componi ædes: & orationes ædificari: reciprocæ translationes sunt: quæ ita inter se habent: ut inuicem alia pro alia ponatur: ut exædificatur ora tio. i. componitur: & e conuerso. cõponitur ædes. i. ædificatur: ut Virg. Quã tuta possis urbem componere terra: idest ædificare. In rebus: .i. gestis:

Verbis: quibus gesta scribuntur: quia non solum p̃stantium uirorum fa cta: uerum etiam uerba memoriæ tradunt: ut Thucydides: qui ostẽdit diffi cillimũ esse: non solum digerere ordinibus: & temporibus: sed etiam uerbis: quæ dicta sunt. Rerum ratio: Et quia dixit in uerbis: & in rebus. Primo ostendit: quis nam rerum scribendarum ordo sit seruandus in historia. duo p̃cipue. ordo temporum: & descriptio regionum: idest ut intelligi possit: & ubi quæq; res gesta fuerit: & quando: uidelicet qbus consulibus. Vbi: an ĩ in Hispania: an in Italia: an in Macedonia. Vult etiaz: Ecce quomodo ma nifeste docet hoc loco Antonius: quæ in historia scribenda requirebantur: et tamen non contineri in præceptis rhetoricæ artis: neq; omnia: quæ ornate di cenda sunt: ad rhetoricæ facultatis præcepta trãsferri debere. Magnis me moriaq;: Optimum sequitur ordinem: sicut hoc idem Salusti⁹ ostendit. naz priusq̃ inquit facias opus est cõsulto. Vbi consulueris: mature opus est facto: historia est: in qua res magnæ memoratuq; dignæ continentur: & unum seq tur ex altero: nã qa magnæ sunt: ideo memoriæ dignæ: Consilia: Quia anteq̃ facias: primum opus est consulto: Acta: Quia ubi consulueris ma ture opus est facto. Euent⁹: Nam primo agitur: deinde actionem sequit̃ euentus. De consiliis: Recte dicit: nam si hoc ordine scribenda est histo ria eorum: de quibus tractatur: ut primo: quando: deinde: ubi: quæq; gesta fuerint: describatur. non satis est scriptorem historiarum consilia dicere eius: de quo res gestas scribere susceperit: nisi consilia ipsius. uel laudet: quæ laudã da sunt. uel uituperet: quæ uituperanda. Significari. A scriptoribus.

In rebus gestis actum sit: Quod pertinet ad secundam partem ordinis scribendæ historiæ. Quomodo: Ad rationem: & consilium agendi perti net. Vult: Scilitet historia: ut explicentur causæ omnium casuum: oiuz rationum: & omnium temeritatũ. Vel casus: Nihil omnino p̃termisit:

quicquid enim euenit:uel caſu accidit:uel ratione geritur:uel temeritate admittitur. Vel ſapientiæ: Quo conſilio illud geſtum fuerit. Euentꝰ: Qui ſubterfugi potuiſſet. Res geſtæ: Quia multa in hiſtoria tractantur:quæ non ſolum ad acta:uerum etiam ad uitam:& famam eorum: q laudantur:pertinent.Hoc uidemꝰ fieri ab hiſtoricis:& a.T.Liuio:& a Saluſtio: ut laudentur:qui laudandi ſunt:& e contrario:qui uituperandi:uituperẽt.

Verborum autem ratio: Et cum diuideret in duas partes hiſtoriæ cõpoſitionem:in rem:& in uerba:poſtq̃ oſtendit:quid ſeruandũ ſit in rebus.Nũc oſtendit:quid in uerbis ſeruari debeatur. Ratio:& genus: .i.cõpoſitio. Fuſum: Planum:ſine aſperitate ulla:tranſlatio a fuſo metallo: quod cum funditur planũ eſt:& æquũ. Tractum: Iuge atq; continuum: ut Virg. Tractimq; ſuſurrant. Leuitate: Suauitate. Aequabiliter: Nam quod fuſum eſt:æquabilitatem habet.Solent enim poetæ:quẽadmodum hiſtorici: ut cũ aliquid implicite dixerint:explicite dicant:ſicut dicit hoc loco. Tractim: Cum æquabilitate. Iudiciali aſperitate: Ideſt ſine acerbitate accuſandi. Quod forenſium aculeis: Ideſt ſine uehementia obiurgandi:qđ ĩ iudiciali genere tractatur:& utrumq; ſine uehementia:& acerbitate fieri idẽ dicit. Siue ſententiarum: Ideſt ſine uehementia accuſandi. nam in forẽſibus cauſis:ſicut uidetur:plerunq; mordenť aduerſarii: ut in odium addu cantur. Aculeis: Quẽadmodum aculeis: & ſtimulis apes uehementer no cent:Ita etiam pleriſq; in cauſis aduerſarii aduerſarios mordent:cum eorum uitium uituperent. Harum tot tantaruꝫ: Et ita plane cogniſcis: quomodo Antonius concludit:quod abinitio propoſuerat: multa eſſe oratori dicenda:quæ nõ ĩdigẽt rhetoricæ facultatis præceptis. Tot: Numero. Tãtarũ: Magnitudine. In eodẽ ſilẽtio: .ſ. præceptorum rhetoricæ artis.uidemus multa taceri: quæ in præceptis rhetoricæ contineantur. Cohortationes: Ad uirtutem. Conſolationes: Doloris. Præcepta: Beneuiuẽdi. Amonita: Bene inſtituendi. Cohortationes: Vt impatoris ad milites. Conſolationes: Vt amici ad amicum. Præcepta: Philoſophi ad diſcipulos. Amonita: Vt ſapientis ad uulgns. Suum: Proprium. Illis artibus: Scilicet rhetoricæ facultatis. Atq; in hoc genere: Nunc redit ad illud:quod abinitio dixit:cum cæteros artis ſcriptores tũ Craſſum etiam materiam omnem in duas partes diuidere:in certam:& infinitam:hãc græci Theſim.i.ſine circũſtantiis appellant.Illam uero hypotheſim.i.circunſtantiis inuolutam. Et dicit hanc duplicem quæſtionem informari ducbus generibus cauſarum:quia ſicuti in hac diſputatione ſua uidimus: hæc ẽ Antonii ſententia:ut iudiciale: deliberatiuum ſit tantũmodo: tertium uero demonſtratiuum nullum locum habeat: quia duci poſſit ex aliis generibus. In hoc genere: Scilicet facultatis rhetoricæ. Illa quoq; eſt infinita ſylua: Ideſt inexplicabilis materia:quam græci uocant τὴν ὑλὴν .i.ſyluã. Infinita: Ideſt quæſtio infinita: quæ nec locis: nec rebus diffinitur: ſed uaga quodãmodo: & libera:ac late patens eſt: ſicut Cicero paulo poſt declarabit. Duo genera: .i.duplicem quæſtionem. De certa aduertendum eſt:q; non poſſumus dicere quæſtionem infinitam cauſæ. nam ſimulac dixeris cau

ſam:continuo perſonam:&rem includis.Cauſa enim eſt alicuius rei.res agit̃: agitur autem a perſona: res igitur non poteſt eſſe ſine actione pereſonarum. nam unaquęq; cauſa eſt rerum:res autem agitur: igitur ſimulac cauſam p poſueris:rem certam includis:quæ una eſt e circunſtantiis. Diffinita: .ſ. quæſtione: hæ quæſtiones finitæ: hoc eſt quæſtiones finitæ cauſæ:formant̃ duabus ſpeciebus.ſ.& ſpecie iuridiciali:& ſpecie deliberatiua.id enim eſt qđ ſentit Antonius.nam cum dixit:quales ſint: quæ in litibus uerſantur: ſigni ficat ſpeciem iuridicialem:In deliberationibus: ſignificat ſpeciem deliberati uam: Addat: Videlicꝫ huius rhetoricæ artis ſcriptor: ideſt q̃uis rationes ſuperius oſtenderim:cur mihi duæ ſpecies uideantur:Addat etiaꝫ:ſi quis uo let:deliberatiuam tertiam. Omnes: Scriptores rhetoricæ artis. Appel lant: .ſ.genus infinitum:& q̃uis dicant infinitum a diuiſione generum:ta men nemo eſt eorum:qui de hoc præcepta dederit. Sine tempore: Sine his duabus circunſtantiis:quia ubi non finiuntur hæc duo: quæſtio dicit̃ in finita. Hoc quid:& quãtum: Cum dicunt infinitum genus:ſiue quæſti onem:dicunt quidem:ſed non diffiniunt quantum ſit:ideſt huius generis ĩ finiti:neq; naturã:neq; magnitudinem intelligere uidentur. Sic enim eti a m oratoris: Vere inq̃ non uidentur intelligere:quia ſi intelligerent:non di cerent hoc eſſe oratoris propriuꝫ:nam eſt adeo magnum:ut fieri non poſſit: ut comprehendatur ab oratore.poſſunt autẽ icidere omnia:quæcunq; ab oĩ bus artibus præcipiunt̃: ſed hoc non uidetur fieri poſſe: ut omnes artes ora tor comprehendat:igitur non uidetur fieri poſſe:ut cuꝫ in diuiſione ponãt: non intelligant quid dicant. Infinite: Ideſt generatim propoſita ſit ad di cendum. nam quæſtio infinita eſt generis:quæſtio finita ſpeciei: ſiue indiui dui: Et quanta ſit ſolis: de mathematicis loquitur: quia alii dicunt ſole terram maiorem:alii minorem:alii æqualem. Quæ forma terræ: Iteꝫ de forma terræ diuerſæ ſententiæ fuere philoſophoꝝ.nam alii quadratam:alii oblongam:alii rotundam eſſe dixerunt. De muſicis: Vt ſi quærat̃ de ſonis: de materia cantilenarũ: quarum triformis eſt natura:nã aut uoce edi tur: aut flatu: aut pulſu. Voce qui canit ore:flatu qui tibiis:pulſu qui fi dibus canit. Deniq; his qui: Et ut breui complectar inquit Antonius:hi qui dicunt oratorem res infinitas tractare oportere: nihil aliud agunt: niſi ut oratores de quacunq; re orationem habere poſſint. Suum: Propriuꝫ.

Quæ temporibus:& perſonis notæ ſunt: .i. ut cum accuſatur quis fur ti:uel cædis: ut uerbi gratia:uerres accuſat̃ furti:hæc cauſa nota eſt omnib9 & re:& perſona:re furti:perſona uerres. Forenſibus: Quæ in foro tractã tur:ut de controuerſiis iuridicialibus:& de quæſtione coniecturali:& iudicia li:& partibus eius:in quibus ali9 petit:ali9 negat. Notæ: Cognitæ. In finitis genere: Vt ſuperius poſuit de mathematicis. Nullum poteſt: .i. nulla res:de qua poſſit haberi oratio: excepta erit oratori. Sꝫ ſi illã quoq; partem: Primo quidem oſtendit non eſſe proprium oratoris infinitum ge nus quæſtionũ tractare. Nunc autẽ dicit:quõ hoc quoq; oratoribus concedi poſſit: uidelicet ut certa quadam diffinitione terminetur. Sed ſi illam:

Hoc loco declarat Antonius:quale ſit infinitũ hoc genus quæſtionis: quod

oratori conueniat. & hæc omnia: de quibus nunc loquitur: in aliquo rerum expetandarum: aut uitandarum genere posita sunt. Sunt autem tria: aut eorum quæ propter se: aut eorum: quæ propter aliud: aut eorum: quæ propter utrūq;. Primum genus propter se nulla utilitate extrinsecus quæsita: sed qđ nos sua ui: atq; natura alliciat. quod genus: iustitia: ueritas: scientia. Secundū genus eorum: quæ propter aliud expetuntur: quæ non propter suam uim: atq; naturam: sed propter fructum nos ducunt. quo in genere sunt diuitiæ: pecuniæ: & cætera huiusmodi: quæ propter utilitatem expetuntur. Tertium genus ex duobus superioribus permixtum: ut gloria: amicicia: amplitudo: honores & cætera. Vt nonnulli uoluerūt: hæc non solum dignitate sua trahunt: sed etiam utilitatem quandam præsegerunt: qua magna expetūť.

Vagam: Nulla ratione moderatam. Liberam: Nullis terminis circū scriptam: aut diffinitā. Late patentem. In omnes partes diffusam. De rebus bonis: & malis expetendis: Genera sunt rerum expetendarum: & fugiendarum porpter se: & propterea subiunxit. Aut honestis: aut turpibus: Duo genera: uitii & uirtutis. Expetendorum bonorum: Quæ honesta sunt. Malorū: Quæ turpia sunt. Vtilibus: aut inutilibus: Alia duo genera ponit rerum propter aliud expetendarum. Nam omnes res utiles: aut inutiles expetuntur propter aliud: aut fugiūtur. De iusticia. Nunc descendit ad speciem: & primo de iusticia dicit: quæ pars una integralis est uirtutis. Nam uirtutis quatuor partes sunt integrales. Iusticia: Prudentia: Fortitudo: & Tempantia. Continentia: Pars est temperantiæ. Nam tempantia diuiditur: in abstinentiam: continentiam: & modestiam. Prudentia: Est pars integralis uirtutis. eius partes: memoria: intelligentia: prouidentia.

De magnitudine animi: Ad fortitudinem animi refertur. De liberalitate: Liberalitas etiam cum fortitudine continetur. Nam liberalitas pars est magnificentiæ. De pietate: Pietas est pars iusticiæ. De amicicia: Multi uoluerunt esse in eo genere rerum: quæ propter se: & propter aliud expetuntur: ut supra diximus. Cicero tamen in libro de amicicia id sentit ꝓpter se: & non propter aliud expetendam. Nam amicicia uera expetenda propter se est: ut amiciciæ fructus sit ipsa beniuolentia: sed si propter aliud expeteretur: non esset uera amicicia. Nam si amicicia propter utilitatē expeteret: deficiente utilitate deficeret amicicia. De fide: Pars est iusticiæ. nam fides ueritati conuenit: quam scimus iusticiæ .i. iuris naturalis partem esse.

De officio: Officium ad omnes uirtutes pertinet. quicquid cum uirtute geritur officium ē. Nam officium duplex est: Vnum perfectum: quod nos rectum κατορθωμα græci appellant. nam mediū id est: quod cur factum sit ratio probabilis reddi potest. Itemq; de re.p. Cuius conseruandæ ratio ī potentia: & incolumitate consistit. De impio: Cuius officium magistratꝰ est. De re militari: Hoc proprium est Imperatoris. De disciplina ciuitatis: Censoriæ potestatis est officium. Censores enim curam habent: ut sub optima uiuendi disciplina ciues omnes uitam agant. Modicis: Idest moderatis. Nam modicus aīus est moderatus sic Salustius. Aīus bella ingens: domi modicus. Equidem omnia. Dixit superius Antonius: etiam si quis

uelit infinitum illud quæstionis genus oratori attribuere: attribuat: dūmodo modicis quibusdam terminis circūscribat. Nunc autem quibus terminis diffiniendum sit idem p̄cipit: & ostēdit. Dicit enim omnia: quæ supra dicta sunt his spaciis circunscribenda esse censeo: quatenus orator orationi suæ īserere possit: si forte contigerit: ut de his rebus dicendum sit: quæ uersantur ī cōmuni hominum sensu: ut de rebus moralibus. Nam moralis philosophiæ thesis est. i. quæstio infinita. Ad usum ciuium: Declarat ipse: quæ uersā tur in usu ciuium. Per mores enim hominum accipiamus iuscōsuetudine. Nam mores dicuntur: qui in ciuitatibus fieri solent. In ratione rei. p. Quia ratio rei. p. moribus: & legibus continetur. In hac societate ciuili: .i. in hac cōmunione ciuium. In sensu homini cōmuni: & natura: Idest in naturali sensu hominum: atq; iudicio. Moribus: In omni ratione ui uēdi: quæ ciuitatibus bene constitutis seruanda est. Si min⁹ aut separatī:

Non inquit desidero: ut orator eiusmodi disputationes teneat: sicut philo sophus: ut cum de his rebus interrogatus fuerit: ex tempore possit philoso phorum more disputare: sed satis erit si eatenus didicerit: ut cum opus fue rit: dicere possit. Respōdeat: Scilicet quærentibus. Intexere: Inserere.

Prudenter: Pro qualitate rei: de qua agitur: ut superius dixit de suadē do: & dissuadendo: de hortando: consolando: uituperādo: & de cæteris huius modi. Hisce autem de rebus: Scilicet supra dictis. omnia enim ad ethicā pertinent. i. ad philosophiam moralem. Iura: Capita legum. nam leges sunt species iuris. Constituerunt: Firmarunt: ut Cicero in Catone maio re. Senum constituenda est uita. i. confirmanda. Simpliciter: Cōmode: non more philosophoruꝫ: sed dilucide: & ipse declarat. Sine ulla: Ad id: quod dixit simpliciter. Ieiuna: Ad id: quod dixit splendide. Simpli citer: Qui loquitur simpliciter: non utitur longo ordine: & tenore sententi arū: qui plerūq; magnitudine sua auditorem confundit. Splendide: ui delicet loquatur: & non obscure. Dilucide illud fit: quod non rationibus sibi inuicem aduersantibus disputatur. Ieiuna: Idest inani: & inutili. Nam qui ita disputant: ut rationes afferant pro: & cōtra: easq; inter se: hoc est alias aliis disidentes: obscuraꝫ facit orationem: & hoc proprium philosophorum ē: qui in utrāq; partem arguunt. Neq; sit admiratio: Et cum multa ꝓpo suerit: quæ sub infinita quæstione continentur: respondet his: qui fortasse di cerent: quandoquidē Antonii dicis infinitam quæstionem oratori nonnunq̄ esse tractandam: cur non uis de hac præcepta tradi? Ne qua admiratio: Scilicet audientibus hanc meam orationem: si tot tantaq; quot & quanta superius: proposuerim. Tot: Numero. Tantarum: Magnitudine.

Præcepta: Sua ip̄ius quæstiōis infinitæ. Statuo: Sic diffinio. Dif ficillima: Videlicet ea: quæ difficultatem habent. Reliqua: Sic inquit in arte rhetorica censeo: sicut in cæteris artibus. Cum enim capita rerum ꝓ posita fuerint certa quadam ratione distincta: non opus erit de omnibus re bus: quæ ad ea pertinebunt: præcepta tradere. Ex generibus enim ipsis pote rimus etiam ad alia: quæcunq; specialia sint uenire. Difficillima: Prin cipia: & capita reruꝫ. Faciliora: Scilicet difficillimis. Reliqua: Quæ

ſub ipſis generibus continentur. Similia: Scilicet generibus ipſis ꝓpoſi tis. Et per ſimilitudinem oſtendit. ut inquit in arte pingendi uidemus eu3: qui ſpeciem hominis pingere didicerit: poſſe etiam cuiuſlibet ætatis ima ginem pingere. ut cum didicerit ſpeciem uiri effingere ſenioris: uel adultæ ætatis: non eſt opus: ut ediſcat pingere formam mulieris. etiam a ſimilitudi ne adulti poterit fingere puerum: & hoc modo dicimus de arte rhetorica.

Formæ: Forma eſt proprie facies cuiuſlibet rei. Aetatis: Videlicet aut pueri: aut infantis: aut iuuenis: aut etiam ſenis. Neq; eſſe periculum: Etiam ſtatuo hoc non eſſe periculum: ſi quis taurum: aut leonem poterit p̄ ſtanter formare. idem etiam non poſſit multorum animantiū imagines pin gere: ex ſimilitudine enim pingi poſſunt. Egregie: Excellenter. Qua drupedibus: Vt in equo: & in ceruo: & in cæteris huiuſmodi animantibus: quoru3 imagines poſſunt excellenter pingi. Neq; enim: Quæcunq; ars fuerit: ſiue Grām̄atica: ſiue Rhetorica: ſiue Dialectica: nec ſolum de artib9 ad ſcientiam pertinentibus: ſed etiam de mechanicis: non poſſunt omnia præce pta tradi: nec calceolarii qdē: qui cum unam aut alteram calceo4 formam di ſcenti oſtenderit. Ille ex horum ſimilitudine multas diſcet. pari ratione de dictionibus. ſi uellet omnes (uerbi gratia) dictiones quiſpiam ſcriptor artis tradere: infinitum eſſet. ob eam rem dixit infinitum eſſe. Omnes enim dicti ones: quæ unq̄ dictæ ſunt: uel dicuntur: uel dicendæ ſunt: ſi quis complecti uellet: opus īmenſum: atq; infinitum ſuſcepiſſe uideretur. Similiter: Cō fert ſimilitudinem ad id: quod intendit. Primarum: Præſtantiorū: & p̄ cipuarum rerum: ut Virgilius. Primos iuuenum tot miſerit orco. Et cæ terarum rerum: Quēadmodum inquit: qui didicerit: partium orationis: alias eſſe declinabiles: alias indeclinabiles: & unum aliquod nomen declinare didicerit: ita aliud nomen eius ſimilitudine declinare poterit. Non incō mode: Immo cōmode: & utiliter. Ratione: Ad illud reſpicit: quia alii uoluerunt rhetoricam non eſſe artem: ſed uſum: & exercitationem dicendi.

Qui aut de re. p. Videlic3 audiat ſententiam in ſenatu. De ipſis reb9: Scilicet priuatis. i. de rebus amicorum. Aut de his: Omnia quæ tractan tur: aut enim ad rem. p.: aut ad priuatam: aut ad amicos pertinēt. Con tra quos: Videlicet accuſando. Nemo enim poterit pro amico dicere: quin contra aliquem dicat. Aut pro qbus: Videlicet defenſor. Cū aliqua: Videlicet Iudices: Senatus: Populus. Omnis enim oratio fit: aut in ſenatu cū ſententia dicitur, aut ad iudices: cum accuſatur: uel defenditur: uel petitur: uel negatur. aut ad populum: cum uel concitatur aduerſus improbos: uel le nitur ſi contra probos exaſperatus fuerit. His contra quos: Oſtendit tan tūmodo duo genera cauſarum. ſ. deliberatiuum: & iudiciale. na3 ad iudices: uel accuſas: uel defendis: uel petis: uel negas. Apud ſenatum: uel ſuades: uel diſſuades. hoc facit Antonius: ut in ſententia perſiſtat: tantūmodo duo gene ra eſſe. Statuendi. i. Iudicandi. De toto: Aut ratione: aut conſuetu dine. Hoc de toto genere illo: reliquarum orationum Ideſt de uniuerſo rerum genere. Non plus quæſiturum: Qui duo illa genera cauſarum optime agere didicerit deliberatiuum: & iudiciale: non plus quæret quomō

tractet infinitam illam quæstionẽ: q̃ Polycletus cuꝫ finxisset Herculẽ: quæ rebat quõ pellem: & hydram fingeret. nam cum magna didicerit: parua etiã ab eorum similitudine sciet. Reliquarum orationum: Quæ sub neutro duorum generum continentur. Polycletum: Hunc teste Plĩ. constat fuisse sua ætate statuarium eximium: Hageladiscꝫ discipulum. & quẽadmodũ Quintilianus tradit: fuit diligentia: ac decore supra cæteros. Pellem leonis: qua tectus erat hercules. Nam hercules dicitur pellem leonis nemæi hũeris gestasse. Hydram: Fabula nota est: cum hydram sagittis fixisset: cui uno capite succiso tria: aut ut nonnulli uolunt septem: uel centum pululare nt: tandem eam igni consumpsit. Tum Catullus: Hic Catullus prĩo quideꝫ respõdens Antonio quodammodo epilogu3 facit eorum omniũ: quæ Antonius in disputatione sua confirmauerat: deinde obiectionem quandam facit: ꝙ ea uideliceꝫ: quæ in quæstione infinita continentur: longe aliter se habeant: q̃ Antonius dixerat. Antonius enim dicebat tractari posse ex similitudine geneꝛ: quæ in rhetorica tractantur. At uero Catullus dicit ea his multo maiora esse: utpote: ubi quæratur de uirtute: & natura deorum. Præclare: Egregie. Posuisse ãte oculos: .i. explicasse: & declarasse. Quid discere orator oporteret: Videliceꝫ duo genera causarum: quibus oratoria omnis materia informetur: quam uoluit esse quæstionem finitam. Nam ĩfinitam pro Autonii sententia eatenus orator exercere debet: quoad de rebus eiusmodi in oratione sua dicere possit. Assumeret: Videliceꝫ ex illa quæstione finita: & duobus generibus: quibus ipsa quæstio informatur: assumeret: cum esset de infinita quæstione diserendum: & simul ornate dicenda: exponenda: narranda: exequẽda: testimonia: mãdata: legationes: historia: cohortatio: obiurgatio: consolatio: quæ nulla propria præcepta rhetoricæ habeãt: sed abaliis instruantur: ut superius dixit Antoni9. Deduxisti: Ipse plane explicat: quod Antonius disputauerat: dicens. In duo genera: In iudiciale: & deliberatiuũ. Cætera: Vt quæstionem illam uniuersalem: testimonia: legatorum mandata: ut historia: ut obiurgatio: cohortatio: consolatio: ut superius dixit: ut de his rebus orator sine præceptiõe eleganter dicere possit similitudine aliorum præceptorum. Sed uide: Quali in similitudine p sistit Antonii: qui supra dixit cum ostendere uellet: quid oratori faciendum esset: ut ex his: quæ difficilia tractare didicisset: posset alia: quæ faciliora essent: dicere. Nam similitudo hæc fuit Antonii: qui imaginem herculis optĩe fingeret: non quæsiturum quomodo pellem formaret: cum fingere herculeꝫ difficilius sit. Pellem: & hydram: Quasi faciliora respectu imaginis herculeæ. Duo genera: Scilicet iudiciale: & deliberatiuũ. Sed uide: Hæc duo genera ita introducta sunt a te: quasi res faciliores. quæstio illa infinita: ubi ea continentur: quæ nullis præceptis instituuntur quasi facilior. Sed uide ne id econuerso dicendũ sit: uidelicet quæstionem illam infinitam: & oĩa: in quibus nulla præcepta rhetoricæ traduntur: sint difficiliora ducbus illis generibus: hoc est: uide ne ea: quæ tibi faciliora: & minora uidẽtur: e cõuerso maiora: & difficiliora dici debeant. His ducbus: Scilicꝫ iudiciali: & deliberatiuo. Alia opera maiora: Videlicet infinita quæstione: ubi tractatur

de reb⁹ honestis:& turpibus.utilibus:& inutilibus. Quas praetermittis: Quasi facillima. Non enim: Non minus oratoris negocium esse uide tur tractare de his rebus:quæ in disputatione uenire possent. Operis: .i. laboris. De uniuersis: Hoc est de his:quæ sub infinita quæstione cõtinẽ tur.s. de rebus honestis:& turpibus.utilibus:& inutilibus: & cæteris huius modi uirtutib⁹:& uitiis. Quam de singulorum: Videlicet de causis hy potheticis.i.causis:quæ circũstantiis inuolutæ sunt:ut cum tractatur de per sona:de re:de loco:de facultatibus:quas habuit is:qui accusatur. Ac mul to magis de natura deorũ: Quod pertinet ad philosophiam:& methaphy sicam.Naturalis philosophia:diuiditur in mathematicam:& methaphysicã. Methaphysica.i.ea quæ sunt post naturalia.non dignitate:sed ordine discen di:quia prĩo philosopho discenda sunt physica.i.naturalia:deinde aggredi methaphysica.i. quæ sunt post naturalia: non dignitate secõda: sed ordine: quia primo discenda sunt naturalia:deinde supranaturalia. Supra naturalia dicuntur supracælestia: uidelicet dicere de natura deorũ: cuius naturæ sint & cuius formæ. Nam in hac disputatione philosophi multa dixerunt: quæ minus probanda sunt religioni nostræ.Nam fuerunt qui dicerẽt deũ hũanã formam habere:cum constet esse inuisibilem. Alii uero deum esse mentem: sapientiamq; perfectaz:omniumq; rerum: quæ sunt ei subiectæ quasi prudẽ tiam quandam procurantem caelestia maxime:deinde in terris ea:quæ perti nent ad homines:quæ omnia deorum naturæ conueniunt: quæ sit eadẽ sem piterna.Nihil enim ualenti⁹ esse a quo intereat. Sed simonides recte respõdis se dicitur:cuz hiero syracusanus ex eo quæreret qualis deus esset:ille cogitã di diem unum popposcit.postero die:biduuz petiit: & cum sæpius duplicaret numerum:admiratus Hiero quæsiuit ex eo:quid ita faceret.respondit:quia quantomagis considero: tanto species eius mihi uidetur obscurior. Non doctus: Quia maior est expientia:q̃ doctrina. Non est inquit: .s. ut di cis:uidelicet illas res:de quibus generatim disputandum est:difficiliores ẽẽ: q̃ forenses causas. Ratio: Quæ cæteris est adhibenda. Non hebeti: .i. non obtusioris:& tardioris ingenii. Neq; inexperto: Idest non imperito.

Inexercitato.qui nullam in his meditationem fecit. Communium lit teraruz: Cõmunes litteras appellat studia humanitatis:quæ ad grãmaticã: & rhetoricam pertinent. Politioris: Vrbanioris:quæ ad politicum.i.ciui lem hominem pertinent. Ludus: Hæc quæ tibi difficiliora uidentur: p ludo habentur homini ingenioso.Sed agere causas in iudicio: maiori est op⁹ ingenio. Contentionibus: Idest disceptationibus .s.contendere de iure: de facto rei. Longe: Valde. De humanis operibus: Idest de omnibus negociis humanis:quae ad hominem pertinẽt: haud scio an maximũ sit tra ctare causas. In quibus: .s.contentionibus.Et primo dicit difficile esse o ratori:q; uidelicet etiam si egregie dixerit:tamen auditores plerunq; iudicãt ex euentu causae.Vt si benedixerit:& causam amiserit eum imperitum iu di cent:si cõtra:benedixisse existiment. Vis: Virtus. Exitu: .i. ab euẽ tu:& successu. Armatus: Instructus rationibus:& argumentis suis ad cõ tradicendum. Vbi adest. Hic breuiter:uim omnem oratoriam tangit:

quae ad iudiciale genus pertinet. Feriendus: Cum accusas. Repellēdꝰ: Cum defendis. Vbi sæpe rei dominus: Videlicet iudex. Iudex enim dominus est rei: nam in potestate eius est: uel damnare: uel absoluere: ideo dixit cum aliqua potestate. Alienus atq; iratus: Et cum iratus uidebitur: ne cesse erit magna arte: ut ex alieno propiciū: & exirato pacatū reddas. Amicus: Idest & ex amico necesse est reddas inimicum aduersario. Inimicus: Sed uidetur iterare: quod superius dixerat futurus alienus: & iratus efficitur auditor merito causæ. Naꝫ si causa fuerit eiusmodi: quæ displiceat: aut etiam si ille nobiscum amicicias non agat: utrunq; horum subiratum faciet.

Alienus: Turpitudine causæ alienatus. Iratus: Persuasione aduersariorum infensus. Amicus: Gratia aduersarii. Inimicus: Videlicet simultate aliqua: quæ tibi cum illo aliquando fuerit. Docendus: Videlicet honestam esse causam: quæ ipsi turpis esse uidebatur. Dedocendus: Disuadendus: ut dissuadeas causam tuam non esse turpem. Reprimendus: Ab ira: si quid tibi iratus fuerit. Incitandus: Contra aduersarios: si forte eis amicus fuerit. Ad tempus ad causam: Idest ad causam temporis .i. ad oportunitateꝫ causæ. Omni ratione: Idest omni modo. i. quomodocūq; potest. Moderandus: Corrigendus. In quo: Idest in qua moderatione: si te oderit: necesse est: ut arte quadaꝫ ex alieno tibi beniuolum reddas: si aduersarium dilexerit: iratum facias. Machina: Proprie est instrumentū: quo moles aliqua facile quocunq; uolueris impelli potest. Nam solent qui eiꝰ modi rerum trtifices sunt peritissimi machinas quasdam struere: quibꝰ res grauissimas paruo labore impellunt. Pari ratione utenduꝫ est artificio: quo auditorum animum in quācunq; partem uolueris facile impellas. Qui: Scilicet auditor. Machinatione: Instrumento quodam: quo fabri utūt ad moles torquendas. Ad seueritateꝫ: .i. asperitatē: qđ fit per amplificationem: cum augetur crimen: & instigatur auditor. Ad remissionem: E contrario & ad tristiciam: per cōmiserationem: cum diminuitur crimē: & misericordia captatur: & utrobiq; orator curabit: ut sua uis non rebus tantūmō insit: sed etiaꝫ uerbis: ut Virgilius de Iunone. Gens inimica mihi: tyrrhenuꝫ nauigat æquor. Inimica dixit mihi: non his quibꝰ faueo: sed mihi. tyrrhenū dixit: quasi iam italiam teneret Aeneas. Ilium in italiam portans: uictosq; penates. Ilium dixit non reliquias in italiam portare: uictosq; penates. & qa poterat Aeolus dicere: si secum deos portant: eis obsistere non potero. dicit Iuno secum deos fractos: & deuictos portare: Ad lætitiam: Nonnunq; urbanitate: & facetiis nostris contorquendus est auditor ad læticiam. Omniuꝫ sententiarum: omnium uerborum: Vt non res solum: sed etiam uerba suaꝫ uim habeant: ut supra diximus. Actio: .i. pronunciatio: quia pronunciatio in actione consistit. Nam si uerba essent grauia: & utereris humili uoce: non seruares το πρεπον. i. decoꝝ. Nam cū res: de qua agitur: seuera fuerit: ac tristis: uehementi uoce: & cuꝫ quadam acrimonia pnuncianda est. Varia: Pro ut res fuerit: uel seuera: uel humilis: uel tristis: uel læta. Vehemēs: Cum acrimonia quadā per contentioneꝫ. Plena animi: .i. iræ: uidelicꝫ per continuationē: ubi exclamatione continuata uerba conficiuntur. Ple

na ſpiritus: Ideſt intentiori uoce: per diſtributionem: ubi exclamatio ab imis faucibus adhibeť. Doloris: Hoc ad triſticiam pertinet: cum pnunciationem uerbis ſimilem. i. moeſtam fecerimus. Nam docet etiam Cicero: plerunq; in pnunciatione: cū de re triſti: & moeſta loquimur: caput eſſe pulſandum: & id per conquæſtionem faciendū: quæ pars eſt diſtributionis: ubi ad miſericordiam auditoris animus cōmouetur. Seueritatis: Per cohortationem. i. cum res ſeuera fuerit: ſed ſeueritas ſignificatur in actione: uoce magis: q̄ geſtu corporis. Vox enim: quæ plenior eſt: & canora: ſeueritatem quandam ſignificat: ſicuti uox humilis: & remiſſa læticiam quandam præſefert.

In his: Nunc ergo concludit Antonius. in cauſis: & in iudiciis ſi quolibz auditoris animum uerſare didicerimus: in cæteris rebus: quæcunq; tractāda fuerint: nihil erit quod magnope laboremus. In his: Scilicet exercitationibus uerſandi auditorum animos. Coprehenderit: Si eam artem cōprehenderit: ut tantum dicendo ualeat: quātum phidias in fingēdo: ita nō elaborabit in minoribus operibus: quēadmodum phidias in clipeo. Phidias: Qui mineruæ ſtatuam egregie fabricauit. Minora illa: Hæc omnia ſu pra memorata minora dicit: uideli e: de rebus honeſtis: turpibus: de uirtute: & uitio: & de cæteris eiuſmodi. Fuit autem phidias ſtatuarius clariſſimus: melior tamen in diis: q̄ hominib⁹ effingendis artifex: ut Quin. teſtať. In ebore uero longe citra æmulum: uel ſi nihil niſi Mineruam athenis: aut Olympium ī elide Iouem feciſſet. Mineruæ quoq; : ut in nāli hiſt. Pli. refert: ſtatuam fecit athenis amplitudine cubitorū. xx. ſex: quæ ebore & auro cōſtabat: Sed in ſcuto eius: in quo amazonū prœlium cælauit ambitu parmæ eiuſdē cōcaua parte: & gigantum dimicationem. In ſoleis uero lapitharum: & cētaurorum. In baſi autem ſunt dii. xxx. numero: & reliqua: quæ Pli. de eodē tradit. Minora: .ſ. potuit fīgere. Nō ſane: Nā cū ipſe formaſſet ſignū mineruæ: facile fuit clipeum effingere.

TVM CATVLLVS. Hic eſt tertius tractatus: in quo agitur de eo: quod pertinet ad perfectam dicendi rationē: hoc eſt de inuentione earum rerum: quæ ad ueram eloquentiam pertinent. Diuiditur autem in quattuordecī capita: quæ omnia ſuo quæq; loco nobis plana fient. In primo autem capite: reprehenduntur græci: qui rerum forenſium ignari: & impiti præcepta oratori nec neceſſaria: nec ad ueras cauſas accomodata ſubiiciunt. & Catull⁹: ubi Antoniuz diſputantem audiuit de his rebus: quæ ad materiam pertinerent oratoris: q; finita uidelicet quæſtio circunſtantiis inuoluta maior: atq; pſtātior propria eſſet oratoris: infinita uero nonnunq̄ ab eo tractaretur: quā ab oratore uolebat eatenus ſuſcipi: ut res eiuſmodi: ſi quando opus eſſe contingeret: eas etiam ſciret ipſe orationi ſuæ inſerere: in hunc modum loqui introducitur. Maiora ac mirabilia: Quæ propria ſunt oratoris: uidelicet materiam hanc finitam: quæ duabus his ſpeciebus informatur. ſ. iudiciali: & deliberatiua. Et me maior expectatio tenet: Quod ab his etiam ſumi poſſunt præcepta: quibus illa etiam quæſtio ſuppleretur: quæ difficilior aliis uidebatur: eam Antonius oſtendit eſſe faciliorem. Quibus rationibus: quibuſq; præceptis: .i. quibus rationibus præceptorum. eſt enim endiadis.

Tanta uis: .ꝛoratoris:quæ in utroq; genere consumitur: in iudiciali:& deliberatiuo. Neq; enim ætas id mea desiderat: Nec desidero inquit:quæ ad ad hanc facultatem pertinent:quod mea ætas ita postulare uideatur: quæ iã ingraueſcit: & p̃sertim cum fuerim alio dicendi genere delectatus. Id genus: Scilicꝫ contẽtiosum:quod in foro:& causis uersatur. Aliud: Videlicet familiare quietum:ac planum:sine ulla acrimonia: & sine ulla dicẽdi uehementia. Extorsimus: Extorquere est uehementia quadam: & arti ficio dicendi sententiã a iudicibus per uim quodãmodo auferre. Sentẽtias: Scilicet damnandi:uel absoluendi. Pacatis: Tranquillis:ac nulla oratione cõmotis. Quia orator:pro ut causæ requirunt: auditorum animos cõcitare solet:uel ad iram:uel ad odium. Quantum ipsi patiebantur: Idest quantum eius postulabat uoluntas. Sed tamen: Quãuis inquit ea præcepta sint a proposito meo aliena:quæ tu professus es:ea tamen non causa utilitatis:sed scientiæ desidero. Nec mihi: Et ne forte se excuset Antonius: q̃ hæc consuetudo tradendi præcepta græcorũ sit. dicit: se quideꝫ scire puulgata esse præcepta a græcis:nec ea se desiderare ab doctore græco:qui sibi præcepta omnibus nota tradat. Peruulgata: Hoc loco Catullus dicit se græcorum præcepta didicisse:quæ uulgo de arte rhetorica ꝓponere solent. uidelicet officium oratoris esse:apposite dicere ad persuadenduꝫ. Deinde tria genera causarum:demonstratiuuꝫ:deliberatiuũ:& iudiciale. Postea quinq; rhetoricæ artis partes esse.ſ.inuentionem:dispositionem:elocutionem: memoriaꝫ: & ꝓnunciationem: & cætera huiusmodi: & ob eam rem nihil de eis curare.

Cum ipse nunq̃ foꝝ: Quomodo inquit poterunt græci præcepta dicẽdi nobis tradere?& ad ueras causas accõmodata:cum ipsi nunq̃ causas egerint? neq; forum unq̃ aspexerint? Vt peripathetici: Et exemplo ostendit græcos eiusmodi rhetores:qui ꝓfitentur se dicendi præcepta dare: esse temerarios:q̃ uidelicet eoruꝫ præcepta:quorum ipsi nullam experitiam habent:aliis tradere audeant. Cum Hannibal Carthagine pulsus: apud Antiochum exularet:forte accidit:ut ab hospitibus eius philosophus hic phormio ad conuiuium uocaretur cum ipso Hannibale:qui rogatus: ut audire uellet phormionem de re militari disputantem:nõ recusauit. Cum igitur ille multa de ĩperatoris:& militum officio disputasset:& cæteri admiratione quadam tenerentur:& ipse Hannibal nihil omnino moueret:Interrogatus: quid de hac phormionis disputatione sentiret. Tum ille:multos ĩquit deliros uidi senes: neminem autem phormione magis:& recte quidem:q̃ ausus fuisset tractare de re militari:quã nunq̃ attigisset:Hannibale p̃sertim audiente: quẽ constat imperatorem fuisse p̃stantissimum:qui bellum diu contra romanos gesserit:& ita gesserit:ut plerunq; prœlio uictor euaderet.& conuiuio scipionem etiam cũ Hãnibale interfuisse narrat Plutarchꝰ. Cum inter cætera quæreret ex hãnibale:quẽ omnium primum putaret esse ducem. respõdit Alexandrũ magnũ: qui omnẽ ferme terrarum orbem subegisset. Deinde quẽ secundum: Pirrhũ dixit:qui optime rei militaris peritiam tenuisset. Postea quem tertium: tuꝫ se respondit hãnibal p̃stantissimorum cæterorum ducem fuisse: hic Scipio Quid si me uicisses? Enimuero inquit Hãnibal:& Alexandro:& pyrrho me

antepoſuiſſem. Vt peripathetic⁹ ille dicitur: Quotiens incœpta oratio ne: multa interponuntur: anteq̃ periodus perficiat: eo q⁹ hipbatos obſcurio rem orationē facere uidetur: iterum reppeti ſolet: quod abinitio poſitū erat: ut hoc loco: locutus eſſe dicit. Expulſus: Poſtq̃ Scipio africanus ſuperi or carthaginem populo romano tributariam fecit: haud multo poſt popul⁹ Carthaginenſis: cum uideret Hānibalem inquietum eſſe: eum ciuitate expu lere: qui patriam relinquens ad Antiochum regem Syriæ ſe contulit. Ho ſpitibus: .ſ. hānibalis. Copioſus: Qui multarum rerum ſcientiam te neret. De imperatoris officio: Ideſt de officio īpatoris: & militū. Hic: Pro tunc. Poenus hannibal: non ſatis apte locutus eſt: utpote barba rus: qui græce neſciret: ſed liberum dedit reſponſum. i. libero homīe dignū: ut libertatem quandam animi oſtenderet. Deliros: Delirus. ra. rum. et deliro deliras utrūq⁹ deducitur a læra. Eſt autem læra foſſa recta: quæ cōtra tuendos agros ducitur: & inq̃ toti⁹ agri uligo decurrit: & quia rectus eſt ſul cus: delirare dicuntur: qui a recta uia declinant: ergo delirus eſt: qui a ratiōe diſcedit. Ratio enim eſt recta uia: per quam omnes ducuntur. In qua ſignifi catione hoc loco: & ubiq⁹ ponitur. Neq⁹ me hercules. Laudat hoc reſpon ſum Catullus: & ſimilitudinem affert. Vt inquit delirum eſſe duxit illum: q⁹ nunq̃ militia n exercuerit: ita ego etiam illos deliros exiſtimo: qui cū nūq̃ cauſas egerint: præcepta dicendi tradere audeant. Me hercules: Ita me ad iuuet hercules. Arrogantius: Impudentius. Loquatius: Petulanti⁹.

Hānibale: Ac ſi dicet tanto duci. Græcum hominem: .ſ. Phormio nem. Hoſtem: Ideſt armatum militem. Nūq̃ caſtra uidiſſet: Ideſt qui nunq̃ in caſtris fuiſſet. Vllius publici muneris: Qui nūq̃ alicuius officii ad rem. p. pertinentis partem attigiſſet. ac ſi diceret: qui nunq̃ in gerē da re. p. uerſatus eſſet. Hoc mihi: Nunc confert ſimilitudinem rhetorū græcorum. ſicut Phormio de re militari diſputabat: cum nunq̃ miles fuiſſ⁊: ita hi: qui nunquā cauſas experti ſint: præcepta tradunt. Docere conant⁊:

Ideſt in ſchola præcepta ſua adoleſcentibus tradunt: & non uiris eruditiſſi mis: quēadmodum tu es o Antoni. Te: .ſ. Antonium: Craſſum: & cæte teros p̄ſtantes. Erras Catulle: In hoc ſermone Antonius dicit præcepta rhetoricæ artis græcorum eſſe ſuperflua: q⁹ omnibus ultro ſeſe offerant: & p pterea non eſſe neceſſaria. Et primum Catullo reſpondet: & hac occaſione ca pta: ea nihilominus breuit enūerat. quia autem dixerat Catullus: hoc prudē tiores eſſe doctores græcos: quā phormionē: q⁹ non uiros eruditos hæc quæ dam quaſi ludibria docerent: ſed pueros. Dicit Antonius falleris: o Catulle: ſi credis græcos hæc præcepta ſua īprudenter pueris tantum tradere. Naq⁊ ne minem romanum exiſtimant participem eſſe doctrinæ. Ea inſolentia græci ſunt: ut tantūmodo doctos ſe eſſe exiſtiment: romanos autē omnis doctrinæ penitus expertes. Erras: Falleris inquit Catulle: quia dixerat Catullus eſſe rhetores græcos modeſtiores: quā philoſophos: eo q⁹ philoſophus ille uo luerat Hānibalem rem milrtarem docere: rhetores autē⁊ tantūmodo pueros docere conantur. Naq⁊ egomet: Qui non ſum puer: ſed uir. nō adoleſcēs: ſed grauioris ætatis homo. Phormiones: Phormionis ſimiles. Quis

enim? Nemo inquit est tanta insolentia:tanta impudentia:quãta græci rhetores:qui eiusmodi præcepta sic tradũt:quasi romanũ quẽquã nihil omnino intelligere existimẽt. Istorum rhetorum: Scilicet græcorum. Nostrũ: Scilicet romanorum. Ac mihi quidem: Et q̃q̃ inquit intollerabili quadam sint ineptia:ego tamen illos facile patior.nam aut aliquid dicunt:quod non utile sit:sed tamẽ non molestum:aut aliquid ineptum:Si inutile:ne molestum quidem facile patior.Si uero aliquid ineptuz: laudo meum consiliũ: ꝙ doctrinam eorum contempseriz. Perpetior: Idest perfero. Plus est ꝑfere:q̃ perpeti.Nam perferre:est perseueranter ferre:ut illud patientiæ:hoc pseuerantiæ sit:quæ partes sunt fortitudinis.Patientia enim parum ꝑdest:nisi coniuncta sit cum perseuerantia. Nam ut: Nunc affert rationes. Q d̃ mihi: .i.quod si non utile sit:minus tamẽ molestũ. Aut efficiunt: Aut si quidẽ inepte dixerint: efficiunt:ut laudem propositum meum:qui doctrinam illiusmodi paruifecerim. Dimitto autem: Scilicet a disputatione.

Non tã: Non enim illos delirare dico:sicut Hannibal. Et eo fortasse: Fortasse inquit plus negotii sustineo:ꝙ eos Lentius fero. Nam me magis obtundunt:q̃ si eos asperius repellerem. Plus negotii: Idest laboris plus sustineo. Plus: Scilicet q̃m Hãnibal. Sed ita tamen: Quamuis inqt hos rhetores græcos æquo animo feram:est tamen eorum doctrina perridicula.& ita occasione capta:quasi per trãsitum tãgit:quæ ab ipis de rhetorica ꝑcipiuntur. Perridicula: Idest risu digna. Totam rem. Idest materiã rhetoricæ facultatis. Causæ controuersiam: Significat hypothesim.

In quæstiones: Thesim ostendit:uidelicet infinitam illam propositionez materiæ. Disceptatione rerum: Inter consulentes:cum suadeant: aut dissuadeant aliqd:controuersia uero significat iudiciale genus:inter causidicos. Causidici autez:uel accusant:uel defendunt.uel petunt:uel negant.& ita duas species rhetoricæ facultatis retigit: quibus formaẽ finita quæstio. Vel disceptatione:& cõtrouersia: Quia ex disceptatione nascitur controuersia. Nam prius discentimus:deinde contendimus. Quæstionem. Hic nullaz causæ mentionem fecit:quia simulac causa nominatur: continuo in circũstãtiis intelligitur:ut dixi superius. Infinita dubitatiõe: Quia si quis uelet diuidere in partes infinitam quæstionem:nullum finem inueniret. Nam omnia:de quibus sine circunstantiis quæritur:sub hac cõtinentur:ut superius dixit:qua magnitudine sit sol:qua forma sit terra:quid sit turpe:quid honestum:quid utile:& cætera huiusmodi. De causa præcepta dant: De iudicialibus:forensibusq̃ causis. Nam cum ita diuiserint materiam rhetoricæ facultatis: de finita præcepta dant:de infinita autẽ nihil omnino. Mirum silentium: Quia nulla omnino præcepta proponunt. Deinde q̃nq̃: Postquã materiam proposuerũt finitam: & infinitam formari duabus speciebus.s.deliberatiua:& iudiciali:uel tribus: ut nonnulli uolunt:demonstratiua:deliberatiua:& iudiciali:adiungunt partes: quæ sunt inuentio: dispositio:elocutio:memoria:& ꝑnunciatio:quæ partes appellãtur integrales: eo ꝙ aliqua earum deficiente rhetorica facultas integra non sit. Naz quẽadmodũ corpus:aliquo membro deficiente:imperfectum est.ita rhetorica:si qua harũ

defuerit: tunc integralis non erit: quia non satis esset inuenire: nisi inuenta disponerentur: neq; disponi: nisi dispositа eloquerentur: & elocuta memoriæ mandarentur: & nisi inuenta: dispositа eloquuta: & memoriæ mandata ꝑnũtiarentur. Agere: Ad gestum corporis. Pronunciare: Ad uocem referetur. Rem sane non reconditam: Idest non obscuram: neq; latentem: quæ ipsa se sua sponte offerat. Quis enim? Et probat illud. Diuidũt ĩqt hanc facultatem in eiusmodi partes: quæ omnibus facile offeruntur: ut sua sponte cognosci possint: sine ullis huiusmodi præceptis. Nemo est enĩ: qui nõ uideat neminem posse apte dicere: nisi qui illa intelligat: & habeat quid dicat. Quid diceret: Propter inuentionem. Quibus uerbis: Propter elocutionem. Quo ordiue: Propter dispositionem. Meminisset: Propter memoriam. Atq; hæc: Ac si diceret non nego: quin sint apte dispositа: & congrue: sed ea non necessaria esse contendo. Ante oculos: .i. manifesta esse omnibus. Vt eas item quattuor: Hoc dicit secundum diuersas rhetorum opiniones. Alii enim dixerunt orationis partes quattuor tantũmodo. hi sunt qui diuisioni annectũt confirmationem. Dicunt enim diuidi i exordium: narrationem: confutationem: diuisionẽ. Alii quinq; partes: exordiũ: narrationem: diuisionem: confirmationẽ: & conclusionẽ: quia confirmationi coniungunt confutationem: sed a diuisione separant confirmationem. Alii sex. s. exordiũ: narrationẽ: diuisionẽ: cõfirmationẽ: cõfutationẽ: & cõclusionẽ. & hæc opinio uulgatior ẽ. Alii septẽ: nã his oĩbꝰ partibꝰ: addiderũt digressionem: ut orationem exornemus: aut augeamus: anteq; peroremus. Aliter ab aliis: Ab aliis plures: ab aliis pauciores: ut modo dicebã. Iubẽt: Nũc partes orationis ostendit: & quæ præcepta in una quaq; parte ipsi rhetores tradiderunt. Beniuoluz: Hæ partes sunt exordii: beniuolentia: docilitas: & attẽtio. Narratiõis partes sũt tres: ut breuis: ut ueriſimilis: ut dilucida sit.

Possũt autem diuidere: Quia diuisio duas partes habet: enumerationẽ uidelicet: & expositionem. Enumeratio: quæ contineri non debet plusq; tribꝰ partibus. & expositio: cum res de quibus dicturi sumus breuiter exponimꝰ: & absolute. Proponere: Cum ostendimus quid nobis conueniat cum ad uersariis: aut quid in cõtrouersia nobis relictum sit. Tum: Idest post has quinq; partes. Perorationem: Idest finem orationis. Nam perorare est finem orationi imponere. & nihil interest: inter porationem: & conclusionem.

Alii iubent: Secundũ eos: qui dicunt septem esse orationis partes. Digredi: Digressionem fieri. Ornandi: Tunc cum ea: quæ per omnẽ orationem dixerimus: exemplis ornare uoluerimus. Deinde: Et ubi ꝑ digressionẽ ornuearimus: & amplificauerimꝰ: continuo deinde inferatur conclusio.

Concludere: Efficiendo id: quod intendimus. Perorare: Hoc est finẽ imponere. Neq; enim hæc: Paucis uerbis omnia: quæ ad artem rhetoricã pertinent præcepta cõplexus est: sicut uidistis: Antoniꝰ. Nunc autem ostẽdit: quod ab initio instituerat: Hæc apte quidẽ distributa esse a rhetoribus illis græcis: non tamen perite satis: q; ea ordinem quendam probatum magis habent: q̃ utilitatem necessariam. Nec hoc reprehendo: q; uidelicet hæc præcepta rhetores græci inuenerĩt: & inuenta distinxerint. Concinc: .i. apte

diſpoſita: ut primo quidem materiam poſuerint: poſtea in genera diuiſerint. Deinde in partes integrales. Deinde inſtrumenti membra propoſuerint laudandum eſt. Sed tamen: Senſus eſt: congrue quidem diſtribuerunt græci rhetores: ſed imperite: quod neceſſario contigit omnibus: qui a ueritate diſcedunt. Nam ut imperite faciant neceſſe eſt. Quæ enim: Hic ꝓbat græcorum rhetorum diſtributionem magis congruam fuiſſe: q̃ ueraz. Quæ enim: Vere inq̃ imperite diſtribuere. Nam quæ dicunt exordiorum: & narrationum propria eſſe: ea ego totius orationis ſua eſſe confirmauerim. Neq; enim in principio ſolum auditorem: beniuolum: docilem: attentū reddere uolo: ſed in oratione uniuerſa. Nam ego: Quō inquit beniuolū mihi facere auditorem potero? anteq̃ quicquā dixerimus de cauſa: quā ſuſcepimus. Cuz enim non audierint: non poſſunt ſe nobis beniuolos p̄ſtare. In curſu: .i. ꝓceſſu orationis. Inaudita: Quod in principio eſt: cum nihil ab oratore dictum fuerit. Docilem: Docilitatem etiam dico melius fieri poſſe: cum cauſam aperuero. Nam docilis eſt ille: qui aptus eſt doceri. i. qui cauſam intelligere cœperit. Policeor: Scilicet anteq̃ aliquid ſit auditum. Cum doceo: Aperiendo eam per diuiſionem. Explano Demonſtrando cauſam ꝓ expoſitionem. Attentum uero: Sed attentionem comparare debemus ab aduerſariis: non per exordiuz ſolū: ſed per uniuerſam oratione. Tota actione: Ideſt tota pronūciatione: q̃uis actio magis ad geſtum corporis pertineat.

Actione: Demonſtrādo argumenta noſtra. i. in confirmādis argumētis noſtris. & aduerſariorum refellendis. Excitandis: Cōmouendis ad audiēdum. Non prima denūciatione: .i. non prima principii oſtenſione. Iā uero: Hactenus oſtendit imperite græcos illos artis ſcriptores feciſſe: quātū pertinet ad exordium: ꝙ hæ ꝓprietates non magis ſunt exordii: q̃ totiꝰ orationis. Nunc illud idē oſtendere aggreditur: de ꝓprietatibꝰ narrationis: quæ ſunt breuitas: ueriſimilitudo: & dilucitas: & ita tenendū eſt uniuerſam orationem: debere: & breuem: & ueriſimlē: & dilucidaz eſſe. Qui? Pro quō: q̃ſi dicat nulla hac ratiōe ducti fecerunt. Cum in hoc omnis eſt error: Sēſus eſt. Iccirco inquit rhetores græcorum falluntur: ꝙ hanc dicendi rationem: ſi ue facultatem certis quibuſdam: ac diffinitis generibus: & partibus: ſicut cæteras artes comprehendi arbitrant: quod longe ſecus eſt. Nam oratoris officium multo latius patet: q̃ ꝙ diſpoſitis diſtinctiſq; quibuſdā quaſi membris corpus unum efficiat: ut uerbi gratia. Aliæ quidē artes certis quibuſdā generibus: & partibus continentur: quod de arte rhetorica dici non poteſt. Naz illa omnes alias p̄ſtat artes: & cōprehēdit: ſicut Cicero dicit. Crāmatica diſtribuitur in certa: ac diffinita quædam genera. Nam eius quattuor ſunt genera. Littera: ſyllaba: dictio: & oratio. Litteraꝝ rurſꝰ quiq; partes: aliæ uocales: aliæ ſemiuocales: aliæ conſonantes: aliæ mutæ: aliæ liquidæ. Syllabaruz: aliæ ſunt unius litteræ: aliæ duaꝝ: aliæ trium: aliæ plurimum cōprehenſio. Dictionum partes ſunt: nomen: uerbum: participium: & pronomen: & rāliqua. Orationum uero: aliæ perfecte: aliæ imperfecte: aliæ congruæ: aliæ incongruæ: & tam generū: q̃ partium deſcriptiones: atq; diffinitiōes ſunt faciēdæ: quod in cæteris omnibus artibus fieri poſſe reperies: ſed nō ita in arte rheto

rica.& hoc est:q̄ dixit superius Antonius non artem esse: sed semiplenam:& oēs artes cōplect:retur amplitudīe sua:q̄ magna sit:& late pateat. In hoc:

Videlicet in hac facultate rhetorica. Cæterorū: Scilicet artificiorum.

Dissimile: .s.artificio grāmaticæ:dialecticæ: astrologiæ: musicæ: arithmetricæ:astronomiæ:& sic de cæteris huiusmodi. Cuiusmodi: Sicut superius.Nam cum Crassus diceret iusciuile oratori necessarium esse:idq̄ probare uellet facillimum esse:dixit corpus omne iuris ciuilis paucis generibus posse cōprehendi:quia tria sunt tantū .s.ius nāle:ius lege:& ius consuetudīe. Deinde singulorum generū partes.s.religio pietas:gratia: uindicatio: & obseruantia:& ueritas. Ius consuetudine:pactum:par:& iudicatum.Ius lege:& earum partium diffinitiones. Nam tot partes sunt: quot leges iuris consulti exædificauerunt. In quo: Videlicet in exponendis generibus rerum.

Vitium oīo ullus̄ p̄termittitur: Omnis diuisio generū debet esse plēa: ut nullum omnino relinquatur. Mendosum: Quia sicut genera ponēda sunt oīa:ita & generum partes. Tum uerboꝝ omnium diffinitiōes: In diffinitione cauendum est: ne quid prætereatur : quod ab aliis sepat diffinitum:quæ sunt genus:& differētiæ:quibus positis quicquid accesserit superfluum erit.ergo in descriptione rerum proprietas circūscribat. Diffinitiōes:

Generum:& partium. Sed si hoc. Sed si hoc inquit fieri potest ī disputatione iuris ciuilis:ut ipsius quodam quasi artificium fiat:& si hoc idem in cæteris artib⁹ fieri potest:in paruis:utī grāmatica:in mediocribus: ut arithmetrica:non hoc idem censeo posse fieri in hac arte rhetorica. Iam dignior:

Quia p̄stat cæteris omnibus. Et maior: Quia omnes artes cōplectitur.

Hoc: Videlicet ut artificium quodā fiat ex generibus:& partibus generum distinctis:ac dispositis. Tanta re: Scilicet magnitudine: quaꝝ oībus p̄stat. Immensa: Latitudine:q̄ omnes cōplectatur. Sin autem: Sēsus est.artem rhetoricam certis generibus:ac partibus comp̄hendi posse ego nō arbitror:his autem qui arbitrant: satisfacient græci doctores: si mō eloquentiæ præceptores adhibendi sunt:q̄ ego non concedo. Ad eos: Scilicꝫ rhetores græcos:qui hæc tradūt præcepta. Omnia iam explicata: .i. explanata. Perpolita: Idest pfecta:translatio a fabris. Sunt enim īnumerabiles: Apud græcos hos:qui se rhetores p̄fitentur: multi sunt libri: nec obscuri:ut Hermagoras:Hermogenes:Lysias:& complures alii:qui de arte rhetorica scripserunt. Non abditi: Quia per se clari sunt. Neq̄ obscuri:

Idest neq̄ pplexi:atq̄ difficiles. Sed uideant: Sed non mihi uident ad hibendi eloquentiæ rhetores huiusmodi: quia alīud est: quod ipsi p̄cipiunt:& aliud:quod conuenit oratoribus. Ludendum: Quia græci rhetores ludere potius:q̄ certare docēt.& est translatio a tyronibus:qui p̄ludiis q̄busdā se exercent:anteq̄ ad uerum prœlium descendant. Arma: Eloquentiæ:

Ad ludum: More declamādi:sicut in schola fit. Arma: Nam arma sunt:cuiuslibet rei instrumenta.ut Virgilius in Georgicis.Dicenduꝫ & quæ sint duris agrestibus arma. Pugna: In acie:ubi non simulata pugna:sed uera exercetur. Ludus: In campo martio: ubi p̄ludia fiebant pugnæ.

Facies: Aspectus:quia facies ē ingenitus cuiuslibet rei aspect⁹. Aliud:

Quia horridus aſpectus pugnæ aliud requirit.ſ.magnanimitatem. Ludus: Aptitudinem:& agilitatem quandam corporis. & perſiſtit in tranſlatione:ut oſtendat pugnandum quodā modo eſſe oratori: cum ad cauſam dicē dam uenerit:ſiue defendat:ſiue accuſet. Campus: Quia in campo martio: p̄ludia quædam fiebant: in quib⁹ imago quædam erat ueri certaminis.

At tamen: Diceret aliquis:nūne dimicandi p̧itia prodeſt? prodeſt quidē: ſed ita:ſi magnitudinē quandā animi adhibuerit. Ludrica armorū: .i. dimicandi peritia. Gladiatori: Qui ſingulari certamine dimicat. Militi: Qui cum hoſtibus pugnat. Acer: Ideſt acris:& uehemens. Præſens: Firmus:ac ſtabilis. Acutus: Perſpicax in cognoſcendis his:quæ clientibus ſuis proſunt. Verſut⁹: In inueniēdis rebus: quæ aduerſariis ſuis noceant.& illud quidem eſt p̧ſpicacitatis ingenii:hoc uero calliditatis. Verſutus dicitur:cuius mens crebro uertitur ad malitiam. Inuictos uiros: .ſ. oratores inuictos in hac arte dicendi. Efficit: Reddit. Non difficilius: Quia prodeſt:ut dixit:multis ars dimicandi:ſicut oratori artificium dicendi.ſed non in eo ponēda ſunt oīa.

QVARE EGO TIBI: Hoc eſt ſecundū caput huius tractatus:ubi doceť: qui ſint ad oratoria ſtudia admittendi. Et quæ in optimis oratoribus excellant:non ſolum diligenti imitatione: ſed etiam frequenti exercitatione proſequendum.Ita inquit Antonius:quandoqdē de inſtituēdo oratore dicturi ſumus:primo mihi conſiderandum uidetur:quid ualeat.nunqd ad eam p̄ſtantiam uenire poſſit.neq; enim de mediocri:aut humili loquimur:ſed de excellenti:& p̄ſtanti. Quare:quādoqdē non mihi uidētur omnia:quæ propria ſunt oratoris in his conſiſtere:quæ uulgo dicunť:dicam ego quid de oratore ſentiam. Inſtituam: Ideſt ſic incipiam fingere oratorem. Quid efficere poſſit: Ideſt quantū ualeat. Ante: Videlicet q̄ ad hanc facultatem admittendū eſſe cenſeam. Si enim: Et incipit oſtendere:quibus modis piculum faciat eius:quem ad facultatem admittendū iudicabit. Mihi: Superuacuum eſt:& nihil ſignificationis habet:ut idem Cicero in alio loco:qui mihi accubatis. Tinctus: Imbutus:& mediocriter eruditus. Audierit: A præceptoribus. Legerit: Per ſe ipſe ex libris. Iſta ipſa præcepta: Quæ uulgo traduntť a rhetoribus græcis:quæ paulo ante dixit de materia oratoris:de duplici forma: & cæteris huiuſmodi. Quid deceat: .i.quid decens ſit:& q̄ idoneus ſit. Voce: Quæ in tres partes diuidiť. ī magnitudinem:firmitudinem:& mollitudinem.i.an magnam:firmam:& p̧ cōn odo ſuo uariabilem habeat uocem. Quid uiribus: Declarat:uidelicet:qd ſpiritu.i.tētabo an firmis:& bonis lateribus ſit ad p̧nunciandum. Quid lī gua: .i.an uolubilem:& expeditam habeat linguam. Si intelligam: Si omnia uidebuntur ineſſe adoleſcenti: quæ ad ſummū oratorem prouehant: tantum oratori optimo tribuo:ut ipſum non ſolum adhortari:ſed etiam obſecrare non dubitem. Elaboret: Scilicet in ſtudiis eloquentiæ. Si uir bonus: Si non ſolu⁹ ad hanc facultatem p̧diſcendā natus erit: uerum etiam uir bonus fuerit.hoc dicit:quia eloquentia ſine ſapiētia p̧deſt nunq̄:obeſt uero ſæpe.quod etiam Quintilianus ſentit: cum diffinit oratorem. orator eſt

uir bonus dicendi peritus. Nam uniuersa ciuitas: ut Hesiodus ait. Sæpe malum hominem sentit. pari ratione bono uiro uniuersa ciuitas fruit. sed si mihi non dederit spem posse ad sūmum oratorē puenire: non ualde eum sollicitabo: sed ad arbitriū suum dimittam: uelit: an nolit eloquentiā sequi. Sin impar: Si uidebitur nō posse adæquare sūmum oratorē. Mediocris: Vt mediocriter eloquentia ualeat. Molestus: .i. nō manope fatigabo: aut soli citabo eum: uel adhortatione: uel p̄ce. Sin plane: Sed si oīo ineptus erit ad hæc studia eloquentiæ: ut nullaz partem nec corporis habeat: nec ingenii: uel per exiguū admodū ipsuz non soluz dehortabor: sed etiā deterrebo: ut ad aliud se transferat. Abhorrebit: .i. manifeste alienus erit. Absurdus. Absonus. Cōtineat: Scilicet ab eloquentia. Aliud transferat studiū: Cui magis uideatur esse idoneus. Naz neq; : Et reddit rationē: cur primum quidem adhortabitur. secūdum non ualde sollicitabit: postremū uero oīo alienabit. Optime: Scilicz eloquentiā consequi. Deserēdus: Nō debemus eum sine adhortatiōe unq̄ relinquere. Neq; is: Qui mediocris orator euadere posse uidet. Deterēdus: remouendus: etiam si in hac arte optime non ualeat. Quod: Scilicet euadere optimū oratorē. Alterū: Videlicet non facere: quod non possit optime facere: uel facere: quod nō possit. Alter: Vt q̄ mediocris facultatis est ad eloquētiā. Tertium: Videlicz ineptuz oīo nihilominus studiis eloquētiæ insistere: nihil aliud facere uidet: q̄ q; tu o Catulle aliquādo de quodam declamatore dixisti: qui erat ineptꝰ. Deceat: Conueniat. Quā possit: Idest supra uires suas. Præconio domestico: Sensus est. Absurdum: & alienuz ab eloquentia hominem uelle tamē eloquetiæ studiis operam dare: nihil est aliud: q̄ clamādo ineptiæ suæ arbitros facere: quēadmoduz p̄co tuba strepens populum colligere solet. In quo etiam comparat horridū clamorem oratoris tubæ strepenti p̄conis. Naz cum uoluerit clamare: testes omnes ineptiæ suæ faciet: qui ad eum clamantez concurrent. Colligentis p̄conio: Idest uoce. Nam quēadmodum p̄co tuba populū colligit: ita ipse cum in foro ineptus sit: tamen clamare uelit: oēs cōcurrere facit: & multos: qui ineptiæ suæ ignari erant: testes facit. De quodam declamatore: Nam Catullus luserat in quendam declamatorē: ad quē omnes concurrebant: non audiendi: sed ludificādi causa. De hoc igitur: Nunc dicit: postq̄ delegerimus eum: qui ad eloquentiaz idoneus fuerit: reliquū erit: ut ea ipsi tradere uelimus: quæ nos usu: & exercitatiōe consecuti sumus. Neq; enim meliora hēmus præcepta: quibus ip̄m instituere possimꝰ: q̄ uelit puenire ad sūmaz eloquētiam. Talis: Idest qui natus erit ad eloquētiam. Quæ nos usus docuit: Idest ea: quæ nos usu: & exercitatione didicimus. Eo: .i. ad eam dicendi facultatē. Ipsi: .s. ego: & tu o Crasse. Atq; ut: Et incipit per similitudinē ostenderequalis esse debeat: qui ad eloquentiam adhorteť. Atq; ut: .i. de familiaris nostri sulpitii exemplo sumam dicendi principiū: qualis esse debeat: qui ad oratoriam facultatē admittitur. Hūc: Demonstratiue dixit. In causa paruula: .i. exigua: & exili: & facili. Voce: .s. canora: firma: magna: & uersatili: & clara. Forma: Vultus habitu: & oris. Motu corporis: Idest gestu. In reliquis:

Videlicet in ſpiritu. & lingua:ut firmis lateribus: & uolubili lingua eſſet.

Celeri: Veloci:& agitata. Ingenii: Naturæ ſuæ. Exferuelcentibus: Ideſt erũpentibus. Redundantibus: Ideſt ſupabundantibus.& ẽ trãſlatio a fonte ſcaturiente:& erũpente. Aetatis: Nam adoleſcentiæ conceditur luxuries quædã oratiõis. Quod: Silicet hanc uim:& uehemẽtiã: copiaz: & ubertatem dicẽdi. Non ſum aſpernatus: Liptote eſt.i.libenter admiſi.

Efferat: Ideſt ſe effundat. Fœcunditas: Ideſt copia dicendi. Nã facilius ſicut inuitibꝫ: Pulcherrima ſimilitudo.Sicut laſciuiẽtis uitis facilius eſt pampinos reprimere: q̃ in uite deficiente nouam uirgulam excitare: ita ẽ etiam oratoris facilius laſciuientis orationẽ refrenare: q̃ langueſcẽti nonnihil addere. Nimium ꝓfuderũt: .i.nimiũ ꝓfuſa ſunt.Nam pampini:cum nimis luxuriauerint: reprimi poſſunt falce. Quã ſi nihil ualet: .i.ſi lãgue ſcat. Excitantur: Perſiſtit in tranſlatione.i.ex aliis excitanť.i. ex uitibꝫ inutilibus. Noua ſarmenta: Ideſt tenellæ:& nouæ uirgulæ pululantes ex uite:quas cum excideris:periculũ eſt:ne uites intereãt. Cultura: Satiõe: uinitoris opera:& induſtria. Excitantur: Suſcitãtur. Cultura: Inſitione:quia non tam facile eſt inſerere uites. Noua ſarmenta: Ideſt nouos ſurculos. Ita uolo: Pari ratiõe de oratore:ſi in eo ſupflua oratio fuerit:facile erit reprimere.ſi uero defuerit oratio:non tam facile erit excitare. Am putem: Abſcindam. Non enim: Reddit rationẽ:cur uelit in adoleſcente aliquid ſupabundare:quod amputari poſſit.quicquid enim cito matureſcit: breuiter ſucum amittit.& unum ſequit ex altero.& in tranſlatione perſiſtit: Significat autem moderatam in adoleſcẽte orationẽ cito euaneſcere. Vidi docilem: .i.doceri aptum:& idoneum. Indolem: .i. uidi ſtatim uirtutis imaginem:quæ ipſo aſpectu dignoſcit.Indoles enim eſt ſpecies futuræ ꝓbitatis. Iꝑm: Scilicet ſulpitium. Perdere tempus: Scilicet in ſchola declamatorum. Cohortatus: Sed eum admonui:ut ſibi foꝝ pro ſchola deligeret:ubi cauſas ageret. Ludum: Scholam.Nam magiſter ludi:dicit magiſter ſcholæ. In ſchola enim quaſi ludi exercenť. Magiſtrum: Scilicet oratorem quẽpiã:& ꝓſiſtit in ſimilitudine: ſicut ſcholaſtico ludus: ita oratori forum ſit quaſi ſtudium. Me quidẽ ſi: Et etiã admonerẽ ſi mihi obſequeretur:ut ꝑ cæteris deligeret.L.Craſſum:qui diſputationi intererat. Si audiret: Ideſt ſi quidẽ obtẽperet mihi:& eſt honeſtus dicendi modꝰ. Q d̃: Scilicet cõſiliũ meum: Iſta facturũ ſe: ideſt nec ipſe quidẽ tardus fuit ad parendũ præceptis meis. Arripuit: .i.raptim accepit:& ſine mora. Ita: Quemadmoduz ꝑceperam. Atq; &: Et ꝑterq̃ q; ipſi.L. Craſſus qua ſi magiſtrum ꝓponebam:me quoq; promiſi magiſtrũ fore: ſi ita uideretur.

Gratiæ: .i.cauſa mei erga illum fauoris. Me quoq;: ideſt non ſolũ magiſtrum habituꝝ eſſe. L.Craſſum:ſed me quoq;:ſi ita uideretur. Vix annus interceſſerat: Et nihil mea me ſefellit opinio: nam uix anni ſpacium ꝑterierat:cum hic auſus eſt accuſare.C.Norbanũ me defendẽte illum. Accuſauit: Scilicet repetũdarum. Non eſt credibile: Credi non poteſt: q̃nta mihi differentia uiſa fuerit inter ſulpitium qualis erat: cum adhortatꝰ ſũ illum:& qui poſtea fuit:cum aduerſus.C.norbanũ cauſam diceret. Nam idẽ

esse non uidebatur. Inter:esse: .i.differre. Qui tum: Scilicet tempore adhortationis meæ. Anno ante Scilicet accusationem norbani: ac si diceret multo excellentior:multoq; p̄clarior. Omnino: Sensus est:ualde natꝰ erat:ut assequereť Crassi excellentem dicendi rationē. Magnificū: Dignitate. Præclarum: Excellentia. Sed ad ea: Natura quidē plurimū ualet:sed ipa per se infirma est:nisi studium:& industria adhibeatur. Sꝫ ea: Scilicꝫ natura. Sensus est nā tametsi erat egregia in sulpitio:tamen non potuisset omnia efficere ad consequēdum illud genus Crassi:nisi studium:& industriam ad illud adhibuisset. Eodem: Est aduerbiū.i. in id genus: studio:& uoluntate incidisset.nisi dicendi consuetudinē adhibuisset. Tota mente: Ideſt omni dispositione:atq; uolūtate Crassum sibi ꝓponeret quē imitaretur. Ergo hoc: A superiori infert.quādoquidē inquit tantuꝫ ualet imitatio: sicut exemplo sulpitii ostendimus: ergo hoc̄ sit primum in præceptis meis:ut excellentes uiros ipsi ꝓponamus:quos sequať:& imitetur egregie: & quēadmodū demonstramus hanc uiam suscipiendā esse: ut quicquid egregiu n uidebit in eo:quem imitabiť: id studeat diligentissime assequi. Non enim omnia imitari debemus:quæ in eo sunt: quia poterit etiam in eo aliquid inesse uitii:sed tantūmodo quæ optima sunt:& excellēria. Demō strenus: Scilicet qualis esse debeat is:quem imitemur. Excellent: Ideſt p̄stabunt:& præclara erunt. Tum accedat: .i. cum ea cognouerit:quæ ī oratore uidebunť esse p̄stantiora:ad quæ tota mente ferreť: uelim ipsum diligentissimam adhibere exercitationē: ut quem imitať exprimere possit: & representare. Accedat: Addiiciať. Qua illum affingat:atq; exprimat: Ideſt formet:& representet. Ita non ut multos: Ostendit modum imitandi. Sensus est: uolo inquit:ubi cognouerit:quæ in oratore p̄stantissima sint:quæ imitanda susceperit:tunc adhibeat exercitationem tantā: ut formare:ac representare possit:quem imitatur:non tamen exemplo eorum duci: q adeo studiosi sunt imitandi eos:quos sibi ꝓposuerint: ut non solum quæ in his p̄clara sunt:uerum etiam quæ facilia sunt: & uitiosa imitanda cēsuerint: quorum alterū uulgare:alterū non ꝓbandum. Insignia: Magna:& notabilia: Insigne non solum de uirtute: sed etiam de uitiis. Omne enim quod excellit:siue illud uitium:siue uirtus fuerit:insigne appellať: ut Virgilius. Scilicet ante alias amor est insignis equarum. Nihil est facilius: Et cum duo ꝓposuerit uitanda in imitatione:unum est:ne facilia deligamus:alteruꝫ ne uitiosa.Demōstrat facilia primū:deinde uitiosa.& more optimi præceptoris Cicero ꝓponit primo quidē quid faciendū:deinde quid non faciendum.

Facilius: Si quis delegerit sibi imitandum oratorē p̄stantissimū:& imitabitur eius habitū:nihil magnum erit.hoc enim facillime faciet: ut qualis erit habitus:talem & ipse habere possit. Amictum: Ideſt cultum corporis:ut palam ab hūerīs pendentem usq; ad talos hēat. Statum: Quō stetterit in ꝓnunciando:eodem modo stare studeas. Aut motum: Videlicet gestum corporis:quo gestu corporis usus fuerit in ꝓnunciando: eo tu quoq; utaris:quæ omnia sunt facillima :sed in aliis quæ sunt ꝓbabiliora. Si uero: Et hoc quantū ad ea:quæ facilia sunt. In eo: Scilicet quem imitari

cõstituis. Vitiosam: Natura enim homines ad uitia ꝓcliues sunt. utrũq; ergo uitare debemus. Vt ille fusius: Et exemplum ponit cuiusdã fusii: qui cum sibi.C.fimbriam imitandũ ꝓposuisset:quæ in illo uituperãda erat diligentissime assecutus est.uirtutẽ uero omnino ptermisit. Amissa: Propter ætatem:cuius senex esset:& uocem pene amisisset. Furit: Dicendo de re.p. in oratione sua. Quos tamen: Et q̃uis insaniat: non tamen asseqũ ueruos.C.fimbriæ in dicendo. Neruos: Vim:& uirtutem orationis in dicendo. Oris prauitatem: Idest peruersitatem: & deformitatem. Nam quia fimbria incitatior erat in dicendo:necesse erat: ut rictus oris deformaret:qđ fieri solet ab his:qui incitatiores sunt. Et uerborũ latitudinem: Idest biãtia uerba:& longo ambitu pronũciata. Sed tamẽ: Hic dupliciter errauit: & q̃ non delegit optimũ:& q̃ in eo:quem delegit uitia potius: q̃ uirtutes ẽ assecutus.optimus est ille:in quo nihil omnino insit uitii. In eo: Scilicet fimbria.si non delegit optimũ:at saltem omissis uitiis: quæ in eo probanda erant:imitatus esset. Qui autem: Concludit ergo:ne in alterũ horũ uitiorum:aut in utrũq; incidamus.s.& facilia:& uitiosa. Primum quidem dabit operam:ut optimũ deligat.q̃ si optimum delegerit:non poterit facere: quæ probãda non sunt.sed tamen si quem sibi ꝓposuerit:in quo sit aliquid uitii: imitetur uirtutes eius tantum. Vigilet: Idest diligens sit. Excellent: Præstabunt. Deligendo: Scilicet optimum oratorem. Quid enim: Hic Antonius:siue Cicero in persona Antonii: auctoritate maiorũ probat: ꝓponendum esse quẽdam in dicendo ꝓbatissimum:quem imitemur. Dicit enim hoc idem factitasse oratores illos ueteres:ut imitarent quempiã:q̃ si qs eorum scripta diligentius consideret: id eos omni ætate seruasse reperiet.

Extulerint: Ediderint:prouexerit:ut Virgilius.Extulit hæc detios:marios:magnosq; camillos. Aetates: Alii diffiniũt numero centum annorũ: alii triginta tantũmodo: quanto tempore cursum suum Saturnus peragit.

Quod non tam: Id ita fuisse: uidelicet ætates omnes sua quãq; dicendi genera habuisse:possumus facilius in græcis cognoscere:q̃ in latinis: propterea quia græcorum multi libri sunt: nostrorum autem pauci admodum:ne nullos dicam. Cuiusq; ætatis: A tempore Crassi intellige. Ex quorum scriptis: Ex scriptis græcorũ intelligi potest:quis cuiq; dicendi modus placuerit:& quo quæq; ætas dicẽdi genere delectata sit. Ex scriptis: Quæ plurima usq; ad hanc ætatem permanent. Quæ dicendi uoluptas: Idest qui dicendi modus cuiq; placuerit. Pericles: Qui & orator insignis: & philosophus:& dux inclytus athenienſiũ fuit: quorum rem.p. quadragĩta annis mira prudentia rexit. Alcibiades: In quo nã uidet expta qđ efficere possit:ut Aemylius probus dicit.Nam q̃ impator fuit: & terra: & marĩ sũmus: atq; in primis disertus: cuius tanta erat cõmendatio oris:ac orationis: ut nemo ei dicendo posset resistere. fuit autem educatus in domo periclis patrui sui:sicut testatur Iustinus. eruditus uero a Socrate. Thucydides: Hic nõ orator solum:sed historiarum scriptor clarissimus euasit. Subtiles: Disputando. Acuti: Inueniẽdo. Breues: Quibus nihil superẽ. Abũdantes: Quibus nihil deesset. Thucydides: Nam de Thucydide supe

rius dixit: q uerba ꝓpemodū ſentētiis adæquauit. Naꝫ hi omnes uno ferme genere delectati ſunt. Non potuiſſet: Ecce quō nunc quaſi infert: quod ſuperius dixerat: ſemper imitationē fuiſſe apud illos uetuſtiſſimos. non potuiſſent omnes unum dicendi genus conſequi: niſi habuiſſent: quēpiam unum: quem imitati eſſent. & ideo factū eſt: ut omnes idem genus haberent. Critias: Theramenes: Lyſias. Hi omnes demagogi fuere athenienſes: hoc eſt qui populum quocunq; uellent trahere poterant. Lyſias uero miræ iocunditatis fuit orator: ſubtilis: atq; elegans. ut Quintilianꝰ ait: & quo niſi: ſi oratori ſatis ſit dicere: quæras pfectius. Non nulli Crytiæ: Hi quaſi in alia ætate cœperunt non nihil a charactere illo antiquiſſimo declinare: ſed tamen retinebant illam dignitatem piclis. De theramene: Cuius pauciora ſcripta permanent. Sucum: Ideſt dignitatem: & grauitatem. Filo: Ideſt tractu orationis. Tranſlatio ſumpta a filante: ut ſupra diximus. Cicero: aliud quoddam quaſi filum tuæ orationis deſideramus. Ecce tibi: Tertia ſubſecuta eſt ætas: in qua Iſocrates ille rhetor potiſſimū uiguit: qui ſcholam etiam athenis celeberrimam habuiſſe fertur: ex cuius ſchola p̄ſtantiſſimi oratores: atq; philoſophi euaſere. fuit enī gorgiæ auditor: & teſte Quintiliano ī diuerſo genere nitidus: & comptus: & palæſtræ: q̄ pugnæ accōmodatior. oēs dicēdi ſectatus. In inuentione facilis. honeſti ſtudioſus. In cōpoſitione adeo diligens: ut cura eius reprehendaꝫ. Tibi: Vacat: ſicut mihi plerūq; : ut Virgilius: Mihi non ſegnior ito. nā hic mihi nihil facit. Cuius e ludo: Ideſt cuius ex ſchola. Ex equo troiano: Troianum equum dicit: quo capta eſt troia. In quo armati uiri græcoꝝ principes delituerunt. hoc dicit: ſicut ex equo troiano principes euaſerunt: ita etiam ex ſchola illius euaſerunt principes eloquentiæ. Sed eorum: Scilicet principum eloquētiæ. In pompa: Ideſt in turba diſcipuloꝝ. In acie: .i. in forenſi certamine. Alii īquit delectati ſunt eloquētia ſua: qua utebanꝫ apud diſcipulos. Alii qua utebantur in foro. i. in cauſis forenſibus: ubi quaſi in certamine oratores ad dicendum prodeunt. Itaq; : Et multos nominat ex his: qui diſcipuli iſocratis p̄ſtantiſſimi fuerunt. Theopompi: .i. ſimiles Theopōpo. Ephori: .i. Ephrro ſimiles. de theopōpo: & Epboro Cicero in hortenſio. Theopōpum autem acrem: Epborem mitem eſſe cōmemorat. Naturis: Vt de theopompo: & epboro. quia alter acris: alter mitis erat. Voluntate: Quia omnes ad idem dicendi genus tendunt. Et interſe: Quia tenore quodam ſeniores ſemper iunioꝝ p̄ceptores fuerūt. Magiſtri: Scilicet Theopōpus: Epborus: Philiſtus: Naucrates: & alii: quos ſupra memorauit. Et hi qui ſe in cauſas: Scilicꝫ Demoſthenes: Ligurgus: Aeſchines: Dimarchus: qui in cauſis forenſibus uerſati ſunt. Declarat ergo: quia dixerat in acie: hoc eſt in cauſis forenſibus claruerunt. Demoſthenes: Athenienſis. Ligurgus:: Lacedæmonius. Et ſi inter ſe: Ait etiam de his nunc: qui in pompa claruerunt: dixit eos naturis differre: ita etiam: qui in foro. i. qui in cauſis uerſabantur diſſimiles naturis fuerunt: & tamen in eodem genere uerſati ſunt. Virtutis: : .i. uehementiæ: & dignitatis oratoriæ. Quorum q̄diu manſit imitatio. Plane nunc concludit Antonius: id quod intendebat. ſingulum genus

dicendi: singulis ætatibus manſiſſe: ꝙ unum ſemper ſibi ꝓpoſuerunt. Poſteaq̃: De tribus generibus dixit: quæ in totidē ætatibus fuerunt: quia unū imitabantur omnes. ſed poſtq̃ hi exceſſerūt: & imitatio periit: & meliores cœperunt eſſe: & hoc quia neminem ſecuti ſunt: ut ex hoc probꝫ imitationē maxime prodeſſe oratori. Senſim: Pedetentim. Obſcurata eſt: .i. abſoluit. Euanuit: Sublata eſt: & obliterata penitus. Nam primo obſcurior facta ē: deinde euanuit penit⁹. Molliora: Effœminatiora. Remiſſiora: Humiliora. Inde dimochares: Quem aiunt filium fuiſſe ſororis demoſthenis. Phalerius demetrius: q: ut. Ci. in officiis ait: diſputator fuit ſubtilis: orator paꝝ uehemēs. dulcis tamē: ut theophraſti diſcipulū poſſis agnoſcere. Politiſſim⁹: Ornatiſſim⁹. Quæ ſi uolem⁹. Hæc eſt cōcluſio generalis: uidelicet imitationē ſemper in ſingulis ætatibus fuiſſe. Dicit enī hodie quoq; menedemus tantuꝫ ſuo dicendi genere p̄ſtat: ut aſiatici oēs eū imitentur. Quæ: Scilicꝫ diuerſa ſcripta græcoꝝ: quæ ſupra memorauimus.

Perſequi: Ideſt narrando numerare. Vt audiui: Vt ad me delatum eſt: tota aſia imitatur. Plericq;: Ideſt pars maxīa. Hanc igitur: Poſtq̃ probauit imitationem ſeruandam eſſe: ꝙ uidelicꝫ plurimum utilitatis afferre poſſit. ꝙ ita eſſe probauit exemplo græcoꝝ: qui unaquaq; ætate ſemꝑ unū aliquod dicendi genus habuerūt. Igitur: Quādoquidē ſatis conſtat imitationem oratori eſſe utillimam: poſſumus hanc conſequi duabus rebus. ſ. exercitatione: & ſcriptione. Imitatione: .ſ. alicuius ꝓbatiſſimi uiri. Crebris: Frequentibus: & diuturnis: & intenſis. Scribendi: Nam hoc dixerat Craſſus plurimum oratori conferre: ut frequenter ſcribat. Quod ſi: Et hoc loco quaſi latenter mordet ſulpitium: ꝙ negligens ſit in ſcribendo.

Quod ſi hic noſter: Scilicꝫ ſulpitius faceret: ut non ſolum exercendo: ſed etiam ſcribendo exerceretur. Preſſior: Ideſt ſubtilior. Nam elimaret orationem ſuam ſcribendo. quēadmodum enim ſcriberet: ita etiam loqueretur.

In qua ineſt luxuries: Quæ nondū ſatis correcta: & emendata eſt: & ſimilitudine ſegetum dixit: luxuries quædam. Dicit autem reprimendā eſſe ſuperfluitatem orationis: quam ſulpitius habet. Luxuries: Proprie dicit̃ ī tempeſtiua ſegetis abundantia: ut Virgili⁹. Quid quod ne grauidis procū bat culmus ariſtis: Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba. Vt ruſtici: Vbi luxuries abūdat: in ſegetes īmittere ſolent oues: ut eam depaſcant̃: ita etiam faciendum eſt in oratione ſulpitii. Depaſcenda: Moderanda: & deprimenda. Hic ſulpitius. Sulpitius quaſi ſubridens Antoniū acriter mordet. dicit. n. recte tu quidē me admones: ut ſcribam: qui nihil unq̃ ſcripſeris. Nam ſi id faceres: iuſta cauſa eſſet: cur me admoneres ad ſcribendū. Sꝫ ne multum. Antonius. n. ſicut apud ualerium legitur: aiebat ſe nullaꝫ ſcripſiſſe orationem: ne ſi quod priori cauſa actum erat: quod ei noceret: quem poſtea defenſurus eſſet: ut id a ſe dictum negare poſſet. Ne multum: .i. nihil: uel parum. quia nunq̃ ſcripſit aliquid Antonius: quod quidē extet: niſi librum illum de eloquenti: & diſerto: quem ſibi neſcio quo pacto excidiſſe dixit.

TVM ILLE: Caput tertium: in quo docet Antonius: siue Cicero in persona Antonii: multos sine cuiusdam imitatione solo naturæ studio claros euasisse. Deinde non prius ad causæ dictionem pueniendū esse: q̄ tota penitus ab oratore causa cognita sit. Sed primo Antonius respondet: ad id: quod superi⁹ in fine lectionis dixerat: nec te multum scripsisse arbitror: tu inquit mihi ita obiicis: q̄ nihil scriptitauerim: quasi non p̄cipiam ea aliis: quæ mihi ipsi desunt. ac si diceret: scio me nihil scripsisse: sed non p̄cipis aliis: quæ in me sūt.

Sed tamē: Quāuis inquit ea mihi desint: & ea ipsa nō faciam: quæ aliis p̄cipio: quantū tamen ad scribendū attinet: plus facio q̄ aliis uidear. tabulas enim conficio: quod sine scriptione fieri non potest. Tabulas autem stipulationum: & testamentoꝝ intellige: in quibus scriptionis opa cōsumit̄. Veruꝫ etiam: Sensus est eiusmodi: & q̄ in tabulis conficiēdis exerceor: & q̄ etiam in dicendo operam cōsumo: utrūq̄ iudicari potest. Nam nisi tabulas conficerem: res mea familiaris tanta non esset. nisi me exercerem eloquentia minus ualerem. Vtrūq̄: Scilicet me & scribere tabulas: & exerceri in dicendo.

In hoc: Scilicꝫ cōficiendis tabulis: in quo sine dubio scriptio cōsumitur.

Ex re: Quia nisi tabulas conficerem: res mea familiaris tanta non esset: Nam ex earum scriptione lucrum faciebat. In illo: Scilicꝫ exercendo me in dicendo. Ex eo: Videlicet ex ipso genere orationis meæ. Nam quantuꝫ dicendo ualeam: q̄tulūcunq̄ id est: ex eo est: q̄ me exerceo. Quātulūcūq̄: Minuit merituꝫ suum: ne arrogans esse uideatur. Atq̄ esse: Postq̄ satis respondit ad id: quod obiecerat Catullus: q̄ aliis p̄ciperet scribere: cū id ipse non feciſſet: Nunc ad id uenit: quod est alteꝝ principale membrū huius capitis: & si inquit dixerim: aliquem imitandū esse: cuius imitatione ducamur: tameu non nulli fuerūt: qui suopte ingenio: ac natura: sine ullius imitatiōe: eloquentiam consecuti sunt. Suapte: Ideſt sua ip̄i⁹ natura. Quod etiā in nobis: Et ne longe exempla petamus: de uobis o Cæsar: & Catulle hoc dici potest: qui nullius imitatione ducti tantū in dicendo consecuti estis: ut alt̄ quidē suauitate orationis: alter elegantia plurimum ualeat. Alter: Scilicꝫ Cæsar. Alter: Scilicet Cotta: sicut & ipse Cicero libro de claris oratorib⁹ ostendit. Dicit enim urbanitate illum p̄stitisse: ut facile oratione sua attentos retinere potuerit. Inusitatum: Ideſt nouum: quem nulli ex oratoribus nostris adepti sunt. Leporem: Lepor ꝓprie est: sermo nitidus: & absersus: hoc est lautitia quædam orationis. Et salem: Iocum accipimus. Nam sicut sal suauitatem quandam cum mordacitate habet: ita etiam ioca urbanorū. Acutissimū: Et subtilissimū: utrūq̄ ferme idē est: nisi q̄ unū inuentioni: alterum uero sensui magis conuenit. Neq̄ uero: Alio utitur exemplo Curionis: qui & ipse nullū delegerat oratorem imitandū. Aequalis: Ideſt æqueuus: Virgili⁹. Aſt illum uidi æquales genua ægra trahentē: .i. æqueui. Patre: Sensus est. Curio neminem imitatus est: quāuis occasionem habuerit maximam: utpote patrē eloquentissimum uirum: tamen suo studio: & industria ꝓprium quoddā dicendi genus cōsecutus est. Grauitate: Dignitate. Elegantia: Proprietate. Copia: Vbertate. Formā figuram: Vnum est expositio alterius: quia figura est forma. i. character.

Quod maxime: Videlicꝫ eũ eſſe grauem:elegantem:& copioſum. In ea cauſa: Accuſabantur roſii fratres.incertum cuiꝰ criminis.aduerſus eũ dixit Curio:& in hac defenſione tantum eloquentiæ in eo eſſe cognoui.In ea oratione inquit Curio oſtendit plane omnibus nihil ſibi deficere: quod optimum oratorem habere oporteret.Nam ita orauit:ut eloquentiã ſimul: ac ſapientiaꝫ oſtenderet:qꝫ altera ſine altera nihil: aut parum ualet. Copioſus: Ideſt eloquens:hoc eſt orator:qui eloquentia:& ſapiẽtia p̃ditus eſſet. Veꝝ ut: Alteꝝ mẽbruꝫ principale:in quo oſtendit: non prius ad cauſæ dictionẽ deueniendum eſſe:q̃ cauſa tota ab oratore cognita ſit.& oſtendit cauſas.quæ a diſcipulis:aut de clamatoribus tractantur:eſſe ueris diſſimiles:quia hæ ſũt multo difficiliores. Ad cauſas deducamus: Ideſt ut aliquãdo p̃cipiamus oratori:quem inſtituimus:quõ cauſam ſuſcipiat: anteq̃ ad eam tractandã p̃ ueniat. Ad cauſas: Scilicet forenſes:ubi de crimine agitur: & pecunia .i. ad cauſas criminales:& pecuniarias:ut noſtri dicunt. In quibus: Ideſt ĩ q̃ bus plꝰ aliquãto laboris eſt:q̃ in deliberatiuis cauſis. Riſerit. Fortaſſe aliquis hoc præceptũ meum riſu proſequet: quia eſt præceptũ non tam acutuꝫ .i. difficile:& ideo quia eſt præceptum facile intellectu: tam & ſi utilitatẽ habeat:tamen non magni æſtimabitur. Non fatuuꝫ: Ideſt non ſtolidum: quod ẽ ĩ uerbis. Eruditi: Periti. Monitoris: Qui monita dat. Magiſtri: Qui præcepta. Quaſcunq̃ cauſas: Scilicꝫ iudiciales. Diligenter: Videlicet ex omni parte. Penitus: Interius:ut eas plene:atq̃ pfecte ex omni parte cognoſcat:ſed non p̃cipimus inquit de cauſis:quæ tractanť in foro præcepta dentur. Hæc autem omnia etiam a Quintiliano p̃cipiũtur.

Hoc: Scilicꝫ ut cauſas diligenter cognoſcat orator. In ludo: In ſchola declamatorũ:quia ille cauſæ declamatorum facillimæ ſunt:ſed non de his dicimus:ſed de forenſibus multo difficilioribus. Ad pueros: .i.adoleſcentes:qui declamare diſcunt apud ſophiſtas.& ponit exemplum p̃ceptoris:& ſophiſtæ.Lex peregrinũ uetat in murũ aſcendere.aſcendit.hoſtes repulit. quæritur quid iuris.hæc quæſtio facillima eſt. Negocii. .i.laboris: & propterea aliquis fortaſſe riſerit:q̃ præceptũ hoc in ludo nõ traditur:& recte. quia facile eſt cauſas eiuſmodi intelligere.ideo præcepta non dant: ut ſui ſcholaſtici cauſas cognoſcant. Formula: .i.regula. At uero: Hactenus dixit multũ differre cauſas ueras a fictis.Fictæ enim facillime ſunt:quas declamatores diſcipulis ſuis ꝓponunt.At uero cauſæ ueræ ſunt difficillimæ:quæ niſi adhibita accuratiori diligentia:non facile cognoſci poſſunt. hinc efficitur: ut qui cauſas cognoſcere neglexit:eas neceſſario male agere cogatur. Nũc uero dicit:quæ cauſæ ſint:quæ in foro agantur. Tabulæ: Scilicet teſtamẽtorum cognoſcendæ ſunt:qua ſolemnitate conficianť. quas ſe Antonius: confecre dixit ſuperius. Teſtimonia: Criminũ:quæ aut pro aliquo: aut cõtra aliquem adducunť. Conuenta: Conuentiones. ſi quid inter aliquos conuenit:quod iuſtum:& ratum haberi ſolet. Pacta: ſi quid inter ſe pepigerint. Stipulationes: Proprie in contrahẽdo celebranť:emendi: uẽcedi: locandi:conducendi. Cognationes: Paulus dicit. cognationis nomen: a

græca uoce dictũ. naz illi συγγενὶς uocant: quos nos cognatos appellamus. Cognati inquit sunt: & quos agnatos lex duodecim tab. appellat. Sz hi sunt: qui per patrem agnati ex eadem familia: qui autez per fœminas coniungunt̃: cognati tantum nominant̃. proximiores ex agnatis sui dicunt̃. Inter agnatos igitur: & cognatos hoc interest: qd̃ inter genus: & specic̃. Nam qui c̃ agnat9: & cognatus est. non utiq; autem: qui cognatus est: & agnatus est. Alterũ enĩ ciuile: alterum naturale nomen c̃. Affinitates: Sunt necessitudines: quæ ex matrimonio cõtrahunt̃. Decreta: Senatus. Responsa: Prudentũ.

Vita: Scilicet eorum: qui in causa uersant̃ accusatoris. s. & rei. nam utri usq; uita cognoscẽda est. Quarum rez: .s. supra memoratarz. Negligentia: Idest propter negligentiam. Priuatas: Quia sæpe multo magis dubiæ sunt priuatæ: q̃ publicæ. eo q; ĩ publicis causis semper leges sunt: quæ uetant: aut pmittant: aut iubeãt aliquid fieri. In priuatis uero non ita. naz priuati casus: multo plures sunt: q̃ leges. Ita non nulli: Ostendit rationẽ: quare pleriq; causidici causas non diligenter cognoscũt. quia uolunt uideri multa facere: & in foro uersari: ut nũc hanc: nunc illam: modo aliam causam gerãt: ut inde magnã æstimationẽ acquirant. quo fit: ut plerũq; causas amittãt. Nõnulli: .s. causidici. Dum operam suam: .i. dum uolunt oĩb9 uideri negocios̃: ut multa faciant. Volitare: .i. cõcursare per totum forum. Et a causa ad causam ire: Idest ut modo hanc: modo illam causam tractent. In quo: Idest in qua re: uidelicet dũ causis pluribus se implicãt.

Vel negligenciæ susceptis rebus: Diferencia est inter suscipere: & recipe: suscipimus rogati: recipimus sponte. Nunc ergo dicit: erratum maximũ est: quia plures: q̃ cognoscere possunt causas: uel susceptas negligũt: uel receptas produnt. Nam cum causas amiserũt: iudicant̃: uel negligentes non curare susceptas: uel perfidi ꝑdere receptas: quod ꝓpea eis contingit: quia causam non satis cognitam habent. Magna offensio: Idest magnum erratũ est. Susceptis rebus: Quia negligentes iudicantur: cum causas susceptas amittũt. Perfide receptis: .s. sponte. nam perfidi sumus: cum causas sponte receptas agere nolumus: sicut illud est negligentis. s. non curare susceptas: ita hoc perfidi nolle agere receptas. Sed etiam illa: Scilicz offensio: quõ enim quis poterit causam probe dicere: cuius nullam: uel per exiguam cognitionẽ habuerit? Illa multo maior opinione: .i. illa offensio uincit opinionẽ: & est honestissimns modus dicendi. Itaq; Sensus est. Dum minime curant. ne negligentes esse uideantur: id incurrũt: qd̃ uitant: ut obtusi: & hebetes esse iudicentur. Illam: Scilicz uitupationẽ tarditatis Contemnũt: .i. dum minime curant. Vitiũ: .s. inertiæ. Dum inquit minime curant: ne ĩertes appellentur: id etiam incurrunt: quod uitãt: ut obtusi: & hebetes uideantur. Nam inertiæ dãnant̃ ab his: quorũ causas obtinere nequiuerint. Equidẽ: Sensus est: ĩgenio prõpti uideri uolunt: dũ causas minus cognoscere studẽt: non cognoscentes male eas agere necessario cogunt̃. Male agentes uero postremo tardi etiã iudicant̃. Equid soleo: Dixit quid alii plerũq; faciant: dũ causas negligentius cognoscunt: ut tarditatis etiã uitiũ incurrant: cum cau

fas amiſerint. Nunc quid ipſe facit oſtendit. & hoc modo duo facit: quæ propria ſunt p̄cipientis: ut cum oſtenderit: quid non ſit faciendū: poſtea quid ſit faciendum ꝓponat: Quid non ſit faciendū ex aliorum negligentia: ut ſuperius oſtendit. quid faciendū ex ſua diligentia. Neq; alius: Et ut poſſit cauſam ſuam cliens meus liberius: & explicatiꝰ declarare: ipſum remotis arbitris dicere iubeo: quid de cauſa ſua ſentiat: & nullius reſpectu teneatur. Et agere aduerſarii cauſam: Et hoc etiam ſeruare conſueui. cū Cliens mihi cauſam ſuam dicere incœperit: ego contradico illi: quid aduerſarius obiicere poſſet: ut ab ipſo eliciam: quæ reſponderet. Cum Cliens mihi cauſam ſuam dixerit: ego illi contradico. Tu quidē ita dicis: q; ſi aduerſarius aut hoc dicet: aut illud: tu quid contra reſpondebis? Et ita quodāmodo: cum uideor cauſaꝫ aduerſarii ſuſcipere: Cliens declarat quid diceret. Itaq; cum ille: Et cū Cliens meus diſceſſit: ego tres perſonas ſuſtineo: uidelicet meam: Clientis: & iudicis: & ſūma cum æquitate. Meam: .i. bis tribus perſonis inuenio: quæ ꝓ ſint æque: atq; obſint. Sūma animi æquitate: Quia taꝫ ea: quæ cōmoda ſunt: q̄ ea: quæ incōmoda diligenter conſidero. Prodeſſe: Ad confirmandum. Obeſſe ad refellēdum. nam hoc modo ea mihi confirmant clarius.

Cum æquitate: Quia nō minus cōmoda cauſæ meæ: q̄ incōmoda cauſæ aduerſariorum diligenter conſidero. Qui locus: Et cū in cauſa mihi ſe obtulerit argumētum: in quo plus cōmodi: q̄ incōmodi eſſe uideat: hūc ego ſuſcipio in confirmanda Clientis cauſa. Si uero plus in cōmodi: q̄ cōmodi: illud eiicio. Satius enim eſt ea: quæ magis obeſſe poſſunt: q̄ prodeſſe tacere.

Locum: Pro argumento ineſſe uideat plus mali: q̄ boni. Abdico: ꝓcul a cauſa. Eiicio: Extra cauſam. hoc enim intrinſecus: illa uero extrinſecus magis conſiderant: quæ ſumūtur ex maiori: minori: diſpari: ſimilitudinib⁹: & exemplis. Ita: Hoc pacto: duꝫ me ita gero: illud cōmoditatis aſſequor: ut alio tēpore me ad dicendum cōparem: & alio ad dicendū ueniam. Quæ duo: Scilicet cogitandi: & dicendi. Sed certe: Sed profecto illi etiam: qui excellenti ingenio p̄diti ſunt. Si in duo tempora diuiderēt: id quod eſt cogitandum: & id quod eſt dicendū: oratoriū munus p̄clarius implerent. Ideꝫ illi: Scilicꝫ qui ſunt ingenio freti.

CVM REM: Caput quartum eſt: in quo cauſa cognita docet Antonius p̄ meditandū eſſe oratori: quæ ſit ambigendi ratio. i. quæ ſit cōſtitutio cauſæ: quot ſint numero conſtitutiones. cauſa inquit rei cognita: primū rō ineunda eſt ambigendi. i. primum cōſtitutio cauſæ ineunda eſt: in qua poſita ſit res: de qua agitur. Rem cauſamq;: Endiadis eſt. i. cauſam rei. Occurrit: Ideſt ſtatī offertur animo meo. Ambigēdi: .i. Ratio dubitandi. Nihil eſt enim: Declarat quō dubitet: ac diſcepteꝫ de cauſa: quæcunq; fuerit: Ambigitur: Inter homines. i. dubitatio fit. Omnis res: quēadmodū ipſe Cicero in arte ueteri docet: quæ habet in ſe poſitam cōtrouerſiam: aut diſceptationem aliquam: aut rei: aut nominis: aut generis continet quæſtionē. rei: ut factū ſit nec ne. cōſtitutionē cōiecturalē īnuit: feciſti: nō feci. Nominis: Cum factum conſtat: ſed quo nomine ſit appellandum dubitatur: diffiniti ua conſtitutio naſcitur. Generis: Cum de ui: & genere negocii quæritꝰ:

tunc constitutio generalis appellaꝫ:quæ diuidiꝫ in iudicialem:& negocialē: Est etiam alius status:qui appellatur actionis ex translatione:: uidelicꝫ cum aut rei:aut accusatoris: aut iudicis: aut loci: aut temporis: aut eiusmodi rei cōmutatio facienda esse diciꝫ.De hac ideo nihil oio tractat:qꝫ ea raro in iudi cium uenit. Siue ex crimine: Ex his uerbis iudiciale genus causarum in nuitur.Nam iudiciale genus causaꝝ :aut criminis: aut cōtrouersiæ quæstio nem continet. Criminis: Cum agitur de re:quæ ad aliquod maleficium pertinet:ut occidisti:non occidi. Controuersiæ: Cuꝫ agitur de pecunia: ut illa res:illa pecunia mihi debeꝫ:non debeꝫ. Deliberatione: Vt si quæ ratur bellum carthaginensibus inferenduꝫ sit:nec ne:deliberatiuū diceꝫ cau sæ genus. Siue personæ: Nam demonstratiuū genus causæ est: quod ī ali cuius personæ laudem:aut uituperationē tractaꝫ: ut si agatur de laude scipi onis. Disceptatione: Hoc loco infinitū significāt: quam sæpe thesim dixi mus praticen:ut uerbi gratia:si quæratur: an bonum aliud sit preter hone stum:ut utilitas:ut gloria:ut amicicia:& cætera huiusmodi.Multi enim hæc omnia supra dicta in bonis ponenda esse uoluerūt:hic de nulla certa re agiꝫ. Nam gloriæ diuersa sunt genera.quia alia est gloria belli:alia pacis: & alia a lius rei:ergo nullam circunstantiā habet rei certæ.Circūstantia dicitur: quæ rem certam circunscribit: ut si quæreꝛeꝫ de gloria Scipionis: tunc haberet p sonæ circunstanciam. Ratione uiuendi: Quæ pertinet ad omnē philoso phiam moralem.ſ.politicam:œconomicam:monasticam. Factum sit: .i. an sit ita.sicutCicero in arte ueteri docuit:primum an sit. Deinde quid sit. postea quale sit.In his trib⁹ modis omnis constitutio uersatur. An sit: Cō stitutio coniecturalis efficitur: ut occidisti aiacem: non occidi. Quid sit: Cum factum non negaꝫ:sed de facti nomine dubitaꝫ:quo nomine sit appel landum:ut si quis accuseꝫ sacrilegii:qꝫ uasa argentea de loco sacro sustulerit: non tamen ipsa sacra:& is fateaꝫ quidē se substuliſſe: nec ideo esse sacrilegiuꝫ dicat:sed furtum. Quale sit: Cum de ui:& genere negocii ambigiꝫ: tūc constitutio generalis appellatur:quæ diuidiꝫ in negocialē:& iuridicialē. Iuri dicialis in duas partes: absolutam: & absuntiuam scinditur. Factum sit: De p̄terito. Fiat: De p̄senti: Futurumqꝫ sit: De futuro. De p̄teri to: Vt si quæratur:utrū occidit Aiacem Vlyxes:de p̄terito est cōtrouersia. Fiat: Vt si quæraꝫ:bono ne animo sint in rem.p. fregellani. Futuꝝ: Vt si quæratur: si carthaginem reliquerimus incolumē: nunquid in fide mansuri sint carthaginenses. Quale: Scilicꝫ tunc cum de ui:ac genere ne gocii quæritur:& generalis constitutio diciꝫ. Quid uocetur: Nominis controuersia:cum constat:& res:& rei qualitas:sed tamen de rei nomine quæ ritur.& quia uis uocabuli uerbis diffinienda est: ideo quæstio: siue constitu tio diffinitiua appellatur. Ac nostræ: De translatiua nihil oīo diciꝫ: cuꝫ aut iudicis: aut loci: aut eiusmodi rerum mutatio facienda sit: & ideo nihil omnino tractat:quia raro uenit in iudicium. Ac nostræ: Sed nostræ cau sæ:uidelicet romanoꝝ:quia apud græcos plerūqꝫ causa illa in iudicium ueni re solet:quia ius ciuile diffinit:apud quos:quo in loco: quo tempore agendū sit constitutio actionis dicitur:qꝫ mutanda sit actio. Criminum: Quæ

ad iudiciale genus cauſaꝝ pertinent: ut pulſatio: adulterium: ut furtum: ut cædes: ut cætera huiuſmodi. Nam in iudiciali genere uerſanť. Inficiatione: Negatione: feciſti: non feci. feciſti: inſtat. non feci: deꝑcať. cõtrouerſia ẽ prima intentio accuſatoris: cum defenſoris inficiatione coniũcta. Nam de pecuniis. Incipit alias cauſas: quæ non in criminibus uerſantur: ſed in quibus petiť aliquid: aut negať. in iudiciali genere uerſatur. Nam iudiciale genus habet petitionẽ cũ defenſione. defenſio ad utrũqꝫ pertinet: ad petitionẽ: & defenſionẽ: qa negatur quod petitur. Repetũdis: Accuſať is: qui ꝓuincĭæ alienas pecunias expillauit: ſed poſtea latius patuit. Naꝫ etiam ſi quis populus alteri populo iniuriam fecerit: aut captiuorũ: aut incendii: aut ꝑdæ: q iniuriam repetere: diceret agere repetundaꝝ rerum. ergo cum repetunť: quæ ſunt ablata: tunc repetundarũ rerum agitur. Fere: Hoc modo: ut rapuiſti gregem meum: non rapui. De ambitu: Sed ſi de ambitu inciderit controuerſia: raro inquit per inficiationem defendere poterimus. nam quia largitio late patet: obſcura eſſe non poteſt: ideo negatio locum non habet. Nã ambitus accuſatur ille: qui populum largitione corrupit. ergo ſi uolũt largitionem defendere: non negabimus factũ. ſed neceſſe erit: ut ad liberalitatẽ cõfugiamus: quando quidem largitio facta negari non poteſt. Largitio eſt: cuꝫ aliqua munera in populũ diſtributa fuerint. quæ notiſſima ſunt. uulgo negari non poſſunt. ergo neceſſe eſt: ut ad liberalitatẽ confugias: ut diſtribuiſti annonam in populum. hoc negari non poteſt. reſpõdet. diſtribui: ſed iure. Licuit enim mihi pro mea liberalitate populo ſubuenire. Rurſus. qui inſtabit: largitionem in populum feciſti. feci non largitionem: ſed liberalitatem. Quã enim accuſator largationem appellabit: defenſor liberalitatẽ eſſe dicet. ergo diffiniendũ erit: quid ſit liberalitas: & quid ſit largitio: Seiũgere: Separare. Ab ambitu: atq; largitione: Ideſt ab ambitu largitionis. ſed de his rebus: quæ ĩ crimine uerſantur: nulla cõſtitutio ĩcidere poterit: niſi coniecturalis. nam ſi cõceſſeris: nihil iudicium cõmorabiť. De ſicariis: Ideſt latrõibus. Nam ſiccarii dicti ſunt: a ſica genere teli: quo utuntur. De ueneficiis: Vt ſi quis accuſeť: q; aliquẽ ueneno necauerit. De peculatu: Inter furtum: Sacrilegium: & peculatus: hoc ĩtereſt. quia furtum eſt rei priuatæ: ſacrilegiũ rei ſacræ: peculatus rei publicæ. Inficiari: Ideſt negare. Idẽ igitur: Videlicꝫ an ſit cõtrouerſia facti: quæ cõiecturalis conſtitutio appellatur. Ex deliberationibus: Ex rebꝰ futuris controuerſia ſumiť: ut ſi quæratur: ſi carthaginenſes dimiſerimus incolumes: an in fide ipi manſuri ſint. Facti raro: Quia nõ incidere poteſt: ut ſit deliberatio rei iſtantis. Vt ſi quæratur: an fregellani bono in rem. p. aĩo ſint. Nam alii ſuadẽt: alii diſſuadent.

Facti raro: Rurſus ut uerbi gratia: poſtq̃ Hãnibal italiam inuaſerit: & populo romano bellum intulerit: quærať in ſenatu carthaginenſi: utrum hoc Hãnibali licuerit. raro ĩcidit deliberatio: uel ꝑteriti: uel etiam iſtantis: quia non deliberamꝰ: quæ facta fuerĩt: aut quæ fiãt: ſed quid faciendũ ſit. Sæpe etiã res: Quæ bræuiter ſuperiꝰ ꝓpoſuit: declarat. Sæpe enĩ incidit: ut de re nulla quæſtio ſit: ſed de qualitate rei: cum de ui: & genere negocii quæriť.

Qualis ſit: Videlicꝫ iuſta: an ĩiuſta. & ideo de genere rei: ſiue negocii agi

tur:ſiue iuridicialis:ſiue negocialis:ſiue abſoluta:ſiue aſſūptiua. .L.opimii: Oſtendit exemplo poſſe incidere cōtrouerſiam: de qualitate rei. Id eſt huiuſ modi. L.opimius. C.gracchū leges agrarias ferre uolentē facto grege bonoꝝ inuaſit:& eum ad pontem miluiū deprehenſum occidit. poſt aliquot annos ac cuſatꝰ eſt leſæ maieſtatis:ꝙ. C. Gracchꝰ occiſus eſſet eo auctore. Nil de. C. gracchi:qui. L. opimiū accuſabat. ditebat. occidiſti. C. gracchum. defenſor re ſpondebat occidit:ſed iure. naꝫ patriæ libertatem defendit: & hoc modo defē debat cāꝫ iuſtā eſſe. Apud populū: Quia diem dixerat tribunꝰ plebis. L. opimio ad populum. Iure: Vt occidiſti. C. gracchum. occidi:ſed iure. naꝫ patriam defēdere uolebī. hic de qualitate rei quærebať. utrum iuſte: an iniu ſte. ſed quia factū erat. i. p̄teritum: ideo iudicialis erat cōſtitutio: quia re ex tranea aſſumpta:hoc eſt defenſione patriæ cōfirmabať. ideo diciť abſumpti ua. Idem Carbo eandem cauſam e diuerſo ſuſcepit. Alia tamen mente: Vt gratificareť Mario:cuius tunc opes maximæ erāt. Nam cum ex numancia re diret Scipio africanus inferior:quam nuper euerterat: quia magna erat uiri autoritas:& ipſiꝰ meritū recens:id agebat:ut tāti uiri iudicio. C. gracchi cæ des imp̄bareť:& ita plebis opes augerenť. cuius cōmodis Gracchus cōſulere uoluerat. nec dubitabat:quin hāc neceſſarii ſui cædem īdigne ferret Scipio. Venienti igitur illi obuiam ad ipſas p̄pe portas obuiam p̄diit:& eum īter rogauit:quid nam ſibi de cæde. C. gracchi uideret. Ille continuo iure cæſum uideri reſpondit. Quod plebem romanam uehementer offendit: & creditum eſt ipſum p̄pterea etiam in cubiculo domi ſuæ interfectum eſſe: & huius cæ dis conſciam fuiſſe uxorem ſemproniam. Alia tamen mente: Vt gratifi candi Mario: ut ſupra dictuꝫ eſt:qui ſemper nobilitati infenſus fuerat. De .C. gracchо: .i. de cæde .C. gracchi. ergoˉ ſi hæc cōſtitutio facienda fuiſſet: ita obiectum fuiſſꝫ. occidiſti .C. gracchū: occidi:ſed iure. Iure autē: Hic attendenduꝫ ē: quo modo omnes partes iuridicialis aſſumptiuæ breuiter Ci cero perſtringit. Vt aut oportuerit: Per aſſumptionē ex tranſlatione cri minis. ut cum Oreſtes tranſfert crimen in matrē:ꝙ magnitudine ſceleris eaꝫ necari oportuerit. Occidiſti matrem. occidi: ſed iure. Nam patrem meum ne cauerat. Licuerit: Per aſſumptionem:ex remotione non criminis:ſed cul pæ. ut qui ſulpicium occidit tranſfert culpam in cōſules:qui ita iuſſerūt: ut ideo ſibi occidiſſe licuerit. Aut neceſſe fuerit: Scilicet per conceſſionem ex purgatione:quæ fit tribus modis:uidelicet imprudētia: caſu: neceſſitate.

Iam tum quid: Ad aliam .i. diffinitionem tranſit dicens. quod autem pertinet ad controuerſiam nominis: uidelicet cum uis uocabuli diffinienda erit uerbis: tunc diffinitiua conſtitutio appellať: cum & factum conuenit:& facti qualitas manifeſta fuerit: & de ipīꝰ facti nomīe quæritur. quia uis uer bi diffinienda eſt:diffinitiua appellatur. Vt mihi ipſi: Sulpitius accuſa uit Norbanum:ꝙ populum aduerſus Scipionem concitaſſet: qui exercitum aduerſus Cimbros amiſerit. hic inſtabat: dicens ipſum leſiſſe maieſtatem:ꝙ concitarat populum cōtra Cepioneꝫ. Antonius autem: qui eum defendebat: non negabat concitatū populum. Id uero factum eſſe non lædendæ maieſta tis:ſed ſumēdi ſupplicii cauſa ex eo:qui læſerat maieſtatē. Norbani: Tri

bunt plebis. Pleraq: Videlicet q̄ Cepionem apud populuꝫ accuſaſſet: q̄ populum aduerſus eum concitaſſet. Ex quo: Scilicet læſæ maieſtatis.na Appius legem tulit de maieſtate contra eum: qui ciuitatis amplitudini dero gaſſet.Et in hoc dubitabaꝫ:quia alius alio modo diffiniebat. Atq̄ in hoc genere: Scilicet diffinitiuo. Hic reprehendit eos:qui putant diffiniendam eſſe uim uerbi breuiter:& abſolute.quia puerilis:& dialectica ratio eſt:uideli cet ſcholaſtica.at rhetorica latius:ac locupletius loquiꝫ:nec conciſis huiuſmōi diffinitionibꝰ utitur:quod oſtendit exemplo ſui:ī cauſa.C.Norbani de maie ſtate læſa:non hoc feciſſe:q̄ non uidebaꝫ ad oratoriā artem pertinere: ſꝫ cau ſam multis:& uerbis:& rationibus explicaſſe. In hoc: Videlicet in diffi nitiua conſtitutione.cauſam facit:cum quæriꝫ quid ſit lædere maieſtatē.hoc modo.Læſiſti maieſtatem.non læſi.diffiniendū eſt:an læſerit. Dilucide: Abſolute. Breuiter: Cōmode.abſolute cui nihil deeſt. breuiter cui nihil ſupereſt. Quod: Antonius improbat.Non enim uti debet tanta orator breuitate. Per q̄ puerile: Ideſt aptum potius pueris:& ſcholaſticis: q̄ ora toribus. Alia eſt: Et alia eſt diffinitio cū diſputatur inter philoſophos:& alia cum diſputatur inter oratores. non enim cum cauſa agiꝫ: de artibus di ſputatur.ſed q̄ in diffinitione uerſatur:ornatiori: & locupletiori ē oratione declarandum:& planum iudicibus faciendum. Diffinitio: Scilicet dia lectica. In artibus: Vt in grāmatica:rhetorica:dialectica. nam artes diale ctico more tractanꝫ: ut grāmatica eſt ſciētia recte loquendi:rectēq̄ ſcribendi. Nam ars ipſa per ſe intelligentiam ſui plenā non habet:ſed ītelligitur ad ali qd pertinere. Lex: Eſt receptio boni: prauiq̄ depulſio. Ciuitas: Quā nōnulli deſcribunt per etimologiam:ciuium unitas: nec tamen q̄uis dicat ſe hanc diffinitionē dialecticam non laudare:q̄ ea uti non debeat orator: tamē quid facere ſoleant primum declarat: uidelicet qđ diffinito nihil deſit: & ni hil ſuperſit. Ratio:& doctrina: .i.ratio doctrinæ.ē enī endiadis. Vis: Ideſt natuta:& ꝓprietas. ut ſi diffinias hominē. Homo eſt animal rationa le:& mortale.hic nihil abeſt:nec ſupereſt.Nam ſi diceres:homo eſt animal:de eſſet:quia etiā equus eſt aīal. Si adiunxeris rationale:tunc ſeparaꝫ ab equo: ſed non eſt ſatis.Nam angelus ſiue mentes ſingulares eſt animal rationale: ſꝫ addis mortale: & ita ſeparaꝫ homo ab angelo.Angelꝰ enim non eſt mortalis. Vt nec abſit quicq̄: Quod facit abſolutio. Supſit: Quod facit bre uitas. Quod: Oſtendit quid facere ſoleāt philoſophi:ſiue dialectici:& qd faciendum ſit oratori.Nam alia ratio eſt dialectici:& alia oratoris:& ideo nec ſe:nec Sulpitium feciſſe inquit ī cauſa Norbani.non enī diffinierūt uim uer bi breuitate:ſed locupletiori oratiōe aperuerūt. In illa cauſa: In qua age batur de læſa maieſtate. Omni copia: .i.omni facūdia:& ubertate. Et enim: Alias nunc rationes adducit: cur huiuſmodi diffinitionibus uti non debeat orator:cum in his:quæ conſtant ex genere:& differētiis:quæ breuibꝰ uerbis circunſcriptæ ſunt: ſi unum uerbum reprehēderis:tota ipſius diffini tio deſtruetur.Tria ſunt:quæ facile deſtruunt diffinitionē illam dialecticā: uno uerbo:uel reprehēſoruel addito:uel adempto.non debet id agere orator: ut uno uerbo cauſa totā nitatur. Vno uerbo reprehenſo: Vt homo ē ani

mal placabile: uideris recte diffinisse: sed tamē facile reprehēdet: si quis dicat: alia quoq; aīalia placabilia esse: ut equum: leonē: ursaz: quæ placari possunt:

Dempto: Vt si de illa diffinitione: homo est animal rationale: & mortale adimas: siue rationale: siue mortale. Addito: Vt homo est aīal rationale: & mortale. & bipes: cum non solū homo: sed etiam aues bipedes sint. Diffinitio: Scilicet dialectica. Extorquet: Destruet. hæc est prima ratio: cur non debeant se oratores eiusmodi diffinitionibus astringere. Deinde: Sed genere ipso. i. ui: ac natura ipsius diffinitio uidet potius cōuenire pueris: hoc est scholasticis: q̄ oratoribus. Genere: Idest ui. Natura: Idest ꝓprietate. Redolet: .i. præ se gerit. Tum: Deinde. alia ratio: q̄ qui p̄sūt iudicio: & foro: non possunt facile huiusmodi diffinitiōes percipe: cum orator debeat elaborare: ut qcqd dictum fuerit: ab omnibus intelligat. Ante enim plabitur: Cum enim adeo breuibus: concisisq; uerbis dicta fuerit: uix dicta est: cum memoria excidit. Sed in eo genere: Postq̄ satis dixit de diffiniti one. nunc redit ad generalem constitutionē: uidelicet cum generis cōtrouersia incidit. Generis autem cōtrouersiam diximus facere constitutionē generale: & quas partes nunc generali constitutiōe subiicit: eas de in arte noua legitīæ cōstitutionis nominauit. uidelicet scriptum: & sententiā: contrarias leges: ambiguū: & rōcinationem. Illud autem aīaduertendū est: quod etiam superius dixit: generis quæstionē esse: cum quæritur quale sit id: de quo agitur. & ideo generalem constitutionē appellauit. Est autem duplex: negocialis: & iuridicialis. De iuridiciali superi? satis dictum est: quæ diuidit in purgationē: & de p̄cationem. Relinquitur nunc: ut de altera parte dicat: quæ negocialis dicit: quæ spectat ad duo tēpora: p̄sens: uel futurū: quæ in ipso negocio iuris ciuilis habet controuersiam: cui diligentiæ iuris consulti p̄esse existimāt. & ideo recte subiicitur legitimæ. Nam a lege legitimū deducit. Legum autem ītерpretes sunt iuris consulti. In quo: In qua cōstitutione generali. Quale: Quæritur quale sit illud: de quo agit. Sæpe contētio: In quo dubitatur de qualitate rei: uidelicz iusta: an iniusta sit. Ambigitur: Dubitat: & in controuersiam uenit. Existat: Non solum inquit existit cōtentio iure: an iniuria factum sit. i. iustum ne sit: an iniustū id: de quo agitur: sed etiā in hac generali cōstitutiōe existit cōtrouersia in scripto: cum aliquod ambiguū uidebit scriptum esse. Illud autem ambiguū constat ex his partibus: scripto sententia: cōtrariis legibus: diffinitione: rōcinatione: ex quibus duas tantum partes hoc loco breuiter. & succīte cōmemorat: atq; obscure. nā nisi qs diligēter aīaduertat: uix uerbis ipsis p̄cipi potest. sed eas Cicero in arte noua planius tractauit. Interp̄tatione: Cum scriptum interp̄tandum sit: uidelicz ī ea parte constitutionis: quæ appellat negocialis: cum quæritur ex iure ciuili: an in scripto aliquo: siue testamento: siue lege obscurū aliquid interp̄tandu? sit: siue etiam cōtrariæ leges fuerint. Ambiguū: Quod in duas pluresue sentētias trahi possit. In quo: Scilicet scripto: uel genere interp̄tandi scripti. Ex ambiguo: Ergo uult ambiguo cuidā quasi generi has partes negocialis cōstitutionis esse subiectas: ut ambiguū sit genus: & sub eo continentur partes: una quæ nascit: ex contraria sententia unius legis. altera: ex con

trarietate duaꝝ legũ. Nam illud: Ecce quõ nunc illud declarare incipit. uere inq̃ nulla controuerſia naſci poteſt in ſcripto: niſi ex ambiguo: quia ambiguũ eſt quoddam quaſi genus ad cõtrouerſiam ſcripti. Ambiguũ: Videlicet ſub hoc genere: quod ambiguum dicimus continet controuerſia ſcripti: atq; ſententiæ: cum ſcriptus aliud ſignificare uidet: & ſentẽtia ſcriptoris alia fuiſſe uidet. Quod: Videlicet ambiguũ. Cum inquit cõtrouerſia ĩ ciderit: ex ſcripto: & ſentẽtia: genus huius cõtrouerſiæ ambiguũ dicit: quod explicat: cum ea uerba ſuppleta fuerint: quæ ambiguũ illud facere uidebantur. ut in illo teſtamento Ciceronis. Vt Tulli⁹ hæres me⁹ terẽtiæ uxori meæ triginta pondo uaſoꝝ argẽteoꝝ dato: quæ uolet: hic ſcriptum & ſentẽtia ambiguitatem quandam habent. Cum enim ita dicat. quæ uolet: ambiguũ eſt: utri⁹ arbitrio dari oporteat. Dato: Prodet: uel ipſe hæres: uel terentia. illa maioris p̃cii uaſa petit. hic uero dicit ſe illi debere uaſa: quæ ipſe uoluerit: & ex hoc controuerſia naſcitur. ſed cum uerba ſuggeſta ſunt: uidelicet dato .xxx. pondo uaſorũ: quæ ipſe uolet: tunc deſinit eſſe ambiguum. uel e diuerſo: dato q̃ꝫ ipſa uolet: etiam remouetur ambiguum. Suggeſta: Supplета. Quæ deſunt: Quæ minus uidentur. Defendit: Ab utraq; parte pro cõmodo ſuo. Ex cõtrariis ſcriptis. Nunc inſtat Cicero p̃bare: quod ſuperi⁹ cœperat: uidelicꝫ cõtrouerſias omnes: quæ ex ſcripto naſcunt: eſſe uniꝰ generis: quod ambiguũ appellatur. Deinde docet multas eſſe ambiguoꝝ ſpecies: quoꝝ ſcientia eſt dialecticoꝝ. Ex contrariis ſcriptis: Videlicꝫ ex cõtrariis legibus. i. non ambigue ſcriptis. controuerſia: quæ ex contrario conſiſtit: nõ ſeparat ab ambiguo. Nam quia leges cõtrariæ ſunt: ideo etiam ambiguum naſcitur: q; & duoꝝ ſcriptoꝝ cõtrarietas facit alteram quaſi partẽ ſub iectam ambiguæ. Cauſa dupplicat: Quia in hac controuerſia ex duob⁹ ſcriptis ambiguũ conſiſtit. In ſuperiori ambiguo: ex uno ſcripto tantũmodo conſtabat: ut dato quæ uolet. Sed cum ex contrariis ſcriptis controuerſia conſiſtit: non eſt diuerſum genus a ſuperiori. Nam ita ſub ambiguo continetur controuerſia: quæ ex contrariis legibus oritur: ut quæ ex ſcripto: & ſentẽtia.

Duplicatur: Quia illa tantũmodo ex uno ſcripto: hæc uero ex duobus conſiſtit: cuꝫ duæ: aut plures inter ſe leges diſſident: tunc dicit controuerſia.

Quæ eſt ex contrariis ſcriptis: Lex eſt. inde mortui locũ qui petat augur nomĩet: indemortui locum ideſt qui petat ſubſtitur in locuꝫ eius: qui mortuus eſt: nondũ exacto ipſius magiſtratus tempore. Nam conſulis magiſtratus erat annuus: ſed ſi conſul deceſſiſſet: qui petebat ſubſtitui: eum augur lege nominare poterat. Altera lex eſt: qui damnatus fuerit in demortui locũ nominare nõ poteſt. Forte ita accidit: ut augur quidam damnatus de pecuniis repetundis: eum qui ſubſtitui uellet: nominaret. hic oritur cõtrouerſia. Nã q; augur eſt: ei licet indemortui locum lege nominare. ſed quia damnatus erat repetundis lege nominare uetat. quomodo ergo ambiguũ explicari poterit? uidelicet ſi referãt ab utroq; .ſ. defenſore: & accuſatore. quæ cauſæ ſuæ p̃ſũt: qui defendit dicit. licuiſſe auguri nominare indemortui locum. hoc modo. Lex permittit: ut augur quilibet indemortui locum nominare poſſit: qui uero accuſat ita refert. legem augur innocens indemortui locum nominato: er

go uterq; rettulit ex cõmodo ſuo: ille quilibet: hic uero innocẽs. Nouum: Ideſt a ſuperiori ſeiunctum. Superius: Quia cauſa erat unius ſcripti. Dupliciter: Quia cauſa eſt ambigui duoꝝ ſcriptoꝝ. Id q; aut: Et id ambiguum eiuſmodi eſt: ut nunq̃ diſcerni: nunq̃ explicari poſſit: niſi uerba referantur? quæ uel a ſcriptore: uel a legis latore p̃termiſſa eſſe uidebunt̃. Verbis p̃teritis: Vel a ſcriptore: uel a legiſlatore: ut ĩ illa cauſa: qui defẽdit augurẽ dicit: quilibet. qui uero accuſat: dicit innocens augur. Ita: Ergo ſequitur iſta cõcluſio: ut unum genus. ſ. ambiguũ relinquat̃. Ambiguorum: Dicit autem ambiguoꝝ plura eſſe genera: quæ magis noſce uident̃: qui dialectici appellantur: propter cognitionẽ amphibologiaꝝ: quæ tractant̃ ab illis. & hic Antonius ſentit contra illud: quod in arte noua ipſe Cicero dixit: amphibologiæ cognitionẽ nõ modo adiumento eſſe: uerum etiã impedimento: ſed hoc ipſo excuſatur: quia ſub aliena perſona loquit̃. Amphibologia: Dicitur ambigue dictum: quod ĩ diuerſas partes trahi poteſt. Qui: Scilicet noſtri oratores. Tum: A ſuperiori repetito. ſenſus eſt. Illud inqt ſcriptum frequentiſſimum eſt in eiuſmodi cauſis negocialibus: ut ſcriptuꝫ a ſententia diſcrepare uideatur: cum unum: uel plura defuerint uerba. Verbum: Vt paulo ante dicebat: ut dato quæ uolet. pretermiſſum eſt: uel ipſe: uel ipſa. Iterum peccant: Primum peccatum eſt: quia cum amphibologiarum imperiti ſint: ambigua tractare neſciunt. ſecundũ uero: quia ſcripti cõtrouerſiã a generali cõſtitutiõe diſtingũt: & hoc ẽ ab illis cauſis qualis quæq; res ſit: .i. a conſtitutiõibus generalibus. ubi p̃cipue de ui: & genere rei quæritur. Seiungũt: Separãt. Diſceptat̃: In qbus cõtrouerſia ẽ. Nuſq̃: Vere inq̃ peccant non mediocriter: qui hanc cõſtitutionẽ: quæ ex ſcripto naſcitur a generali cõſtitutione ſeparant: quia in ſcripto potiſſimum quærit̃ de qualitate rei. Quale ſit: .i. qualis ſit ipſius rei qualitas. In ſcripto: .i. in controuerſia ſcripti. A facti cõtrouerſia: Ideſt a coniectura. nam cum de facto ambigitur: coniecturalis cõſtitutio appellatur. Cum uero factum cõſtat: de qualitate rei quæritur: & generalis cõſtitutio appellatur: ut uerbi gratia. Cum agitur de uaſis argenteis hæreditate legatis uxoris terentiæ: de facto non ambigitur: nam factum fatetur: ſed qualitate. i. cuiuſmodi uaſa debeantur. hoc modo. Debes triginta pondo uaſorum argenteorum. debeo: debes autem qualia ipſa uult. Ecce quomodo hic incipit eſſe controuerſia: quia ille dicit. Immo debeo qualia ipſe uolo. Ita tria. Nunc quæ ſunt de conſtitutionibus breuiter dicta: breui epilogo complectitur. Indiſceptationẽ: Propter deliberatiuum genus. Ibi enim diſceptatio dicitur: cum alius ſuadet: alius diſſuadet. Controuerſiam: Iudiciale genus magis innuit: cum alter accuſat: alter defendit. Quid fiat: Coniecturalem conſtitutionem: oſtendit: quæ in tria tempora diſtinguitur: p̃ſens: p̃teritum: & futurum. Quomodo nominet̃: Diffinitiua eſt cõſtitutio: cũ de nomine uerbi ambigitur. Futurum ne ſit: Nunquid Carthaginenſes ſi cum ipſis pacem fecerim⁹ in fide pmãſuri ſint? Factũ ne ſit: Vtrũ Vlyxes ĩterfecerit Aiacem. Quale ſit: Generalis conſtitutio eſt: cũ de genere facti controuerſia naſcit̃ coniecturalis eſt: quæ diuidit̃: in iuridicialem: & negocialem: & ob eam

rem reprehendit græcos: q̄ iuridicialem ſeparārūt a cæteris partibus. Nā id: quod græci adiungunt: recte ne factum ſit: Hoc manifeſtum eſt contine ri ſub generali conſtitutione: uidelicet ſub ea parte: quæ iuridicialis dicitur.

In eo: In ea conſtitutione. Recte ne factum: .i. iure: an iniuria.

SED IAM AD INSTITVTVM: Hoc eſt quintum caput: ubi dicetur: quō cōſtitutiōe cauſæ inuenta: iudicationē reperire debemus: ad quam toti⁹ orationis ratio conferenda eſt. Deinde generalia quædam de triplici oratiōis effectu. Poſtremo de duplici perſuaſione. ſ. artificiali: & inartificiali. Poteſt hoc caput in tres partes diuidi. In prima oſtendit quomodo iudicatio inueni atur. In ſecunda oſtendit triplicem orationis effectum. In tertia: oſtendit du plicem eſſe perſuaſionē: artificialem: & ſine artificio. Sed iam: Quia ſupe rius quaſi digreſſionem quandam fecerat: dum reprehendit eos: qui ſeparāt ſcripti cōtrouerſiā a cōſtitutione generali: & reprehēdit eos: qui amphibologi arum ignari eſſent: Quādo quidē inquit oſtendi: quō artis ſcriptores repre hendendi ſunt: qui ſcripti cōtrouerſiam a cōſtitutiōe generali ſeparant: Nūc ad ꝓpoſitum reuertar. Cum igitur: .i. cōſtitutione cauſæ inuenta: ſiue cōiecturali: ſiue diffinitiua: ſiue generali. Rem cognitam: Sic enim præ cepit ſuperius: diligentiam non mediocrē adhibendā eſſe: ut rem: cauſamq̄ noſcamus. Nihil prius: .i. nihil aliud ago: uel cōſtituo: q̄ iudicationem inuenio .i. poſt cognitam cauſam: & cauſæ inſtitutionem inuentā: nihil pri⁹ ago: uel cōſtituo. Quō mihi ſit: .i. quō ĩuenienda ſit iudicatio: ad quam omnis orationis noſtræ ratio cōferatur. Quæſtionis: Vt feciſti: non feci. quæſtio eſt: an fecerit. & in cōiecturali cōſtitutiōe quæſtio eſt: eadem quæ & iudicatio. nam quia factum negatur: facti ratio nulla affertur: & ob eam rez neceſſe eſt: ut coniecturis uerum quæratur. Nam qui accuſant: factum eſſe contendunt. qui defendunt: factum eſſe negant. At uero in aliis cōſtitutioni bus ex ratione defenſoris: & ex firmamento accuſatoris quæſtio naſcat̄ opor tet. Iudicii: Quod ex quæſtione naſcit̄: quaz iudicationem nos: græci ue ro κρινάμενον. i. iudicationē. Nā κρίνω græce: latinæ iudico. Inde κρίναμενον iudicatio. Iudicatur enim factum in cōiecturali cōſtitutione: cum utrīq̄ per oratū fuerit: & in iuridiciali iudicabit̄ factnz ne ſit: iure: an iniuria. Quæ ſtionis: Scilicet iudicii. i. iudicationis. Deniq̄: Recto ordine ꝓcedit. pri mo quidem diligenter debemus cognoſcere cauſam. & cauſæ conſtitutionez. Deinde ipſas iudicationes: ad quas omnis quæſtionis ratio conferat̄. Tertio: quæ cōmoda: & īcōmoda ſint nobis: & quæ cōmoda rurſus: & incōmoda ſint aduerſariis. Nam bona noſtra ad id ualent: ut auditoꝝ animos nobis cōcilie mus: mala uero aduerſariorum. i. uitia: ad id ualent: ut aduerſus ipſos odiū: & iracundiam cōcitēt. Rurſus īcōmoda noſtra ad id ualent: ut nobis beniuo los reddamus auditorum animos: cōmoda uero aduerſarioꝝ amplificādo eos in odium: & inuidiam rapimus. Hæc duo: Videlicz bona noſtra: & mala aduerſarioꝝ. Deniq̄: Infert Antonius dicens. Quādoqdem ad confirma tionem cauſæ noſtræ: & ad cōfutationem aduerſarioꝝ hæc duo accomodata ſunt: alteꝝ quod nobis cōciliet auditoꝝ animos: alteꝝ q̄ cōmoueat in aduer ſarios: ſequitur triplicem orationis effectum. i. tripliciter perſuaderi: docēdo:

mouendo:conciliando. Cõmouendis: Scilicꝫ cõtra aduerſarios incitãdo.

Eorum: Cum enim laudamus aliquid in clientibus noſtris:ad cõciliãdos auditoꝝ animos plurimũ ualet. Alterum: Videlicꝫ uitia aduerſarioꝝ:& eorum cõmoda ualẽt:ut aduerſus eos cõcitemus auditoꝝ animos: quia ſi qd uitii aduerſarioꝝ oſtẽderimus:quod in arte ueteri:& noua didicimus: adducemus eos in odium:& inuidiam.In odium autem adducemus: ſi uitia eorũ apperiemus:ſpurce:ſuperbe:cõtumelioſe: flagitioſe aliquid factum eſſe oſtendentes.ad odium cõcitabimus Rurſus:ſi cõmoda eoꝝ amplificarimꝰ:eos inuidioſos faciemus.i.in ĩuidiã deducemus:ut ſi nobilitatẽ:dignitatẽ:diuitias:opes: clientellas aduerſarioruꝫ p̃dicemus. Eorum:Scilicet qui audiũt. Itaqꝫ:

Infert ergo ex his rationibꝰ triplicem eſſe ſuadendi rationẽ: & rationis effectum:docendo:conciliando:mouẽdo. Nixa: Firmata:& poſita. Quæ defendimus:uidelicꝫ ad confirmationẽ noſtrorum argumentoꝝ:& aduerſariorum confutationẽ ualet. Ad quæcꝫ: Ad odium:ad inuidiam: ad miſericordiam:ad indignationem. Ad ꝓbandum. Poſtq̃ oſtendit triplicẽ eſſe perſuadendi rationem:nunc quomodo unũquodqꝫ eoꝝ fieri debeat p̃cipit:& primo oſtendit: quõ ꝓbare poſſimꝰ:cuius duplicẽ docet eſſe rationem:unã: quæ ſimul cum cauſa ſumitur:& nullam oratoris cogitationẽ deſiderat. alteram:quæ tota in oratoris inuentione cõſiſtit. In re: Ideſt in cauſa:de qua agitur. Ratione: Formandis argumentis cum ratione: quæ illis ineſſe debet.Nam argumenta omnia:ſiue cum cauſa ueniãt:ſiue cogitatione noſtra ĩ ueniantur:certa quadam ratione tractanda ſunt. Vt tabulæ: Oſtendit quæ nam ſint ea:quæ in reipſa poſita ſunt:nec ab oratore inueniunt. Tabulæ:ſi cauſa noſtra aut in tabulis teſtamenti:uel ſtipulationũ cõtineꝫ: aut teſtimoniis confirmaꝫ:aut pacto:aut cõuẽto:aut quæſtionibꝰ:aut legibꝰ: aut ſenatus cõſultis:aut decretis:aut reſponſis:hinc poterimus ad probandũ plurimum adiumenti ſumere. Teſtimonia:& quæſtiones: Ex his duobus uerum inuenitur.ſed hoc differunt: ꝙ ueritas teſtimoniis exquiriꝫ: quæſtionibus extorqueꝫ.Nam cum teſtes ꝓducti teſtimoniũ dederint rei:de qua agiꝫ: tunc ueritas eluceſcit. pari ratione:cum is: qui in tormentis habetur: ueruꝫ dicere cogitur. Pacta: Si quid inter ſe pepigerint:id etiam ꝓbationẽ plurimum iuuabit ſine patroni labore. Conuenta: Eodem modo: ſi quid cõ uenerit inter aliquos:ut emendo:uendendo:locãdo:conducendo. Quæſtiones: Vt dixi in tormentis. Leges: Si leges ſcriptæ fuerint. Senatꝰ cõſulta: Si quid ad cauſam noſtram ꝓtinebunt. Res iudicata: Prætorum.

Decreta: Scilicet principum. Reſponſa: Prudentum.Hæc oĩa ſupra dicta ab oratoribus cum cauſa accipiunt. Si quæ ſint: Scilicet eiuſmodi: ut cruor in ueſtimẽtis:ut liuor in corpore mortui:& ſimilia. A re: Quæ in quæſtionibus:aut teſtimoniis audita fuerint. Reus: Quicunqꝫ accuſatus fuerit:ſiue iure:ſiue iniuria:ille reus diciꝫ. Altera: Dixit duplicem eſſe rationem ꝓbationis:una quæ cum cauſa ſumiꝫ:& nulla oratoris cogitatione indiget.Altera:qnæ tota ad oratorem ꝓtinet.In qua neceſſe eſt: ut plurimũ induſtriæ:ac laboris ponat:ut inueniat ea:quæ cauſam ſuam adiuuẽt. hæc autem ſunt:quoꝝ extrinſecus ratio inueniꝫ ex his: quæ aut pſonis: aut

negociis attributa sint: ut in sequentibus dicet. In disputatione: .i. ī tractatione argumenti. argumentatio est ipsius argumenti tractatio. Argumētum est: quod ex loco nudum sumitur. ut uerbi gratia, si pepit cum uiro cō cubuit, locus qui sedes est argumenti: est a consequētibus. Argumentū autē est ipsa res: quæ ex causa consequitur, & ideo pepisse: & cum uiro cōcubuisse: consequencia sunt. nam unum ex altero sequitur: ergo dicimus locum esse a consequentibus: & argumentum nudum esse, argumentationē uero: ipsi⁹ argumenti tractationem appellamus. In superiori genere argumentorum: Quæ cū causa deferunt ad oratorem. De tractandis argumentis Per argumentationem: quæ amplissima quidem quinq; partita. ex ꝓpositiōe: ꝓpositionis ratione: exornatione: & cōclusione. breuissima tripartita. ex ꝓpositione: assumptione: siue ratione: & cōclusione. mediocris: quatriptita sublata exornatione: uel cōplexione. In superiori genere: Vbi res ipsa argumenta nobis suggerit: unus labor est tractandi. s. In hoc autem: In hac ꝓbatione: quæ sumitur ex attributis personæ: & negocio: duplex: tractandi. i. & inueniendi argumenta. Atq; isti quidem: Ex tribus ꝓprietatibus orationis: quæ ad psuadendū ualent. s. docere: siue ꝓbare. cōciliare. mouere aggressus est primā. i. probare. Dixit autem duo genera argumentoꝝ esse: quibus utitur orator ad confirmādam causam. unum: quod simul cum causa traditur. Alteruꝫ: quod ab ipso oratore excogitat. Nunc prosequitur quod facere instituerat: & rhetoꝝ primo præcepta ostendit: deinde quid sibi faciendū esse uideatur declarat. Rhetores īquit: qui de dicendi ratione præcepta tradunt: constitutiones: & constitutionū partes primo proponūt: deinde singulis cōstitutionibus ꝓpria quædam præcepta substituūt. at nos aliter faciendum sentimus. Id enim: quod isti faciunt: potius ad adolescentes pertinet: ut argumēta parata habeant: cum declamandū fuerit. Nos uero: qui causas in foro agimus: oportet argumentoꝝ fundamenta intelligere: ut nobis ad omnem causam utilitati esse possint. generalia igit̄ præcepta esse uolum⁹: non specialia.

In plura genera: .i. in cōstitutiones: cōstitutionūq; partes. Secuerūt. Diuiserunt. Generibus: Constitutionib⁹. Suggerūt: Subiiciunt: sicut Cicero in arte nona: & ueteri fecit. Naꝫ ꝓpositis cōstitutionibus singulis sua cuiq; argumenta distribuit. Quod etiam: Postq; reddit rationeꝫ: cur ita faciant: nunc dicit: quid ipse faciat. Primo quidem non negat utilia esse hæc adolescentibus: qui se exercere cœperint. Deinde dicit aliam adolescētum: & aliam oratorū: qui causas agunt: esse rationē dicendi. Quod: Videlicet sua cuiq; cōstitutioni argumenta subiicere. Vt simul ac posita causa: Constitutione causæ: uel cōiecturali: uel diffinitiua: uel generali: & partibus eaꝝ. Habeant: Scilicet argumenta. Quo: Ad quæ argumenta. Vnde: .i. a quib⁹ argumentis. Depromere: Proferre. Tardi ingenii: Hoc inqt est tardioris ingenii: riuulos cōsectari: idest argumenta aliūde sumpta. Trāslatio est a fonte: de quo riuuli deriuantur. Quēadmodū inquit riuuli de fonte deriuant̄: ita hæc argumenta tradita rhetoribus: aliūde sūpta sunt. hoc modo. qui amore ardet: amatam cōcupiscit. argumentū erit. Fōs autem argumenti sumptus erit ab adiunctis negocio ex genere: & specie. Cu

pe genus est.pars est amor.Naz si species cõceditur:genus negari non potest. hoc modo:si amat.ergo concupiscit:& sicut species generis:ita etiã amor pars est concupiscentiæ. & hoc sentit Antonius. non modo argumenta esse tenenda:sed argumẽtoꝝ originẽ:ut omnia:quæ ab eodem fonte manare possunt: cum opus erit:inueniamus. Fontes: Idest originem ipsoꝝ argumẽtoruz.

Etiam ætatis: Preterea nec ætatem: nec cõsuetudinem nostrã decet speciaLiter argumenta ꝓponere. Aetatis: Qui grauiores sumus. A capite: Ab origine. Arcescere: Idest ab ipsa origine sumere.i. a loco:qui sedes ẽ argumenti. Et primum genus earum rerum: Sensus est. inter cæteta argumenta ea potissimum parata esse debere: quæ simul cum causa tradunt: id autem quã ob rem:continuo declarat. Meditatum: .i. exercitatum: meditari exercere significat:& hoc loco passiuuz est. Multa enim:quæ apud nos deponentia sunt:apud antiquos actiue:& passiue significationis inuenie bantur cõmunia. Similium: Videlicet cum similes res inciderint tractandæ nobis. Nam & pro tabulis. Ecce quæ sint res: quæ oratori tenendæ sunt:ut ꝓparati sint.& est ratio:cur uelit ea: quæ simul cũ causa traduntur: ab oratoribus diligenter exerceri. Dicit enim res: quæ simul cum causa nobis tradunt:eo diligenter ꝓcipi uolumus: q; & infinite per thesim tractant: & diffinite per hypothesim.nam id est: quod dicit:de genere uniuersoꝝ: .i.de qnæstione infinita:quæ circunstanciis seiuncta est.& finite.i. de quæstione finita:quæ implicita est circũstanciis:certaꝝ personaꝝ:rerum:& locorum. Hæ enim circunstantiæ sunt:ut uerbi gratia. Si quis contra testes dixerit: dupliciter dicere poterit:& uniuersaliter:& finite. Vniuersaliter testibus credenduz non esse:in quibus gratia:metus:odium:officiũt. Diffinite: Testibꝰ credendum non esse.Nam seruo fides habenda non est:qui nihil pro aduersariis contra dominũ diceret. eodem modo de cæteris eiusmodi dicendũ est argumentis.hoc igit sentit Antonius:quo nobis taliũ argumentoꝝ utilitas maior est:diligentius ꝓcipienda. Pro tabulis: Idest pro stipulationibꝰ:contra stipulationes:& testibus:contra testes. Testibus: Credendum esse testibus: uniuersalis est quæstio:& ideo infinita.eodem modo testibus credendum nõ esse e diuerso. Separatim: .i.solemus per thesim tractare.i.per quæstionẽ infinitam:quæ separata est a circunstantiis. Difinite: .i. per quæstionez finitam.i. ꝑplicitam circunstantiis:locoꝝ:reꝝ::& ꝑsonaꝝ. Singulis temporibus: Idest:certis diffinitis.Scimus enim has esse circunstantias:quis:quid: ubi:quibus auxiliis: cur:quomodo:quando. Quos: Scilicet cum causa coniunctos. Multa cõmentatione: Vt scilicz memoriæ mandet. Expeditos: .i.promptos præludio quodam: quod græci προλογον appellant. Longum: Ideo inquit uolo hæc expedita:& parata uobis esse: quia si quis declarare uellet uobis:quõ cõfirmare: aut infirmare tabulas: quæstioneſq; oportet:nimis longum:ac perplexum erit. Hæc sunt omnia: Primo quidem excusat:cur nolit de singulis præcepta dare. primo:quia prolixũ.deinde:qa non est necessarium:quia quilibz ingenii:etiam mediocris poterit a se ipso ꝓcipere:quomodo hæc argumentoꝝ genera confirmari:aut infirmari debeãt.

Exercitationis maxime: Necesse est ergo: ut in his multum se exerceat

orator. Hæc: Scilicet tabulæ:& quæſtiones. Certis lūinibus: .i.certis exornationibus uerborum:& ſentētiarū.Nam exornationes uerborū:& ſentētiarū ſunt quædā quaſi lūia orationis.Id enī fit cum argumentatio artificioſa his etiam argumentis adhibet̄: quæ cum cauſa ueniunt. Itemq; illa quæ ſunt alterius: Similiter nec illa inquit:quæ ab oratore excogitant̄ argumenta:tam difficile eſt inuenire:q̄ tractare. Excogitationē: .i.inuentionem.

Explicationem: Expoſitionem ornatam:& ppolitam.Senſus eſt ergo.duo genera argumentorū eſſe. unum:quod ſua ſponte offert̄: nec ulla arte niſi ex ornatione indiget:ut tabulæ:reſponſa:decreta:& reliqua.Alterum:quod nō cum cauſa uenit:ſed ab oratore reperit̄: quæ ſunt:ab attributis pſonæ:& negociis.& in his argumētis neceſſe eſt:ut orator non nihil laboret īueniendis: ſimul & exornādis.ergo elocutio utriq; cōuenit.alteri quidē ſola: alteri uero cum inuentione cōiuncta. Itaq;: Concludit ergo a ſuperiori.quādoquidē duo genera argumentorū ſe ita habent: ut alterū per ſe offeratur: alterū uero ab oratore īueniat̄: ſequit̄ difficile nō eſſe quid dicas inuenire: ſed tantūmō exornare. Quid: Inuentionis eſt. Quomodo: Eloqutionis eſt. Alterum: .ſ.quid dicatur inuenire:artem quidem deſiderat:ſed non difficilē.

Mediocris: Ideſt mediocriter prudēs orator:cum ſibi ppoſita fuerit cauſa:poterit ex ea ſumere argumētū:uidelicz ex attributis perſonæ:& negociis.

Alterum: Videlicet:quō dicatur:exquirere totum eſt oratoriæ facultatis. Ornate copioſe uariæq;: Nā id oratoris eſt pprium: multis uariiſq; rebus exornare:& locupletare orationem. Quare illam: Quādoquidem duo ſunt:in quibus potiſſimum elaborare debet orator. Inuentio.ſ.& elocutio.Nam ex quinq; partibus rhetoricæ facultatis:dicit duas præcipue oratori eſſe neceſſarias.ſ.inuentionē:& elocutionem. Ego quidez de inuentione dicere conabor. exornationis uero partem Craſſo relinquam. Illam partem: ; Scilicet inuentionis. Quando ſemel: .i.quando ſemel ita placitū eſt:Id enim ſūmope ab Antonio petierunt Cotta. & Sulpitius. Interim: Dum ego uobis eiuſmodi expedio argumenta. Conſequar: Scilicet p̄cipiendi: de hac maxima rhetoricæ facultatis parte. Quibus: Naz ſicut ſuperius dixit: hi ſunt effectus orationis: ut cōcilient̄ in principiis auditores.doceant̄ in cōfutatione:& narratione.& moueant̄ in cōcluſione:ſiue peroratione:quæ tamen per totā orationē facienda ſunt: ut etiam ſentire uidetur Antonius.

Quēadmodum: Vnde inueniant̄ ego me dictu pfiteor:quō uero exornentur:adeſt hic Craſſus. Illuſtrent̄: .i.exornent̄ inuenta.& oſtendit tantam eſſe exornandi facultatem in Crāſſo: ut omniū oratorū: quos unq; uiderit:& audierit:Craſſum p̄ſtantiſſimum eſſe cōfirmet. In romanos: .i.a græcis trāſferenda.& bono ordine pcedit.primo nouū aliquid in cōſuetudinem adducitur:deinde auget̄:poſtea confirmat̄. Namq;: Hoc eſt:qđ Antonius dicit in laudez Craſſi: ſe oratores omnes:qui ubiq; ſint ætatis ſuæ audiuiſſe diu adeo: ut quæcunq; in eis notanda ſint:memoriæ mandarit: & tamen ex omnibus oratoribus ſe iudicare p̄ſtantiſſimū eſſe Craſſum: & ppterea dicit Craſſuz ipſum optime exornandi partem tractare poſſe. Non aſſentandi: .i.nihil dubitans ne aſſentari uidear Craſſo q; ei tantū attribuā,

Tulerit: Extulerit: ptulerit: ut Virgilius. Si duo ꝑterea tales idæa tulisset terra uiros. Tulerim: Scilicꝫ diu audiẽdo passus fuerim: & diligẽter: quia non solum diu: sed etiam diligenter. Si quid est: Idest si qua dicẽdi peritia est in me. Quod iam: Hoc est possum sperare: me aliquid dicẽdo ualere: ꝙ tanto ingenio uiri: tanto studio me audire pergant. Insedit .i. infixum sit: ita ut aboleri nequiuerit. Itaꝫ ego: Tandem cõcludit: quod uolebat: postꝙ ostẽdit se optimum esse: qui iudicare possit. Is: Talis qui bonoꝝ omniũ oratoꝝ auditor extiterim. Quãtuscunꝫ: Moderate de se ipso locutus est. i. quantũcunꝫ ualeam. Statuo: Delibero: & iudico. primũ deliberamus: deinde iudicamus. Tot: Numero. Tanta: Magnitudine. Quam ob rẽ: Nunc infert: quod intendit. non est inquit absurdum: si ex duabus partibus rhetoricæ facultatis: unam mihi assumpserim: alteram Crasso delegauerim. Hoc idem: .s. præferẽdum esse omnibus oratoribus ætatis nostræ. Particio: .i. iniqua diuisio: ut ex duabus partibꝰ: unam mihi: alteram uero Crasso tradiderim. Crearo: .i. nãlium bonoꝝ optione. Aluero: Optimoꝝ scriptoꝝ imitatione. Cõfirmauero: Locorum: siue argumentoꝝ instructione. Crearo. Item ut bonis: & firmis sit lateribus. & bono utiꝫ ordine in translatione. primo enim creaꝫ filius: deinde alitur: postremo uestitur. Et uestiendum: .i. tradam Crasso: ut ei tradat ornamenta dicendi uidelicet elocutionẽ: quæ cõsumiꝫ in exornatione uerboꝝ: & sentẽtiarũ. Vestiunt: Verbis. Exornant sentẽtiis. Tum Crassus: Vrbane Crassus: atꝙ facete in translatione pmansit. Dicit enĩ nihil est Antonii: ꝙ mihi hunc oratorem uestiendũ: & exornãdum tradas. Naꝫ si parens optimus es: indignum facies parente libero: ut quẽm creaueris: atꝙ alueris: eum sine uestibus: & ornatu relinquas: pſertim cum sciamꝰ te diuitẽ esse: qui hoc optime facere possis.. Neꝙ est boni: Ille enim nec bonꝰ: nec liberalis parens uideꝫ: ut quem filium creatum aluerit: atꝙ cõfirmauerit: eũ sine uestibus relinquat: atꝙ ornamentis. Eduxeris: Educaueris: ut Terẽtius. Eduxi te a paruo. Presertim: Iusta causa esset: si parens ideo filium nuduꝫ relinqueret: quia facultates ei non suppeterẽt: sed cuꝫ tale nihil de Antonio dici possit: quippe quem locupletem esse cõfirmat: non recte faciet euꝫ sine uestibus relinquere. Te locupletem: .i. te diuitias orationis habẽtẽ.

Quod enim. Ex eo: qd antea fecerat Antonius: ꝓbat Crassus ipsum habere uim: quæ ad exornãdam orationẽ pertineat. Nam si causas inquit difficiles: atꝙ desperatas tu solus sustinuisti: quid est: quod tibi nõ inesse dicamꝰ?

Quæ uis: Scilicet persuasionis. Qui animus: Scilicet cõcitationis.

Quæ dignitas: Scilicet uenustatis: quæ in gestu: & habitu corporis cõsideratur. Reum: Aquiliũ dicit: quem legimus belli Asiatici reliquias cõfeciſſe: non ille quidem romano more: sed cum fontibus uenena miscuisset: ad quarundã ciuitatum deditionem: quod maturam quidẽ uictoriaꝫ fẽcit: sꝫ infamem. Itaꝙ dies illi dicta est: ꝙ ueneno cũ hostibus certasset: & romana arma: quæ sacrosancta in id tempus habebãtꝫ: medicamĩbus ipsius uiolauerit. Hunc defendit Antonius ꝓductum in contionem: & cicatrices scissis uestibꝰ ostendens: quas aduerso pectore acceperat: populo cõmiserationem leniuit.

Diloricare: Vſus eſt militari uerbo. Nam diloricare: ꝓprie eſt ſcindere tunicam: ut Nonio Marcello placet. Aduerſas: Aduerſo pectore acceptas: in quo ſignificaꝫ eũ ſtrenue: ac fortiter aduerſus hoſtes dimicaſſe: non autem terga dediſſe. Cicatrix autem ſignum eſt uulneris obducti. Qui eidem:

Antonius cũ defenderet Norbanũ: q̃ populũ aduerſus Cepionẽ cõcitaſſet: qui exercitum amiſiſſet: oſtendebat non eſſe crimini dandum: q̃ populi ſedi cio plerũq; rei.p. ꝓfuiſſet. Seditioſum: Quia non negabat ſeditionẽ cõ citatã eſſe a Norbano. Furioſum: Non q̃ ipſe furioſus eſſet: ſed qui aliis furorem īmiſerit. Præſtare nemo poſſit: .i. certos reddere: quippe qui pro uulgi mobilitate ꝓueniũt. Virg: Scæuitq; aīs ignobile uulg⁹. qs enī populi motus confirmet? Exactis: Expulſis. Exigere enim expellere ſignificat: ut ꝓbandæ uobis: an exigendæ ſint prius. Multas: Pendet littera a ſupe riori. Seditiones: Seditio populi: ac tumultus ingens aduerſus reges pro pter cædem Lucretiæ facta eſt: ut apud Titum Liuium. Cuꝫ tribunitia po teſtas: Hoc quoq; a Liuio ſcribiꝫ: propter cædem uirginiæ populuꝫ ſeceſſiſ ſe in Auentinum montem. bic creatos. tri. ple. eſſe: deinde ſenſim deſcendebat ad hanc Norbani ſeditionem. & dicebat eam in re factam. nam ciues mœrore cõpulſos amiſſi exercitus: nullo modo reprimi potuiſſe. Luctu: Quia lu gebant tot ciues romanos in exercitu fuiſſe deletos. Odio: Quo ꝓciti erant aduerſus Cepionem. Neq; reprimi: Quam ſi uoluiſſet Norbanus reprimere non potuiſſet. Potuit hic: Exaggerat: & rei: & cauſæ difficulta tem: ut maiorem uim oſtendat eloquenciæ in Antonio: neq; enim difficile ẽ cauſas uulgares defendere: ſed magnas: ac ꝓpe deſperatas. Hic: .ſ. defen dere populi ſeditionẽ iuſte factam: & eum qui ipſius ſeditionis auctor fuerat: nũne magnæ fuit eloquẽciæ? Id demum eſt omni laude: omniq; admiratione ꝓſequendum. Anceps: Dubius: & ꝑiculoſus. Inauditus: Inuſitatus.

Lubricus: .i. cauſa difficilis. Tam nouus: Ideſt p̃ter conſuetudineꝫ.

Vi: Ideſt uehementia oratoris. Facultate: Quæ ex arte cõficiꝫ .i. ha bilitate dicẽdi. Nam facultas eſt habilitas: quæ ex arte cõficitur: & eſt cuiuſli bet artis genus. Quid ego: Si alia ꝓſequi uellem: quæ ſũma cum laude Antoni⁹ ſuſcepit: ſuſceptaq; defendit: nũne facile probare potero quod dico? uidelicet poſſe illũ unãquãq; cauſam ornare: ac locupletiorẽ reddere. .C. Manlii: Hiſtoria eſt eiuſmodi: Gallor: Senonũ: teutonũq;: atq; tugurinor: qui ex ultimis galliæ regionibus: cũ terram eor oceanus inundaſſet: nouas ſedes quærebant: Primum impetum Sillanus: Secundũ Manlius: Terrium Scipio ſuſtinere non potuerũt. fuſi igitur: fugatiq; ſunt: & caſtris exuti. Sed Manlius ab abronibus: quod eius gentis robur in exercitu fuerat: qui cũ ac cuſatus eſſet: q̃ ſpoliatus caſtris eſſet: Antonius eum defendit: & in ea cauſa potiſſimum elaborauit: ut populũ ad cõmiſerationem adduceret: cum oſten deret non ducis temeritate factum eſſe: ſed fortunæ: cui nemo reſiſtere põt.

Pruſiæ: Idem etiã defendit Pruſiam: q̃ Hãnibalem ab antiochum profu gum hoſpitio ſuſcepiſſet: & ducebatur in ſuſpitionem: q̃ de bello inferẽdo romanis cogitaſſet. Cõmiſerationem: Quã pro. C. Manlio populo cõci tauit. Pruſiæ: Qua pruſiã regem bithyniæ defendit: q accuſat⁹ fuerat:

ꝙ hãnibale ſuſcepto: cogitaſſet de bello inferẽdo populo romano. Quid? .ſ. dicam. Quod: .ſ. ſingulare quoddaꝫ tibi omnes dant. Dant. .i. concedunt. Acumen: Scilicet ĩueniẽdi: quæ cauſæ utilia ſunt. omnes enĩ hoc tibi ineſſe cõcedunt. Sed hæc ipſa: Vt non ſolum habeas: quæ adĩuẽtionem pertinẽt: ſed quæ ad elocutionẽ ſpectãt. Delegare: deferre. Eximia: Singularia: & p̃ſtantia. Eximia dicunt̃ ab eximendo: nã qđ a uulgo exemptum eſt: ſingulare dicit̃: quod in alioꝝ ordinem non ſit redigendum. Tuꝫ Catullus. Catullus hic interlocutus eſt. hoc ideo facit: ut interlocutione utatur eorũ: qui ĩtroducunt̃: ut faſtidium ꝑpetuæ orationis tollat: & uarietate auditorum animos retineat erectos. In uobis: Scilicet o Craſſe: & Antoni. In dicendo: Hoc eſt quod me admiratione tenet. Diſſimili: Ideſt diuerſum dicendi genus ſequat̃. Denegatum: nõ delatũ: Pulchra eſt expolitio. Quare: Quãdoquidẽ pares ĩ diſſimili genere dicendi eſtis: petimus a uobis: ut tu Antoni dicere pſtes: ut cœpiſti: & tu O Craſſe: ſi quid ab Antonio p̃rermiſſum fuerĩt: ſupplere non recuſes. Explices: Declares: Prætermiſſum: Scilicet curſu dicendi. Relictum: Inchoatũ: uidelicꝫ quod inchoauerit: & non pfecerit. Neqꝫ te: Et ſi quid non dictum erit: qđ ad præcepta huius facultatis pertineat: nõ ideo factum eſſe dixerimus: ꝙ ne ſcieris: ſed Craſſo dicendum delegaueris. Hic Craſſus: Cum hoc dixiſſꝫ: tum aliam interlocutionẽ Craſſus inſeruit: ut uarietatẽ faceret: Craſſus ita allocutus eſt Antonium. Quid opus eſt inquit: ut narres: quæ uulgo tradũtur ab oratoribus: de inuentione: & elocutione? nõ iſta requirũt Cæſar: & Catullus audire: quæ uulgo docere ſolent: ſed quæ in agendis cauſis ipſe facere conſueſti. Quibus ex: Hoc non dixerim: ꝙ tua oratio nõ ſit mirifice probanda: quippe qui noua quædam: & mira dixiſti. Quãq̃: Quãuis: & noue dixeris: & mire: tamen ſunt uulgaria. Peruulgata: Omnes enim ferme de arte rhetorica ſcribentes: eiuſmodi præcepta tradiderũt. Deprome: Profer: manifeſta nobis: quæ ſint illa: quæ facere ſoles.

DEPROMAM: Hoc eſt caput ſextum de primo genere ꝓſuaſionis artificialis: quod docendoꝝ auditoꝝ cauſa tradit̃: & argumentoꝝ acumen deſiderat.

Depromã: Ita ingredit̃ ad diſputationem: ut dicat: petis a me o Craſſe: ut oſtendam: quid ego faciam: & unde inueniam ea: quæ ſæpiſſime tractem: non deero tibi quominus obtemperem: Idꝙ faciam: ut cum poſtea a te meo quodam iure quaſi debitum exegero: tu mihi negare non poſſis. Exigaꝫ: Ideſt quaſi debitum recipiã. Nam exigere eſt debitum repoſcere. & aduertendum eſt: ꝙ hæc pars huius libri per utilis eſt. Nihil tibi: Aequũ eniꝫ eſt: ut qui poſtulans impetrauit: poſtulatus deinde reddet. Meæ totiꝰ: Incipit nunc declarare: repetens breuiter rationẽ illam artificialem ꝓſuadendi: quot effectus intendunt̃. ſed primũ p̃cipiet: quõ docere poſſimus auditoreꝫ: uidelicet præcepta dabit cõfirmãdæ rationis noſtræ: & refellẽdæ rationis aduerſarioꝝ. Meæ orationis: Quam ſeruare ſoleo in dicendo. Facultatis: Ideſt copiæ dicendi: & facilitatis. Nam facultas facilitas dicit̃. ſed ĩter facultatem: & arteꝫ hoc differt. ꝙ facultas ex arte ꝓficiſcit̃. & ideo facultas dixit: quia uidelicet in omnibus cauſis iudicatus fuerit in dicendo excellere. Ex

tulit: .ſ.dum laudat cauſas:quas ſemper egerim. Tres: Nam tres has pſuadendi ꝓprietates Antonius ſæpe nomīauit. Ante: .i.in ſuperiori diſputatione. Vna conciliandoꝝ: Nunc dicit: quid in una quaqꝫ iſtarum partium ſeruandum ſit. Harum triū: Videlicꝫ in cōciliādo facundiā:& in docendo acumen:in cōcitando uehementiaꝫ. Lenitatem: Vt cōciliem⁹:

Acumen: Vt doceamus. Vim: Vt cōmoueamus. Lenitatem: Suauitatem quandam:ut nobis beniuolos efficiam⁹ auditores. Acumen: Per ſpicacitatem quādam ingenii. Nam acumē inuēiendi eſt.neceſſe enim eſt: ut quæ cauſæ ꝓſint:inueniat orator. Vim: Vehemētiam:& acrimoniā orationis:qua auditoꝝ animos quocunqꝫ uelimus impellamus:uel ad iram:uel ad miſericordiā. Vt is: Vel ꝓtor:uel iudex:uel popul⁹: uel impator. Perpendeat: .i.ꝓpenſus:& inclinatus in nos ſit. Inclinatione: Quæ arte cōficitur:& hoc ad cōciliandū auditoris animū. Defenſionis: Quod fit docendo:ſi ſua ſponte inclinatus non fuerit. Promotione: Hoc ad cōcitādū pertinet:ſiue ad iracundiam:ſiue ad cōmiſerationē. Adducať: Quia cuꝫ rationes noſtras:uel ueras:uel ueriſſimiles:uel neceſſarias: uel probabiles adduxerimus:tunc inducit auditor:ut nobis faueat. Sed quoniā illa pars:

Tria inquit ſunt:quæ ꝓpoſuimus ad pſuadendum pertinere.ſ.docere:cōciliare:& mouere.horꝝ autem primū eſt docere:ut cōſiderenť loci:ex quibus argumenta ducanť:quibus omnem cauſam noſtram inſtruere:& aduerſariorū deſtruere poſſimus. De hac igitur pſuadendi parte: primum dicemus:deinde de cæteris ſubſequenter. Explicatio:atqꝫ defenſio: Vnum ex altero ſequť. nam cauſam noſtram explicando defendimus. Explicatio: Cum enim rationes noſtras exponimus:cauſam noſtram confirmamus. Generis: Ideſt huius facultatis rhetoricæ:cuius finis eſt pſuaſio. Ad ꝓſuadendū autem tria intendunť.ſ.docere:cōciliare:& mouere. De ea: Scilicet parte ꝓſuadendi: quæ ad docendum pertinet. Pauca: Ideo inq̄ pauca dicemus:quia pauca ſunt minus nota. Vſu: Cōſuetudine:& longa exercitatione. Non tēta tam: .i.notam:& tritam.aut:qđ mihi nō diſplicet:tentam:inchoatā dixit: ut ſit ſenſus:ab aliis iam incœpta tractari. Ac tibi: Nūc ſpecialiter reſpōdet Craſſo:qui ſupra adhortatus erat Antonium: ut præcepta rhetoꝝ puulgata omitteret:Neqꝫ enī ab oratore deſiderari. Aſſentiemur: Videlicet ne ſingula argumenta cuiqꝫ cōſtitutioni ſubiiciamus: quod facere ſolent magiſtri huius artis:uidelicet rhetores: qui de huiuſmodi arte pœcepta dant.

Aſſentiemur: .i.tibi ī hac re libenter morem geremus:o Craſſe. Defenſiones: Ideſt argumenta a p̄cedente quod ſequiť. nam argumenta præcedunt.ex argumentis uero defenſiones cōſequūtur. Aperiamus autem: .i. ipſoꝝ argumentoꝝ originem explicemus:ex quibus argumētis omnis cauſa cōfirmatur.ac ſi diceret:uolumus p̄cepta noſtra generalia:& nō particularia eſſe:ut cum genera reꝝ tenuerimus:ad omnem cauſam inſtructi ſim⁹. Capita: .i.origines:quēadmodū capita fluminum fontes: & origines appellamus. Nam qui capitula dicūt:ſatis latine non loqūtur. Cauſam: .i.controuerſiam. Omnis diſputatio: Ideſt omnis cōfirmatio. Nam cōfirmatio eſt quædam quaſi diſputatio rei: de qua agiť. In cauſam: & orationem:

Ideſt orationē cauſæ:cū qua ipſa cauſa defendit. Neq; enim: Per ſimi litudinem onſtendit:quō uniuerſaliter argumentoꝝ loca tenere debeamus. Nam loci ſunt ſedes argumentoꝝ.quēadmodum inquit non ſingulo ꝝ uerbo rum.i.dictionum litteras mente ꝓtractamus:cum dictionem aliquā ſcribere uolumus:ſed uniuerſaliter omnes litteras cognitas habemus:pari ratione ue lim argumenta.i.locos nobis eſſe cognitos:quēadmodum ꝑmptas habemus litteras:cum uerbuꝫ aliquod ſcribere uolumus:ita promptos haberi locos uo lumus:quibus omnis cauſa cōfirmet. Verbū: Quod græci τον λογον ap pellant.i.dictionem. Litteræ: Quibus dictio ſcribit. Nec quotiens: Satis enī ē:ut uniuerſas litteras mente notatas teneamus:quod facere uidē tur hi rhetores:qui unicuiq; cōſtitutioni ſua argumenta ſubiiciunt quaſi ꝑ pria.Nam ꝓpoſitis argumentoꝝ locis:facile erit eligere:quæ propoſitæ quæ ſtioni:& cauſæ cōueniant. Certos: Firmos:ſtabiles:notatos: & mentis no ſtræ habitu ita ꝓceptos: ut obliterari non poſſint. Cauſa quæcunq; illa fuerit: Siue cōiecturalis:ſiue diffinitiua:ſiue generalis:ſiue partes eiꝰ: quas ſatis plane ſupra memorauit. Sepoſita: Separata:ſicut a rhetoribus fieri ſolet. Statim: Sua ſponte:nulla noſtra cogitatione. Explicandā: Tra ctandam:& cōfirmādam. Occurrunt: Ideſt nobis ſeſe offerūt. Sed hi loci: Et ne quis forte exiſtimet in his locis omnia conſiſtere: admonet Anto nius alia quædam neceſſaria eſſe oratoribꝰ:qui aliquaꝫ ex his locis utilitateꝫ capere uoluerunt:uidelicꝫ multaꝝ rerum ſcientiā:atq; expienciam tenere:tūc demuꝫ uſui poterūt eſſe. Hi loci: Quos nunc oratori ꝑponere ſtatuimꝰ. E oratori: Videlicꝫ:qui uerſatus eſt in rebus agendis:uel uſu:uel exerci tatione:uel pericia. Quem: Scilicet uſum:& ſcīam. ac ſi diceret: ſi nulla alia ratione multarum reꝝ expienciam capere potes: at potes longitudine ui tæ.& nunc quaſi per trāſitum:oſtendit oratorem tunc demum eſſe ꝑfectuꝫ: cum ꝓuectioris ætatis eſſe cœperit. Vel uſu: Ideſt qui uſum rerum ab aliis ꝓcipiendo:& intelligencia cōſequendo cognouerit. etiam ſi iunior fuerit orator:& multa ab aliis percepit: & multa intelligencia cōſecutus fuerit: ta men hanc facultatem:de qua loquit:cōſequi poterit. Aetas: Quia experi entia niſi longi temporis eſſe non poteſt. Cogitatione: Rerum .ſ.quas: acumine inueniendo tenuerit. Auditione: Quas ab aliis ꝓcipiendo didi cerit. Studio: Quantū ad cogitationē. Diligencia: Quantum adau ditionem. Nam ſi tu: Rationem affert: cur uelit multarū rerum uſum: & experiēciam habere oratorem:quia tunc poterit magnam ex his locis cape re utilitatem.nam ſi omnia etiam locoꝝ argumenta tenebit orator:tamē ſine experiencia:& ꝑcipue ciuitatis:in qua uixerit: non ualde hæc illi ꝓdeſſe po terunt. Senſus eſt.ſi bona ingenii:& nālia adeptus fuerit:non tamen uſuꝫ te nuerit:& rerum ciuiliū rationē habuerit:hi loci parum ei ne dicam nihil pro deſſe uidebunt.uult ergo oratorem ex ciuitatis cōſuetudine: & ꝓ ſenſibꝰ ho minū dicere:ut non ſolum argumenta ſua ui:ſed ex ſententia uulgi cō ꝓbēt: & iudicum. Quēuis: Ideſt quantū uis eruditū: qui doctrinam adeptus fuerit. Acrem: Diligentem:& ꝓuidum: Virgilius. Iam tum acer curas uenientem extendit in annuꝫ.i.quālibꝫ adduxeris mihi oratorē acrē. Acu

tum: Idest excogitando ingenioſum: qui acumine ingenii p̄ditus ſit ad inuenienda quæ cauſæ proſint. Expeditum: .i.etiam ſi doctrinæ: ac naturæ bona cōſecutus fuerit: rerum autem peritiam non tenuerit: utilitatis paꝝ capiet ex his locis. In cōſuetudine: .i.in uſu agendoꝝ. In exēplis: .i: monumentis dictoꝝ: uel factoꝝ. Inſtitutis: Scilicet diſciplinam maioꝝ obſeruando. Moribus: .i.rationibus uiuendi. Voluntatibus: Opinionibus: & uulgi ſtudiis. Hoſpes: Peregrinus: alienus. i. niſi hæc omnia tenuerit: quæ ſine magna expientia rerum cōſequi non poterit. Subacto: Qualis igitur eſſe debet orator: cui huiuſmodi loci utilitatem afferant: & uſum?

Subacto: Exercitato: & molito multaꝝ rerū uſu. & eſt tranſlatio ab agricultura. Nam terra dicit eſſe ſubacta: cum exculta: & molita fuerit agricolarum labore: Virg. Scrobibus mutata ſubactis. i. excultis: & molitis: ut plāta ſubcreſcere poſſit. Vt agro: Tunc enim dicit ager ille noualis: cum frequenter cultura renouat. Nouale: .i.quotannis exculto. Quo: Ideſt ut: & in trāſlatione pſiſtit agri bene culti. fructus enim ꝓpria ex terra naſcūtur. Edere: De ſe dare: emittere. Subactio: .i.exercitatio. Vſus: Conſuetudo agendarum rerum ciuiliuꝫ: quas res ciuiles: & audiendo: & legendo: & doctrina ꝓcipiendo cōſequi poſſumus. Litteræ: Scientia: atq; doctrina. Ac primuꝫ: Poſtq̄ dixit: quæ nam in oratore requirant: cui argumenta de quibus præcepta traditurus eſt uſui: atq; utilitati eſſe poſſint: nūc quomodo cauſam conſiderare debeat oſtendit. Dicit enim primum exquirendum eſſe: qua in cōſtitutione poſita ſit: deinde iudicationem inueniendā: ad quam omnis ſuæ orationis rationem cōferat orator. & recte quidem. nam cū de locis p̄cepta daturꝰ ſit: ex quibus argumenta ſumuntur: primum debet oſtendere: quid ſibi ꝓponat orator: ad quod quaſi obiectum orationē ſuā ītē dat. hanc igitur primum docet inueniendā eſſe. Naturam: Ideſt uim: & ꝓprietatem cauſæ. i. cōſtitutionem. Ne ſit: Per quod cōiecturam cōſtitutionem accipe. An quale: Generalem. An quod nomen: Diffiniti uam conſtitutionem intellige: cum quærit de ui: & nomine uocabuli. Partes: In negocialem: & iuridicialem. Iuridicialis: in abſolutam: & abſumptiuā. Abſumptiua: in purgationē: & dēpcationeꝫ. Purgatio: in imprudentiā: neceſſitatem: & fortunam. Negocialis: Quia ſcindit in ſcriptum: & ſententiā: & cōtrarias leges. ſ. ambiguū: & cōtrarium. Quo: Videlicet genere cauſæ: & cōſtitutione cognita. Naturali quadā: Ideſt ſua ſponte offert: quia ſimulac ꝓpoſita eſt cauſa: homīes uident: quid cōtrouerſiam faciat. Quid faciat cauſā: Ex qua cōtrouerſia naſcitur. ut uerbi gratia. accuſatur furti uerres. hic cognoſcit otator etiam ſine illa præceptione: ac nāliter intelligit: quid facit cauſam. Cum enim accuſator obiicit. ſurripuiſti bona illa. reſpondetur: nō ſubripui. quæſtio erit an ſurripuerit. Ecce quomodo prudentia naturalis cauſam facit: uidelicet inficiatio. Surripuiſti eſt inſtantis accuſatoris: non ſurripui eſt inficiatio defenſoris: quæſtio eſt an ſurripuerit. Subductionibus: Surreptionibus: ſubtractionibus. Nam iſti rhetores artis ſcriptores: ſubductionibus cauſam facere docent. Dicunt enim ſubducto hoc: aut illo: cauſa non erit. Subducere ſignificat ſurriperee: Terentius. Vbi primū

poterit statim se sub lucet. Quid faciat causam: Idest cõtrouersiam: ut uerbi gratia. occidit Orestes parentem. Ille respondet: occidi: sed iure. Nã illa parentem meum occiderat: hoc subducto. nam illa patrem meum occiderat: cã non erit. carpit ergo huiusmodi rhetoꝝ subductiones. Quid causam: Idest cõtrouersiam: ex qua consistit cõstitutio: Deinde inuenitur iudicatio: quæ porie dicitur quæstio iudicii: ꝙ in ea omnis iudicũ sententia uersatur.

Quod: More suo ostendit: quod uulgo facere solent: Deinde quid ipse facere consueuerit. Deniq; Cœpit superius Cicero in persona Antonii p̃cipere: quid oratori faciendũ sit: simulac causam accepit. Primo enim dixit: cõstitutionem causæ esse inspiciendam. Deinde quæstionem iudicii: quæ a nobis iudicatio appellat̃. hic etiã rhetores reprehẽdit: qui causam certis qbusdã præceptis: sed tamen non necessariis obscuriorẽ quodãmodo reddere uidẽt. Dicit enim magistros hoc facere: qui quibusdã interrogatiũculis ad discipulos erudiendos utunt̃: Deinde redit ad ꝓpositum: quod ab initio ꝓposuerat: ostendens quibus argumentis in agenda causa rhetores instituant̃. sed primũ docet: non esse p̃termittendũ quæstionem infinitam. magistri enim de ea nihil p̃cipiunt. Deinde: A superiori littera pendet. Quid: Videlicet cõstitutio. Iudicatio: .i. quæstio iudicii: quam iudicationem appellant. Nam primo quidem causa cognoscenda est. i. constitutio causæ: quæ fit ex accusatoris insimulatione: & defensoris inficiatione: & sicut supra dixi: interrogatiunculas istoꝝ rhetorũ carpit. deinde ipsius constitutionis iudicatio: quæ ex defensoris ratione: & ex accusatoris firmamento cõstituitur. Isti: Scilicet præceptores: & artis scriptores. & uerba ponit: quibus utunt̃ p̃ceptores ad discipulos. hoc modo: interfecit Opimius Gracchũ: ita queret præceptor: qd est quod causam facit? respondet discipulus: rei. p. causa. Nam si reus respõdet interfeci: nihil remorabit̃ iudicium: & causa non erit: nisi quid additum fuerit. Hoc: Quia est factum rei. p. causa. Vocauit: Scilicet populum ad arma. Ecce quomodo nunc ostendit: quid faciat causam. s. iuridicialem: & assumptiuam. Assumptiua dicit̃ eo ꝙ ab extranea re sumitur. Sumit̃ enim ab utilitate rei. p. cum fateat̃ Opimius se occidisse Gracchum: idq; rei. p. causa. qꝫ nihilomin9 negatur ab accusatore licuisse: & ad hãc quæstionẽ uterq; sua argumenta: & rationes ītendit. ille: ut ostendat licuisse. hic cõtra: nõ licuisse. Ex senat9 consulto: Quia senatus ita p̃cepit: ut populus incitaret̃ ad arma: & C. Gracchus a lege agraria ꝓmulganda ꝓhiberet̃. Hoc: .s. ꝙ īterfecerit ex utilitate rei. p. & ꝙ ex senatus cõsulto populum cõuocauerit.

Causa: Idest cõtrouersia non erit. Ipsum: Scilicet Deciũ: qui accusabat Opimiũ. dicebat enim non licuisse Opimio facere contra leges: quæ prohibent uim inferri tribuno. ple. Nam tri. pl. erat Gracchus: cum hanc legem ferret. Scim9 enim: ut apud. T. Liuiũ didicimus sacrosanctũ fuisse tribunũ .ple. quicunq; eum uiolasset: caput eius sacrũ esset: & īmolaret̃: ac sacrificeretur. Veniet igitur. Ecce quæstio iudicii. Ita īquit isti docẽt inuenire causas præceptis quibusdam minime necessariis. Nũne perspicua est? & non necessaria. ac si diceret: quis est: qui non uideat causam esse non posse: ubi nulla fuerit cõtrouersia. i. ubi partes inter se cõueniant? In uulgari: .i. nãli-

& ſine arte. Sed illa: Cum inuenta fuerit quæſtio iudicii: quæ ut ſæpe iã dixerim⁹: ex ratione defenſoris: & firmamento accuſatoris cõſtituit: argumẽta: quæ ab oratore inueniũt: eo intendent tam ab accuſatore: q̃ a defenſore. Hanc enim quæſtionem quaſi quoddam obiectum ſibi ꝓponũt: ad quod argumenta ſua cõferunt. Ad id. Videlicet ad iudicationem: quo ſũmam argumẽtoꝝ uterq; cõferat. Spectãte: .ſ. accuſatore: & defenſore. Atq; hic: Hoc loco reprehendit Antonius uulgo errare rhetores omnes: qui ĩfini tam quæſtionem a cauſis ſeparãt agendis: quaſi nihil ad oratorem pertineat: cum etiam in omnibus cauſis uniuerſaliter de natura rei: & quæri poſſit: & debeat. Hic: In hoc loco anteq̃ ulterius ꝓgrediamur. Mittim⁹ liberos: Erudiendos ĩtellige: & ideo diligenter ꝓſpiciendũ eſt. Magiſtroꝝ: qui præcepta artis tradunt. Errant: Quod in duo genera materiam ſcidũt: De finito p̃cepta tradunt: de infinito uero nullum omnino uerbũ faciũt. de natura quærere: nihil aliud eſt: q̃ de cauſa uniuerſaliter agere. Nõ quo hoc ad dicendũ magnope pertineat: .i. non ideo dixi: q̃ hoc ualde ĩterſit: utrũ finite: an infinite cauſa tractet. Eadeꝫ enim eſt ratio dicẽdi. cõſideratio autẽ uaria: & ideo errare uident: q̃ de ea nihil omnino p̃cipiant. ut uerbi gratia: In cauſa Milonis: & Clodii: quæ uulgatiſſima eſt. accuſator inſtat. Interfecit Clodium Milo. interfecit: ſed iure. nam ille ſibi inſidias facientẽ gladio ꝓ hibuit. Hæc cauſa eſt finita perſonis: locis: & temporibus. Perſonis: Videlicet Milo Clodium. Locis: Quia in appia uia. Temporib⁹: Ipſo meridie. Sed Antonius dicit: non ſolum finite cõſiderandam eſſe cum circunſtãtiis cauſam: ſed infinite ſine circunſtantiis. Nam ſi primũ rei natura quæſita fuerit: & eam orator ex cõmodo ſuo ꝓbauerit: facile erit cauſam ipſam certam: & finitam cõfirmare. Primo quidem quæritur. liceat ne hominẽ ĩterficere ſimpliciter. & hanc dicimus eſſe quæſtionem infinitnm: neq; enim differnitur perſonis: nec rebus: nec locis: nec temporibus: ſicut ipſe Cicero in hac cã facit: qui: ubi ꝓbauit: licere hominẽ interficere: aditum ſibi facile apuit ad Milonem defendendũ: cũ intulit: ſi cui unq̃ hoc licuit: ꝓfecto licuiſſe Miloni Clodium occidere. ergo hoc eſt: quod dixit: aliã eſſe finitam: & aliam ĩfinitaꝫ quæſtionem: & prope eadem utranq; ratione tractari. Genus hoc eorum: Ideſt hæc cõditio huiuſmodi hominũ. Qui ſibi: .i. tametſi pro iudicio ſuo uideant eſſe eruditi: tamẽ ſi quis diligenti⁹ cõſiderauerit: uidebit eos ẽẽ ingenio hebetes. Impolitũ: Rude: incultum: ſine doctrina. Conſtituũt enim: Vere inq̃ rude: & incultum ꝓbat eſſe eiuſmodi genus hominũ: duo enim genera cauſarum proponunt: & alterum tantũmodo tractant. Inptiendis: .i. diuidendis. Vnum: Scilicet genus. Appellatum: Mire dixit: quia cõmunis eſt quæſtio de genere: ſicut appellatio nominis cõmunis ẽ. Alterum: .ſ. genus ꝓponunt. Perſonis: Vt ſupra diximus Clodi⁹: & Milo. Temporibus: Videlicet quo tempore. ſ. meridie: quia meridie cædes facta eſt. In quo: .ſ. genere finito: & circunſtantiis implicito. Occupati ſunt: Nam quo modo hæc finita cauſa tractari debeat tantũmodo p̃ciunt. Diſtinctum: Separatum ab aliis ꝓpriis nomĩbus perſonarũ: locoꝝ: & tempoꝝ. Superius: Sed de illo ſuperiori genere infinito uerbũ nulluꝫ

faciunt. Vniuersi generis: Idest ubi uniuersaliter de natura rei quæritꝫ:

Ignari: Hoc faciunt ignari posse in omni causa de uniuerso genere quæri: in quo uis atq; natura ipsius rei cõsideratur. Vim: Potentiam. Naturam: Proprietatem: ut ante dictum est: ut si cõsidereꝫ de natura cædis: cum ostensum fuerit: utrum aliqua cædes honesta esse possit: hanc quoq; iustam probare possumus. Sed si nulla iusta cædes est: nec ea quidem iusta erit. Natura: Et per exemplum uult hoc ostendere Antonius: ut facilꝫ intelligi possit ab omnibus: ut in ea causa Opimii: quam supra ꝓposuit. posterimus inquit ipsius rei cõsiderare naturam: sepolita persona: & loco: & tẽpore: ut nunqd licuerit ciuem occidere. hic enim nullum certæ personæ nomen affertur. Si ꝓbatum fuerit: licere aliquãdo ciuem occidere: facilius erit ostendere: & hunc licuisse. De quo: Vbi agitꝫ de cæde gracchi. Decii: Qui accusabat opimium. De uniuerso genere: Videlicet quæratꝫ de ipsa uita ac natura rei: uidelicꝫ de cæde ciuis romãi. Qui: Nõ q̃ interfecit Gracchũ: sed qui interfecit ciuem. ut ostendatur iure occidi ciuem ex senatus cõsulto.

Cum id perleges: Lex erat potestatẽ tribuniciaꝫ uiolari non posse: quia sacrosancta erat. Nulla: Vt inquit ostendimus fieri posse in hac causa opimii: eodem modo instituimꝰ omnem omnino causam: In qua definito genere agitur: posse infinitum quoq; considerari. hoc modo. Orestes matrem interfecit: quæstio est finita. Infinita est: nunquid aliquãdo liceat filio matrem interficere. & ideo sensus est. Nullam omnino causam esse: in qua genus finitum cõsideretur. i. in qua quæratur de persona: & cæteris circunstantiis: In q̃ non possit de infinito quæri. i. de natura rei. Nam si hoc inest: illud quoq; insit necesse est. Quin etiam: Non solum inquit in his causis: in quibus factum conceditur: sed in quibus factum negatur: in huiusmodi causis inuenimus fieri posse hanc uniuersalem quæstionem. & exemplo ꝓbat huius decii: qui accusatus est: deinde quod ipse actionem susceperit aduersus opimiũ pecunia corruptus. hæc quæstio erit de facto. Nunquid sit opimius peccunia corruptus. hoc modo. accepisti pecuniam: non accepi. quæstio erit: nunquid pecuniam acceperit. & ideo dixit: non solum in his causis: in quibus factũ concedi tur: sed etiam cum factum negatur: posse esse uniuersi generis quæstionem.

Contra leges: Quia lege cynthia: ut Cornelius celsus docet: cautum ẽ antiquitus: ne quis ob causã porãdam pecuniã donũ ue accipiat. Cœperit: Ostendit in hac quoq; causa decii: argumenta oĩa ad genus. i. infinitaꝫ quæstionem referri. hoc modo uidelicet: luxuria: sedicioſi: & mali ciues testimõia sunt uniuersalia. ergo argumenta ab ipsis sumpta uniuersalia erũt. neq; eniꝫ de unius: aut alterius auaricia: sedicione: aut testimoniis agitur: sed generaliter. est autem ordo a superiori. argumenta de luxuria: quia sumptuosus ẽ: & de auaricia: quia alieni appetẽs. & sic de cæteris reuocentur oportet ad genꝰ.

Sumptuosus: Quia ueriſimile: ac ꝓbabile argumẽtũ causa pecuniæ aliquid feciſſe boreꝫ: ſi ſuuptuoſus eſt. Nam ideo eſt auidior ad rem: ut ſũptibꝰ ſufficiat. Auarus autem aliena appetit. Sedicioſus: & malus ciuis perturbat quietos. ſed talis eſt decius. ergo & cætera. Decius: Omnis: qui aliena appetit: auarus eſt: Atq; aliena appetit decius: igitur auarus eſt. Quod ſedi

cioſus:& turbulentus: Pari ratione de turbulentis. Omnis ſedicioſus ciuis turbulentus:& malus ciuis eſt:ſed Decius ſedicioſus eſt. igitur turbulentus: & malus. De genere teſtium: Quãdo contra aliquem teſtimonia dicũt: is nocens eſt:atq; hæc omnia in deciũ cõcurrũt.ergo nocens eſt. In hac igit cauſa:nihil de facto ambigit:poteſt etiaꝫ de natnra rei cõſiderari:& quæſtio hæc inueniri.Nam in rebus:ubi factum concedit:minus miꝯ eſt: poſſe generalẽ quæſtionẽ tractari:ſed in hoc:ubi negat factum:uidet eſſe difficilius. Cõtra quæ: Eodem modo dicimus de argumentis:quibus defenſor utit. poterit ea trahere ab uniuerſo genere.& uniuerſale appellat.Dixit de argumẽtis: quæ cõtra deciũ dici poſſent.ſi quis eum accuſaret: ꝙ corruptus.L.opimiuꝫ ad populum accuſauerit:eodem modo dicere poſſum de argumentis:quæ ꝓ eo dicerent:ſi quis accuſatum defenderet. Contra: E cõtrario. Reuoluentur: .i.reuocabunt. A tempore: .i.a circunſtantiis:quæ finitã cauſã oſtendunt. Ad cõmunes ſũmas: .i.uniuerſalitates. Cicero ad Herẽniuꝫ: & ſi ſũmatim:& non particulatim narrabimns. Atq; hoc: Probat a conſequentibus:genera reꝯ eſſe cõſiderãda:quia ſi quis ea minus ꝓſpiciet:putabit ĩnumeras eſſe quæſtiones iudicioꝯ. Sed cum de facto inquit quærit:& ſi infinita poſſunt incidere crimina:ea tamen omnia eadem ratione tractant. Cũ uero de qualitate facti ambigitur:ſi perſonas cõſideres:infinitum hoc erit:& difficile:ſi res:finitũ:& facile. Ita in cõiecturali cõſtitutione crimina in negociali perſonæ modũ nõ habebũt:ſi a rerum genere diſceſſeris. In natura rerum: Quæ ſeorſum a circunſtantiis cõſiderat. Homini: .i.is:qui ea genera ꝓſpicere non poterit: infinitas iudiciorũ quæſtiones eſſe putabit: & hoc cõtinget ei:ſiue cõiecturalis:ſiue generalis:quæſtio fuerit.Si cõiecturalis conſtitutio fuerit:crimina modũ excedũt:ſi generalis perſonæ:ut modo dicebatur.Sed crimina tam & ſi infinita ſint:de quibus dubitari poteſt:facta ſint: nec ne:in omnibus tamẽ tractandis una ratio erit:ſi quidẽ ipſa uniuerſaliter cõſideres ſine circunſtantiis:ut furtum:ut cædeꝫ: ut incæſtuꝫ per ſe:non furtum uerris:aut cædeꝫ Milonis:aut incæſtuꝫ Clodii. Ex reis: Ex perſonis.

Innumerabilia:& obſcura: .i.multa ſunt:ac difficilia. Modica: Singula ſingulis reddenda ſunt. Modica: Oppone innumerabilibus. Illuſtria: Oppone obſcuris.. Innumerabilia: Quia multæ:& ĩnumeræ perſonæ ſæpiſſime eiuſdem criminis accuſant. Obſcura: Nam quẽadmodũ multitudo obſcuritatem:ita paucitas claritatem generat. Nam ſi: Et ut exemplo planius fiat:quod obſcurius dixiſſe uidebat Cicero:nobis cauſã mãcini ꝓponit.Cauſa hæc eſt negocialis. Ambigit nunquid Mancino poſtliminium eſſe poſſit. Mancinus miſſus eſt cum imperio aduerſus numãtinos: q cum exercitu interceptus in ſũmum ſalutis ſuæ exercituſq; ſui diſcrimen uenit.quare cũ hoſtibꝰ pacem iniuſſu populi romani fecit: quam ſenatus non ꝓbauit.Itaq; decreuerunt ipſum hoſtibus tradere. Fecialis enim:& pater patratus Numantinis dedendũ ducũt.a quibus ille non receptus romaꝫ rediit. quæritur nunquid ei poſtlimium eſſe poſſit. Pater:patratus: Dicebat is qui ꝑerat fœderi patrando.Nam patrare ſignificat cõficere: inde pater patratꝰ.In hac cã:ſi quæſtio fuerit. nũquid Mancino:qui hoſtibus deditꝰ eratu

& ab hostibus non receptus: postliminiũ esse debeat. Quotiensc̃unq; receptus non erit is: qui deditus fuerat hostibus: noua causa instituenda erit. Sed si p̃ sona sepositã: quæritᷣ nunquid ei: qui deditus fuerat: & non receptus: postliminiũ esse debeat: Iam non finita erit hæc quæstio: sed infinita. omnes enim causæ ad hoc quasi genus referẽdæ sunt: si omnibus: qui dediti fuerint: & ab hostibus nõ recepti: ei postliminiũ esse possit: ergo & Mancino. pari ratione: si e contra ꝑbatuꝫ fuerit: nemini postliminiũ esse: q̃ hostibus deditus fuerit: & non receptus: & inde ad ꝓpria reuersus: nec Mancino quidẽ. Videatur:

Scilicet uideatur ne in pristinam libertatem esse restitutus. Si is: Ecce quomodo excludit personam. Nam generaliter dicit: si is tantũmodo: & non Mancinus: siue alius. Nec artem: .i. non pertinet ad argumenta: quæ ab oratore arte quadam: & ratione inueniuntur. Nam unum est expositio alterius. At si: Quamuis inquit ex dignitate: uel ĩdignitate personæ. i. ex honestate hominis: aut turpitudine sumũtur argumenta: tamen ea ad quæstionem generis referenda sunt. Aliquid: .s. argumentoꝝ: ut si dignitas fuerit: ualeat ad defensionẽ. si indignitas: ad accusationeꝫ. Vita: Vtrũq; cõplectiᷣ. s. turpitudinem: & honestatem. Extra quæstionem: Quia hæc indignitas non pertinet ad hanc causaꝫ postliminationis. Indignitas: Nã indignus esse uidetur in pristinam libertatem restitui: qui se turpiter hostibus dederit. hæc indignitas non pertinet ad naturam rei: nunquid is: qui deditícius fuerit: & non receptus ab hostibus in pristinam libertatem restitui possit: sed tamen quãuis extra quæstionẽ sint: ad quæstionẽ ipsa referenda sunt: ut si ei: qui deditícius fuerit: & nõ receptꝰ: postliminiuꝫ esse nõ potest: ergo nec Mancino: qui p̃sertim ignauia sua gratiam nullam a populo romão mereri debet: q̃ turpiter se hostibus dederit. i. multo minus huic: q̃ aliis: propter eius socordiã. Ea: Scilicet dignitas: uel indignitas. Referat: Ad quæstionem: quam paulo ante dicebam. Hæc ego: Non inquit hæc dixerim reprehendendi causa: sed admonendi potius. excusat enim inuidiã: ne solus multis: & eruditis uiris cõtradicere uideatur. Quãq̃: Digni inquit sunt: qui reꝑhendantur: qui cum quæstionum duo genera esse dicant. s. finitum: & aliud infinitum. Infinitum genus ita diffiniunt: ut non generis alicuius uim: sed ꝓprietatem indiuidui explicare uideantur: quippe quod propriis nomĩbus personarum: locorum: & temporum determĩatum sit. Istas causas: Facti: nominis: & generis. i. coniecturales: diffinitiuas: & generales.

Nam & si: Quãuis inquit secum trahant personas: & tempora causæ: tamen in his ipsis causis: non de personis: sed de uniuerso genere causæ quærendum est: ut cum quæritur de adulterio: aut de furto. primo cõsiderare debemus naturam rei. i. ipsius furti. ut uerbi gratia. furtum comitti solere a cupidis: a sumptuosis. aleatoribus. deinde furtum secum trahit: personam: aut locum: aut tempus: quia necesse est: ut factum fuerit ab aliquo: aut nocte: aut die: & alicubi. Ex his: Scilicet temporibus: & personis. Sed ex genere:

Vt in Mancini causa demonstratũ est: ut quæritur: non de mancino statiꝫ: sed prius: an deditício: non recepto quisq̃s ille fuerit: postliminiũ esse possit.

Sed hoc nihil ad me: .s. pertinet: hoc dicit respiciens ad id: quod superi-

ait: non ut redarguam. Cum istis: Contemptim locutus est. Nam hoc prono nē dici solet de his: qui paruifiunt. non ideo locutus sum: ut uelim cū huiusmodi hominib⁹ intēdere certamē: sed tamē reprehendendi sunt. Nec hoc consecutos: Et ostendit rep̄hendendos esse: quia ipsi ne in sūmo quidē ocio genera considerare potuerunt: quod causidicus. i. forensibus rebus occupatus uidere: & intelligere potuit. Sine hac: Probat ociuꝫ supfuisse illis quippe: qui in forensibus negociis occupati non essent. Discerent: Scilicꝫ a causis certis: & diffinitis. Paulo subtilius: Quā nos uidelicꝫ. Illud: Nihil ad me pertinet hæc disputatio: ut uelim contra eos disputare: & eorū negligentiam reprehendere. Sꝫ ille ad me: uosq; in primis Cotta: & Sulpitii, q; si rhetores istos sequemur: infinitas credemus causas esse: & ab his deterrebimur. Pertimescenda: Quia nisi genera rerum spectemus: sed personas tantuꝫ: nullo poterunt fine complecti. quēadmodum personæ sunt infinitæ: ita etiam causæ erunt infinitæ. & ex omnibus circunstantiis persona potissima est: & ideo eam elegit. Sine generum: Videlicet ut de genere rei quæratur: atq; natura remotis omnibus circunstantiis: personaꝝ: locorum: & temporum. Modice: Mensura: & quantitate. Pauce: Numero: ut eas oēs tenere debeat orator diligenter: & memoriter: & sobrie. absolutissimuꝫ ē q̄d dicit. Si quidem omnis ars diligentia: ingenio: & sobrietate cōparatur. Diligentes: Propter industriam. Memores: Propter ingenium. Sobrii: Propter cōtinentiā. i. uiuendi rationem. Percursas: Translatio ab cantore: qui tragoediaꝝ partes sibi demandatas: primo quidem ideo p̄currit: deī de percursas in scænam decantat: eodem modo orator facere potest de causis omnibus: si earum genera p̄currere uoluerit non personas: & causas circūstantiis diffinitas. Nisi forte: Probat quod superius dixerat: non personas: sed rei naturam esse cōsiderandū: tametsi res ipsa secum personaꝫ trahat: aut illud est inquit: quod dixi: aut putatis causa. M. Curii ab alio didicisse Crassum: & non ipsius rei naturā p̄cepisse: sed hoc non est. igitur illud ad ueritatē disiunctiue sufficit aliam partem esse ueram. Causam illam reppetit: de qua etiam in superioribus dictum est plenius: quomodo eam Crassus defēderat. .L. Crassum: Scilicet hunc: de eo enim loquitur: q disputationi ītererat. Quā ob rem: Idest cur. Posthumus: Qui mortuo patre natus: quasi post humationem eius. Nam. L. Crassus. M. Cepioneꝫ defendebat: q; Pomponii hæres esse deberet. Ea re: Q d̄ didicerit ab alio. Ad causæ: uim ac naturam: Idest ad sūmam rei: ubi omnis causa nititur: non in personis. Ingenere: Videlicet hæres ne esse deberet is: qui ita institutus esset: ordo est a superiori omnis quæstio erat in genere uniuerso rei: atq; negocii uidere tur n: is hæres esse: & reliqua. In genere: Idest quæstione finita. Rei: Et negocii. res: & negocium: idem ferme est: nisi q; negocium ad unum tātū modo pertinet: res uero ad omnia uniuersaliter. Isq; prius: .s. q̄ testamē tum condere possit. Ille: Scilicet Curius. Nam si natus nō est filius: ergo non mortuus. quæstio igitur incedere uidetur: nūquid Curius hæres esse debeat? Perpetui: Ideo inquit cōsideranda sunt genera rerum: & p̄cipue cū agitur de iure: quia sicut diximus: in iuridiciali personæ modum non habēt

si uoluerimus non uim: sed personas considerare: ad quas causa pertineat.

Perpetui: quod semper idem est: non mutatur personarum: uel temporum uarietate. Infinita: & ad ipsum ius īcommodandæ sunt personæ: non autem leges personis: alioquin leges infinitas esse oporteret. Rationem dicenddi: & argumentorum formas: Alterum est expositio alterius. Formas: .i. tractationes argumentorum. In quo iure: .s. perdiscendo. Impediunt: Causam nunc ostendit: quare iuris consultorum scientiam pborrescant nonnulli: quasi īfinitam quandam: atq; difficilem. id fieri dicit iuris consultorum culpa: qui pro singulis quibusq; personis leges scribebant: quod fieri nō oportebat. Nam non ius ciuile personis: ut dictum est: sed e contrario personas legibus accommodare oportebat. Nam si personis accommodarent leges: infinitas esse eas oporteret. Quis enim tot leges scribere poterit: quot personis casus incidere possunt? ergo generalia quædā iura scribenda sunt: ad quæ singulæ personæ acccōmodentur. Impediunt: Multitudine rerum. nam ex multitudine rerum generatur confusio: ubi enī multæ res fuerint: ibi ferme ordo esse nō poterit. ex cōfusione difficultas: sed cōfusio impedit: multitudo autē deterret. Impediūt: Confusione. Deterrent: Multitudine. Impediunt: Vere inq; nos deterrent iuris cōsulti: ꝓpterea ꝙ ita scripserunt iuris consulti ius ciuile: quasi singulis personis: aut uiris: aut mulieribꝰ responderēt. cum è contra ius ciuile generale esse debeat: ad quod omnes personæ referantē. Quid respōderit: Non quod respondendū sit singulis personis: sed omnibus suum ius tribuāt. Nam illud infinitum est: & īmensum. non enim ita erat scribendū: ut singulis cōueniret: sed genus quod esset omnibus cōmune. Credo: Ironice carpit iuris consultos: qui singulare quodā modo ius scripserunt. Credo inquit non in rebus: sed in hominibus esse disceptationem. Vt putaremꝰ: .i. cum homines sint īnumerabiles: & casus item īnumerabiles esse oportet & leges. Debilitati: .i. imbeciliores facti multitudine causarum: nā qa multæ sunt leges pro responsis iurisco ultorum: ideo confusæ: quia confusæ: ideo obscuræ. Abiiceremus: .i. Deponeremus. Discendi: .s. iusciuile. pulcra differentia. illud enim incipiendi: hoc uero pficiendi est: qui incipit discere dicitur: qui pdidicit pfeciſſe. Sed hæc Crassus: Quod cæteri iurisconsulti facere noluerunt: ut ius generale scriberent: & nō singulare. hoc ē ꝙ Crassus dixerat in disputatione sua: se si ocium sibi daretē: in genera distincturum esse ius ciuile. Expediet. Quasi confusum. Nam expedire ius est in certum ordinē digerere. Exponet: .i. obscura aperiet quasi difficilia. Est & enim: Et quia non interfuerat Catullus disputationi Crassi: ubi policitꝰ fuerat scripturum de iure ciuili: ideo declarat hæc Catullo. Ne forte nescias: .i. ut scias: ut tibi hoc non sit ignotū. Coacturum: Congregaturū: collecturum id: quod nunc difusum est: Virgilius. Tityre coge pecus. Diffusum: & dissipatum .i. nec ordinatum: nec cōtinuū. Catullus: Hic probat: & cōmendat qđ actum se ꝓmisit Crassus: ut quæstiones iuris ciuilis q̄ corpus quoddam efficiat: sicut artis. & dicit Crassus omnia: quæ ad ius ciuile pertinebant pdidicisse: & si quid deesset ipsum facile additurum ex facultate sua. Qui & quidē: Omnia quæcunq; de iure ciuili disci possūt: ipsū

didiciſſe. Docuerunt eum: .ſ.ius ciuile. Diſcere: Videlicet qđ inuẽtum eſt. Nam quæ inuenta ſunt: diſcere poſſumus: quæ autem nondũ ſũt ĩuenta: inuenire oportet. Afferat: Addat. Vt quæ: Et declarat: quæ ſuperius dixit: & ſingula ſingulis referenda ſunt. Deſcribere: Quæ didicit inuenta. Illuſtrare: Quæ inuentis adhibebit. Apte: Cõmode diſtinguendo. Ornate: .iſ.d quod erit adhibendum. Ergo: Quandoquidem Craſſus ſe ius ciuile deſcripturum generatim policitus eſt: & tu etiam affirmas: id facile fieri poſſe a Craſſo. ergo expectabimus ius ciuile: & tũc denicꝫ nos etiam id diſcemus. A turba: .i.a iudicialibus cauſis in foro peragendis. A turba: A multitudine populi: ubi quæſtiones habentur.

A ſubſeliis: Nam ſubſelia ſunt tribunoꝝ: quæſtorum: triũuiroꝝ: & cæterorum huiuſmodi minora exercentium magiſtratuum tribunalia. Iam id: Recte inquit Catullus dixiſti Antoni: Nam ego ipſe ex Craſſo percepi fore: ut aliquando ſe ſub huiuſmodi cauſis forẽſibus remoueat. Certum: Statutuꝫ: ac deliberatum. A iudiciis: .i.a cauſis iudicialibꝰ. Sꝫ ut: Sed non licebat: tametſi nunc habeat in animo. Nam amicis ſuis: & familiaribus deeſſe non poterat: qui ab eius eloquentia quotidie auxilium deposcunt. Nec ciuitas: .i. nec priuate: nec publice hoc Craſſo cõcedetur: ut ſe a foro liberet. Nam & amici eum cogent priuatim ſibi auxilio eſſe: & res.p.eum pro ſe dicere coget: ut ſtudiis ſe dedere non poſſit. Nam ſine .L. Craſſi eloquentia non ualeret ciuitas ſuam dignitatem obtinere. Nã hercle: Hic Antonius: ſi uerum inquit eſt o Craſſe: quod Catullus dixit: ut tibi nec per rem.p. nec per amicos ocio frui liceat: neceſſe ẽ ut uitã noſtram in perpetuo labore cõſumamus. Piſtrinum: Appellat laborioſum ſeruitiũ: ſimilitudine tranſlata a ſeruis: qui ob noxiaꝫ a dominis in piſtrinum trudũtur: Vt terentius. Dauc te in priſtinum dedam. Piſtrinum: Agendarum in foro cauſarum laborem: & publice: & priuatim appellat. Et iſtam oſcitantem: Dormitantem: & ſõnulentam: quaſi dicat ocioſam: eo qꝺ oſcitare ꝑprie ſignificat dormitare: ab oris hiatu: ut dormitantes uidemus. Beatorum: ironice dixit: nam ita dixit beatoruꝫ. ac ſi diceret iuris cõſultorum: q ſibi ipſis beati eſſe uidentur. Arriſit hic Craſſus leniter: Craſſus qa Catullus dixerat ſapientiam hanc oſcitantem ſcæuolaꝝ: & cætera iuris cõſultoꝝ: eo qꝺ Craſſus & ipſe erat iuris ciuilis ſcientia pitus. ideo arriſit: qꝺ oſcitantem iuris ciuilis ſcienciam appellaſſet. Et pertexet Ac ſi diceret de hac ſcientia iuris ciuilis poſtea uidebimns. Pertexe: Perge. perfice. Trãſlatio pulchra a textoribus: qui primo telam ordiũtur: & orſam deinde texunt. Metamen iſta oſcitans: Sed tamen interea ſcias uelim ſapientiã hanc iuris ciuilis: quam tu oſcitantem appellas: me cum in ocium: relicto foro: & cauſis: cõtulero: tunc denicꝫ facturam: ut libere uiuam remotus a ſeruitio fori. Cuius quidem loci: Redit ad diſputationem ſuam Antonius: recreatis interloquẽdo animis. Eſt autẽ ordo a ſuperiori. huius loci finis eſt: ut qui ſtudioſi eſſẽt dicendi cõprehenderent matetiam orationis: & reliqua. huius autem loci: uidelicet cauſas non in perſonis poni debere: ſed ad generũ quæſtiones referri.

Modo: .i.paulo ante incœpi. Finis: .i. huc tendit ratio diſputationis

huius. Omnia quæ in dubium: .i.de quibus ambigi possunt. In dubium: .i.in cõtrouersiam:siue de facto:siue de nomine facti: siue de qualitate facti ambigatur. Varietate hominum: ac temporum: Hoc est: non in circunstantiis personarum:ac temporum uariis:& infinitis. Sed in generꝫ causis:atꝙ naturis: .i.generalibus causis:& quæstionibus. Genera autẽ: Sed ut personæ:loca:& tempora sunt infinita:ita genera rerum:hoc est uis: atꝙ natura rei:de qua agitur:& si secum trahunt circunstantias tamẽ pauca esse cõprobantur. Numero:sed etiam paucitate: .i.genera rerum non solum esse nũerabilia:uerum etiam pauca.Multum enim interest:utrũ aliqua numerabilia sint:an pauca.Nam sexcentorum sũma numerari potest:& non sunt pauca.at uero quĩqꝫ:uel sex pauca sunt. Cuiusꝙ generis: .i.cuiusꝙ cõstitutionis. Studiosi qui essent dicendi: .i.eloquentiæ. Omnibus locis: .i.omnes cõstitutiones:constitutionumꝙ partes suis locis descriptæ essent:atꝙ instructæ. Descriptam: Propriis. Instructam: Validis.s.ad confirmãdum argumentis. Ornatam: Rebus dico:& sententiis: quia uidebat ornatam ad uerborum cõpositionem posse referri. ideo subiunxit rebꝰ: & sententiis:ne quis tantũmodo uerbis ornatam ĩtelligeret. Ea uis sua uerba pariant: Ex locis enim nascunt̃ argumenta:ex argumentis res: atꝙ sententiæ.ex his autẽ sua sibi uerba pariuntur. Ea uis sua: .i.ꝓprietate ipsa rerum:atꝙ sentẽtiarum. Pariant: Quia simulatꝙ aliquis rem tenuerit: facile suis illam poterit uerbis explicare. Quæ semper ornata: Hoc ꝓtinet ad eam partem elegantiæ:quæ latinitas dicitur: ut propriis uidelicet uerbis unũquodꝙ dicatur. Ac si uerum quæritis: Et si inquit sentẽtiam meã scire uultis.neꝙ enim id ego confirmo:sed dico: quid mihi uideatur. censeo oportere:ante oratorem ꝑmeditatum esse:& hoc quasi ꝓprium habere: ut argumentis rem quamlibet de una quaꝙ cõstitutione cõfirmare possit: non tamen primum delata causa cogitare. Hoc ĩstrumentũ: .i. hæc argumenta:quibus causæ instruunt̃:nam arguuentis causa munit̃: quibus ea confirmatur. Et generum uniuersoꝝ: Ne obiiciat̃ quõ poterunt ad causam referri argumenta:anteq̃ nobis proposita sit.sed dixit ad causaꝝ generꝫ uniuersorum:& non personarum:ꝙ si personarum dixisset:hoc recte obiici posset.

Generum uniuersorum: .i.quæstionũ:ut dixi. In foro: .i. ad causi dicandum. Scrutari: .ĩ.Excogitare. Locos: Declarat quid sit locus.

Quæ quidem omnibꝰ: Et hæc inquit argumenta:quæ sũmunt̃ a locis: si quis se mediocriter exercuerit:facile consequat̃. Mediocriter: .i. nõ ualde fuerit in his ĩmoratus. Studio: Ingenii. Vsu: Industriæ. Sed tamen: Sed hæc argumenta inuenire:& cõcipere poterimus:quæ ad uniuersum uniuscuiusꝙ causæ genus referenda sunt: si ad locos animũ nostrũ cõtinuo intenderimus. Ad ea capita: .i.ad eam originem:& fontes. Ad illos locos: Nam siue capita:siue origines:siue fontes argumentoꝝ dicat:semper locos argumentoꝝ intellige:qui sedes eorum sunt. Omnia ad omnem: .i.ad omnem cuiuslibet causæ orationẽ. Hoc totum: Scilicet instrumẽtum causarum. Nosce regiones intra quas: Nam qui rem aliquã latentẽ inuenire uoluerit. necesse est:ut prius locum sciat:ubi posita sit:alioquin eiꝰ

nunq̃ compos esse poterit. ergo cum argumenta inuenire uoluerim⁹: quibus unumquodq; negocium cõfirmaᷓ: necesse est: ut ad locos uẽiamus: qui sedes sunt argumẽti. Artis: Præceptionis. Aĩaduersionis: Hoc ideo dixit: quia nonnulli uoluerũt nõ artẽ esse rhetoricaz: sed tantũmodo obseruationez quandam. Regiones: locos: χωρα graeci appellãt. Res: Quæ in ipsa regione abditæ sunt: & latentes. Vbi eum: Vbi inquit ad locũ quẽlibet eueneris: & tota cognitione cõprehenderis: si modo rerum ciuilium peritus fueris: facile erit omnia argumenta: & rationes inuenire: quibus causa cõfimeᷓ.

Sepseris: .i. cõprehenderis cogitatione: tanq̃ maceria. Si modo usuz: Si modo inquit rerum ciuilium consuetudinem tenuerimus. Præcalluer is: .i: optime sciueris: & cum calliditate. Nam callere scire significat. Callidi tas enim est urbana pitia: atq; scientia. In re: .i. in utilitate rei: & causæ.

Occurrit: Sponte sua. Incidet: Scilicz casu. Occurere enim est sponte. Incidere autem casu. Incidere in nos dicitur ille: qui etiam inuitus nobis obuiam fuerit: & ideo nescius tunc occurret. incidit: quasi inuitus. Et sic: Et cum tria sint: ex quibus omnia hæc consequi possit: uidelicet ingenio: ratione: & diligentia: acumen: præceptio: & industria: ex his omnibus mihi acumen anteponendũ esse uidetur. Non possum non: .i. possum: & debeo concedere. Adinueniendum: .i. ad ea inueniẽda: quæ dicenda sunt.

Acumen: Sensus est. Cum inquit inuenire possimus ea: quæ causa desiderat: ingenio: acumine: præceptione: siue arte: & industria: his tribus anteponendum est ingenium: quia parum ars ualeret sine ingenio: & si etiam mediocre ingenium habuerit diligentia adiuuare poterit. Immo qui ingeniosiores sunt: nonnunq̃ negligentiores sunt: freti suo ingenio. Ars: Nihil aliud ẽ: quã quædam præceptionis ratio. Diligentia: .i. Industria. Non possũ non: .i. possum anteponere ingenium duabus illis. Sed tamen: Sed tamen non deterius est quod diligentia confert: quippe quæ mediocritatẽ ingenii plurimum iuuare potest. Hæc ꝓcipue colenda: Laudare pergit diligentiam: de qua superius dicere cœpit. hic ex tribus unum probat ĩ primis. Nam & si ingenium anteponẽdum: tamen quia diligentia potest ingenium: si forte tardius fuerit: excitare: non uidetur esse inferior. Colenda: Exercenda: Virgilius. Fructusq; feros molite colendo. Adhibenda: Scilicet ĩ causis cognoscendis: & tractandis. Hæc nihil est: Idest diligentiaz latere: & fugere nihil potest eorum: quæ ad causam cognoscendam penitus ꝓtineat.

Diligentia: Hoc etiam ad diligentiã pertinet: ut dum causam aduersarius dicit: adeo attenti simus: ut ipsius non res modo: sed etiam uerba percipiamus: & tamen aliud agere uideamur: ne si ille se attentius notauerit audiri: credat aliquid dicẽdo consequi. Excipiamus: .i. quibusdam quasi insidiis obseruemus. Vultus deniq;: Cũ aduersarii: tum iudicis. Qui sensus: Scilicet iudicis. Sententia est Aristotelis: mentis aurigã esse uultuz. Perficere: Scilicet dicendo: eo q; te tua diligẽtia magis solicitũ ostendit. Prudentia: Est quæ simul cum diligentia debet esse couiũcta: ut sæpe animo locos repetamus: unde argumenta sumuntur cõfirmãdæ causæ: & cum eos animos uoluerimus ea sumamus: quæ causæ nostræ ꝓfutura uideantur. Re

uoluatur: .i.ſæpe hi loci repetantur animo. Vt penitus: Continuo ſub iungit:quare iſtos locos ſæpius animo repetere debemus. Vt penitus: .i. iocos ipſos:ubi ꝑmptos:& expeditos fecerit:continuo in cauſam inſerat.i. in cõfirmationẽ cauſæ. Cura: Affectu. Cogitatione: .i.Studio. Diligentia: Aſſaduerſione. Inſinuet Vt in mediũ cauſæ inſerat. Tãq̃ lumen aliquod: Hoc etiam ad diligentiam pertinet:uidelicet ut adhibeat̃ rebus inuentis:tanq̃ lumẽ aliquod memoriã:ut quæ ĩuenerit:memoriæ fixa remaneant.& bene memoriam tanq̃ lumen appellauit. Nam quẽadmodum ſine luce omnia obſcura ſunt:ita etiam quæ inuenta ſunt:ſine memoria obliterantur. Vocem: Propter ꝓnuntiationem. Vires: Propter ſpirituꝫ. & latera:quia etiam ſi uox magna erit:oportet:ut firmi lateris ſit:& boni ſpiritus. Hæc: Scilicet quæ dixi de magna uoce:& uiribus. Inter ingenium: Senſus eſt:Vbi ingeniuꝫ:& diligentiam adhibueris:artis uſus erit paruus admodum.hoc eſt paruaꝫ admodũ utilitatem ex arte capies: & hoc uult oſtendere Antonius:quod ſæpe Cicero in arte noua:& ueteri cõmemorauit:ĩ genium:& exercitationẽ plus ualere ſine arte:q̃ artem ſine his. Perpaulũ: .i.parũ loci ars habere poterit.ac ſi diceret:non erit ualde neceſſaria. Demonſtrat tantum: Et oſtendit rationem: cur non plurimũ indigebit arte ille:qui exercebitur ingenio p̃ditus.Et enim ars tantũmodo locos indicat: & ĩ genium deinde: atq; diligentia ex his locis argumenta ſumit:quæ confirmãdæ cnuſæ ſunt accomodata. Inuenire: .ſ. illa bona. Reliqua: Preter locos ab arte demonſtratos diligentia cõprehẽdit. Nam hoc uno uerbo curã: attentionem animi:cogitationem:uigilantiam: aſſiduitatem: ac laborem exprimit. Hæc: Vno uerbo.ſ.diligentia: quia diligentia ita deſcribi poteſt. Diligentia eſt cura attentior animi:hæc cogitatio:hæc uigilantia:cura: & labor:quandoquidem de his omnib⁹ prædicari poteſt diligentia. Reliquæ: Abſolute dixit:quia omnis uirtus diligentia cõparatur. Nam oratiõis. Nunc probat exemplis:qđ dixerat de ui diligentiæ.Vere inquit diligentiaꝫ arti eſſe anteponendã.Nam philoſophos uidemus ſine arte dicendi facultatẽ ſola diligentia conſecutos eſſe.Si philoſophi id cõſecuti ſunt ſine arte: ꝓbabile igitur eſt id:quod dixit:diligentiam arti p̃ſtare. Copia: .i.facultas dicendi. Vt opinor: Reddit cauſaꝫ dicens.Sed tu o Catulle:q philoſophiæ operam dediſti:& philoſophorum libros percepiſti:melius cognoſcis: an dent præcepta dicendi. Nam ubiq; Antonius uult oſtendere ſe artium græcarum rudem eſſe.hoc autem cur faciat ſupra declarauit:& inferins etiaꝫ declaraturus eſt: ne uidelicet dicendi auctoritas minueret̃ ad populuꝫ. Nec idcirco: Ideſt q̃uis nullã dicendi artẽ adhibeant græci:tamen nihilo ſegnius quicqd ꝓpoſitum fuerit:de quo diſputent:copioſe:& abundanter diſputant. Copioſe abundanter: Poſtremum eſt maioris ſignificantiæ.Nã abũdare ſuperfluitatẽ quandã oſtendit.

TVM CATVLLVS: Hoc eſt ſeptimum caput: in quo docetur moderate philoſophiã ab oratore eſſe tractãdandã:ne exquiſita nimis: & ambicioſa oratio eſſe uideatur. & quia Antonius dixit: tu hoc Catulle melius cognoſcis: Ideo Catullus reſpondet ad ea laudans Antonii ſententiã: quia uidelicet phi

losophi habeant genus quoddam disputandi quietum de his: quæ ad philoso phiam pertinent: tamen ipsos ualere eloquentia tantū: ut de quocunq; uolue rint possint cōmode disputare. Et habeāt paratum: Quāuis inquit nul la habeant præcepta dicendi: tamen ita parati sunt: ut quicquid eis ꝓpositū fuerit: de eo possint sine arte diserere. Quaq; re: .s. ad disputandum pro posita. Sed & Aristoteles: Sensus est: philosophi dialecticam habent: ora tores rhetoricam: quibus artibus uterq; suum officiū implent. & ipsaꝝ qdem facultatum loci sunt plericq; ferme cōmunes. Attamen inter se differunt: ma teria: usu: & fine. Materia differunt: quia hæc thesin. illa hypothesin tractat. Fine: quia hæc. s. rhetorica studet auditoribus psuadere: at uero dialectica ela borat ab aduersario id: quod uult: extorquere. Differunt etiam usu. Nā dia lectica interrogationibus utitur: At rhetorica perpetua oratione. Rursus dia lectica pfectis syllogismis. Rhetorica enthimematibus gaudet. Omnis uia: Idest omnis ratio argumentādi non modo inueniretur ad disputationem philosophorū: quæ ex interrogatione: & responsione cōstat: quantū ad usuꝫ: & perfectis quoq; sylogismis: sed etiam inueniret uia argumentandi ad ppe tuam orationem: quod ꝓprium est oratori. Si quidē enthimemata sūt sylo gismi impfecti oratoꝝ: perfecti autē sunt dialecticoꝝ. Non abhorret: .i. non est aliena. Nec errat: .i. nec declinat. i. uideris quodāmodo Aristote lem imitari. Nam ut ipse dicit in topicis: locos esse sedes argumētoꝝ. Ita Anto nius dixit regiones inueniendas esse: in qbus argumenta reposita sunt. Si ue similitudinē illius diuini ingenii: Nescio inquit quare hoc eueniat: ut di sputatio tua: adeo similis sit Aristoteli: nam fortasse est: q; diuino es ingenio: ut & ille. aut fortasse: q; Aristotelica pdidicisti: quod magis existimo. Naꝫ & si uidebaris abhorrere a litteris græcis: tamen ex disputatione tua percepim⁹ te græca lectitasse. In eadeꝫ in curris uestigia: .i. eandem uiam sequeris.

Tum ille uerum inquit: Hic respondet Antonius ad id: quod in extrema oratione Catullus dixerat: uidelicet existimare se Antoniū a græcis accepisse: quæ de locis hactenus instituit: quod in disputando illis simillimus fuisset: cum presertim ipsum iam cognouerit græca multo magis didicisse: q̄ puta bant. Non negat autem Antonius: se ea didicisse: sed id dissimulatione qua dam egisse. & reddit rationem: q; huiusmodi doctrinæ opinio plurimum si bi obesset in causis agendis: qui scientia magis q̄ ueritate fretus uideretur: quare ego simulauerim me didicisse græca: hæc ratio est: q; existimaui semp apud populum romanum plus auctoritatis habere oratorem: qui nullam sci entiæ alicuius doctrinā ostenderet. & potissimum: qui se alienū a litteris græ cis esse simularet. Iocundiorem: Quantum ad gratiam. Probabilio rem: Quantum ad persuasionem. i. putat populo placere magis: : & plus au ctoritatis habere oratorem: Significationē: .i. uestigium. i. qui parū: uel nihil artis se didicisse ostenderet: ut non arte fretus: sed ueritate ad dicenduꝫ ueniisset. i. primo minimam significationem artis: deinde nullam græcarum litterarum tenere uideretur. Atq; ego idem: Videlicet: qui ita existimo oportere oratorem occultare se artem aliquā didicisse: & potissimū a græcis aliquid accepisse. Ego tamen existimaui: non hominis esse: sed pecudis: q cū

græcos doctores tanta policeri uideantur: eos uel dissimulanter audire nolit.

Et si eos. Sensus ē: quā uis īquit ab audiēdis græcis abstineas: ne apud ciues minus auctoritatis habeas: tamē hoc ipsum dissimulanter facere potes: quod ego me fecisse ꝓfiteor. Non admouere aurem: .i. non adhibere aurem: & attentionem. Susciperent: Aggrederentˇ. Profiterentur: Promitterent: suscipimus rogati: ꝓfitemus sponte: agimus: ꝓnunciando. Videndi res obscuriores: Quod est physicæ .i. naturalis philosophiæ: quæ rerū causas docet: quarum scientia obscurissima est. Et bene uiuendi: Quod ē ethicæ .i. moralis philosophiæ: quæ beneuiuendi præcepta tradit. Copiose dicendi: Quod ē logicæ .i. sermociocinalis philosophiæ: quæ disputādi rationez tradit: & his uerbis breuiter: & ꝓtransitum tria philosophiæ genera tetigit. physicam: ethicam: & logicam. Et si eos: Et non hominis: sed pecudis esse putaui: si noles eos aperte audire: id tamen dissimulanter facere: & ē sensus paulo antedictus. Subauscultando: .i. latenter audiendo. Excipere: Tractare: & captare: sicut in superiori ad ꝓtractandos hominū animos: & eorum mentes excipiendas. i. obseruandas: & captandas. Procul: Quasi aliud agas: tamen latenter audire quid dicant. Itaꝙ feci: Et ut aliis faciendum existimo: ita me ipsum fecisse cōfiteor. Sūmatim: Vniuersaliter.

Causas: & genera: .i. genera causarum. Valde hercle inquit: Hoc loco Catullus quasi subridens Antonio: Valde īquit mihi uideris Antoni græcorum hanc philosophiam aufugere: quasi scopulum: cum tamen fuerit a romanis non aliena: & aliquādo romæ uersata: pīsertim cum primum pythagoras samiꝰ in eam partem italiæ: quæ magna olim græcia appellata est: uenit: & deinde philosophi etiam a principibus nostris sedulo auditi: cum romā uenerunt: & tamen quasi neglecta fuerit dicis: ꝙ ea uideatur oratoribus nostris auctoritatem tollere. Valde hercle inquit: Per similitudinē loquitur: Ita uitasti philosophiam: quasi quendam scopulum libidinis: & est translatio a nautis. Illi enim q̄ maxime possunt: scopulum fugiunt: at si forte uis uentorum impulerit eos ita declināt: ne naufragium faciant. Libidinis: Ac si diceret circæum scopulumz. Appulisti: .i. applicuisti: & in translatione persistit. Nam appellere: applicare significat. Affr. appelle ad hanc molemz nauicularn. Tanquam adaliquem: .i. quemadmodū libidinem uitare debemꝰ: quasi scopulū: ita tu a philosophia declinasti. Nunq̄ aspernata est: Liptote est. i. maximo in honore habuit. Nam & referta: Et probat exemplis .s. romanos homines philosophiam in honore habuisse: adeo: ut Pythagoras ille samiꝰ philosophiaz docuisse memoretur: in ea parte: quæ magna græcia est appellata. Magna græcia pars est illa Italiæ: quæ Chalabrya dicit̄: ubi Pythagoras græcaꝝ litteraꝝ studia celebrasse fertur. Magna illa: .i. illa Italiæ pars: quæ magna græcia est appellata. Ex quo: Quia nullus extat unde Numa tantaz disciplinam accepisse uideri possit: Pythagore discipulū fuisse credunt: sed falluntur: quia Pompilius multis ante sæculis fuit: q̄ Pythagoras. Sæculuz triginta annoꝝ secūdum aliquos dicitur: ut cursus Saturni. Alii centum dicunt esse annorum: Sunt qui mille annos sæculum unū habere existimēt: Sed spaciū centum annorum hoc loco accipi debere. T. Liuius

ab urbe condita ostendit: quia dicit Pompilium ante Pythagoram ducentis ferme annis fuisse. Etiam maior fit: Hac de causa maiori quadam admiratione prosequi debemus Numam Pompiliũ: q̃ multis ante annis fuerit: q̃ pythagoras in Italiam uenerit. Hic enim ita romanam urbẽ instituit legib⁹: moribus: atq̃ institutis: ut nihil in eo defuisse uideatur eorum: quæ philosophi p̃cipiunt. Nam politicam multos ante annos inuenit: q̃ Pythagoras fuit. Hic Pythagoras interrogatus: quẽ se p̃fiteretur: primus philosophum se esse dixit. i. amatorem sapiẽtiæ. cum alii sophos se. i. sapientes appellarent. Cũ illo sapientiã: Politicam: Oeconomicam: & Monasticam. Et monastica q̃dez pertinet ad theoricam. i. ad uitam cõtemplatiuam. Oeconomia ad rei familiaris gubernandæ scientiã. Politica uero est scientia rei. p. admistrãdæ. Et certe non tulit: Idest extulit: edidit: & p̃tulit: ut magis affirmet romanos homines semper coluisse philosophiã. Dicit ex omnibus romanis principibus p̃stantiores fuisse. P. Africanum: &. C. Lælium: &. L. Furiuz: qui tantũ se dediderant philosophiæ: ut philosophos græcos secum semper haberent. Clariores: Illustriores. Grauiores: Sapientiores. Politiores: Ornatiores. Atq̃: Et hi etiam aliquãdo me presente narrarũt: & sibi: & cæteris principibus romanis feciſſe Athenienſium gratam legationẽ: in qua tres philosophorum illius ætatis p̃stantissimos misissent: uidelicz Carneadem: Critolaum: & Diogenem. Tres illius ciuitatis nobilissimos philosophos: Sic habz historia: uenisse hos tres philosophos Romam: & ibi non nihil temporis pmã sisse: multos auditores habuisse. De rebus maximis: Idest de reb⁹: quæ ad suæ ciuitatis statum pertinerent. Itaq̃:. Et ob eam rem: q̃ grata fuerat legatio huiusmodi principibus romanis frequenter auditi sunt. Quos tu cuz haberes Antonii. Nunc quasi cõcludit Catullus: cur mentionem philosophorum fecerit: qui ab Athenienſibus romam missi adeo uniuersæ ciuitati: & principibus p̃cipue grati fuerũt: ut frequenter eos: quoad romæ fuerint: libenter audiuerint. & nunc concludit. cum inquit tanti fuerint apud romanos: miror q̃ ita philosophiam insecteris quasi perpetuũ bellum tibi cum philosophis sit. Cum haberes: .i. habere posses. Minime inquit: Respondet Antonius Catullo: non ita illa dixisse: q̃ uituperet illam: sed non ita illã oportere oratorem discere: ut nihil omnino preterea requirat. Minime: Scilicet indixi bellum philosophiæ: ut dicis. Indixeris: Quasi philosophiæ hostis sis: ita eam insequi uideris: ut te Zeto pacuuiano cõparare possimus. Pacuuianus: .i. quem pacunius introducit aduersus philosophiaz: ubi cum fratre suo Amphione de musica disputare cœpisset: eius disputationis finis fuit: ut philosophiam uituperaret Zetus. sicut dicit Cicero in arte noua: ubi reprehẽdit eos: qui ita argumenta sua interdũt: ut in aliud q̃ in cœperint exeant: sicut illi duo fecerunt Zetus a pacuuio introductus: & Amphion eius frater. Minime: Respondet Antonius Catullo: dicens. non est ita Catulle: ut dicis. Non enim ego aduersor ita philosophiæ: ut ille: sed philosophandum ita esse constituo: ut mediocriter id faciam. Neoptolemus:

Hic ab Ennio introducitur dixisse non omnino philosophandũ. Idem ipe Cicero dicit in principio secundæ quæstionis tusculanæ. Neoptolemus q̃dez

apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse: sed paucis. & cætera. Paucis: Et non prolixius. Sed tamen: Videbam exposuisse inquit sententiam meam in superiori disputatione mea. Dixeram enim non cõtemnendam esse philosophiam: sed mediocrem illi operam esse dandam: & id quidem dissimulanter faciendum: ne si homines scirent nos philosophia esse ꝑditos: minus auctoritatis haberemus. Modo: .i. modo aliquo: & fine suscipiatur. i. non omne uitæ suæ tempus in hac discenda cõsumat orator. & hæc ratio ẽ: quia uelim moderatam esse operam: quæ ab oratoribus his studiis philosophiæ ꝛtenditur: ne hanc opinionẽ homines inducant: ipsos ita munitos esse studiis: ac doctrina philosophiæ: ut non magnope ueritatẽ sequi elaborent. Apud eos: qui res iudicent: Siue apud populũ: siue senatum. Imminuit: Vnũ ex altero sequitur: nam quanto minor est auctoritas dicentis: tanto etiam est minor orationis fides. Sed ut eo: Nũc redit ad ꝓpositum. i. ut ad argumentorum inuentionem redeamus: cuius causa philosophoꝝ facta ẽ mentio: uideamus philosophos pro diuersis eorum sectis: diuersas secutos fuisse rationes disputandi. & hic locus plene a philosophis tractatur: ad cuius intelligentiam: quædam nobis ꝑmittenda uidentur: pro re pauca: pro tempore certe satis. Nam rationem diserendi ꝑipathetici logicen uocant: quæ duo in se habet inueniendi: & iudicandi rationem. At uero stoici: de quibus nunc loquiꝫ: breuius: & angustius hanc rationem tractant. Nam de inuentione nihil laborantes: In iudicatione tantũmodo consistunt: de qua multa præcepta tradentes græco uocabulo dialecticen nuncuparũt. Plato etiam dialecticam uocat facultatem: quæ id: quod unum sit: in plura partiri possit: uelut solet genus per ipsas differentias: usq; ad extremas species separare: Iudiciũ autem in ratione colligendi proprias partes habet. Naꝫ omnis argumentatio: siue syllogismus ꝓpositionibus struitur: omne autem quod cõpositum est: duo in se continet contemplanda. unum: quæ sunt illa: ex quibus intelligitur id: quod compositum sit esse connexum: atq; ea: quæ multa sunt in unum genꝰ ratiõe colligere. alterum: quod est qua nam suaꝫ partiũ iunctura cõpositum sit. ut in pariete: si lapides tãtũmodo cõspicias: materiam spectas: at si ordinem: & compositionem consideres: iam non materiam: sed de formæ ratione discernis. Itẽ in argumentationibus: si ꝓpositionũ ipsaꝫ naturam consideres: hoc est materiam cõtemplari: at si non ꝓpositionũ naturam: sed ipsarum cõnexionẽ iudicare uolueris: tunc de forma omnis erit speculatio. sed in hac diserendi ratione: quæ in iudicio posita est: ꝓpriæ subministrantur regulæ: quas Analyticas appellant: & ea quidem: quæ de ꝓpositionibus uel ueris: & necessariis: uel ueriſimilib⁹: nel cauillatoris: & sophisticis considerat. analytice posterior dicitur. Quae uero de iunctura ipsarum ꝓpositionũ iudicat: ea analytice prior nuncupantur. Eo reuocet: .i. ad argumentorum ĩuentionem: unde declinauit oratio. i. cuius causa philosophoꝝ mentionem facimus. Ex tribus istis: Scilicet Critolao: Diogene: & Carneade. Diogenẽ: Stoicũ. Qui: Ratio diserendi uocatur: a peripatheticis logice: & ea ĩ se contĩet tã ĩuentionis: q̃ etiam iudicationis rationem. Nam stoici de ratione ĩueniendi nihil oĩo laborãt. Iniudicatione tantũmodo consistũt: de quibus nũc loquiꝫ. Quã:

Scilicꝫ rōnē iudicādi. Nā διαλεγομαι idē ē ꝙ disputo. Vnde διαλεκτικη

In hac arte: Scilicet dialectica: quam stoici docent. Si modo hæc ars: Quia nullam inueniendi rationē tradit: quod est ꝓprium artis. Sed tā tū modo: Tantūmodo in arte a Diogene tradita id cōtinetur: quō iudicare possimus de argumentatione ꝓpositionū. Nam & causæ: Et nunc īcipit ostendere quod dixi: uidelicet iudiciuꝫ in ratione colligendi proprias partes habere: quia syllogismus ꝓpositionibus: siue ueris: siue falsis struitur. ergo hic iudicat stoicus: an uera: an falsa sint: & de hac tantūmodo iudicatiōe artē tradit: quorum stoicoꝝ princeps fuit Diogenes. Omne quod eloquimur: Ideo dixit: quia omnis ꝓpositio: aut uera: aut falsa est. Et si simpliciter: Incipit nunc rationem dare: quomodo iudicent de ꝓpositionibus ueris: an falsis: an uerisimilibus. Si simpliciter: Vera: an falsa: si coniunctim: utrum necessaria: an probabilis: uel uerisimilis: an sophistica: & si quidem iudicet de propositione simplici uera sit: an falsa: de natura ipsiꝰ ꝓpositionis iudicant: & hoc analitice posticr: & resolutio dicitur: ꝙ si non de natura: sꝫ de cōiunctione: & iunctura prior dicetur. Et si cōiuncte: Quid sit simplici ter: & cōiuncte dici uidendum. nam dialectici simplicem enunciationē appellant categoricam: ut omnis homo est animal: Coniunctam uero nuncupant hypothēticaꝫ: quæ ex duabus: uel pluribus categoricis constat: ut si sol terrā illustrat: dies ē. Nam sol terram illustrat: una est categorica: altera uero: dies est. & sic utraꝙ dicitur græco sermone. Est autēꝫ Categorica propositio: quæ constat ex subiecto: & p̄dicato. Hypothetica ex duabus his: ut dictum ē: uel pluribus. Et si coniuncte elatum sit: .i. enunciatum: & declarat: ut adiuncta sint alia. Et uera: Dixit duplicem iudicandi esse rationem. unā: quæ materiā tantūmodo notat. i. naturam ipsaruꝫ propositionū diiudicat. & hæc est alia iudicandi ratio: quæ formam. i. iuncturam cōpositionem ꝙ cōsiderat.

Ad extremum suis acumībus: Propter tertium genus argumentorum: quod cauillatorium appellatur: & sophisticis magis argumentis applicatur.

Et quæ iam: Scilicet necessaria: quia ārgumentoruꝫ: quæ iudicanť: alia sunt necessaria: alia uerisimilia: alia uero cauillatoria: atꝙ sophistica. De ueris & falsis iudicat analitice posterior. De aliis omnino p̄termittendū esse uideť: quia expositā erit ratio de mediis: si uerorum: & falsoꝝ argumentoꝝ poterit haberi noticia. Media autem īter uera: & falsa sunt probabilia: quæ cognitis extremis notissima sunt. Sed etiam quibus ante exorsa: Sed inueniunt etiam argūenta: quæ primo exorsa genere: detexta differentiis: postea retexā tur. i. resoluantur per eadeꝫ: quæ exorsa fuerint. i. per genus: & differentias.

Exorsa: Inchoata. Detexta: Perfecta. Retexantur: Resoluanť: ac partiantur: usꝙ ad ultimas species: quaruꝫ rationem dialectica præstat: ut uerbi gratia: homo est animal rationale: & mortale: hoc iam diffinitum est: ut exorsum fuerit per genus: & detextum per differentias. Exorsum: ut homo ē aīal. Detextū suis differentiis: uidelicet rationale: iā cœpit detexere: nō dum tamen perfecte: quia etiā angelus est animal rationale. si addideris mortale: detexeris per differentias. Retexantur: .i. resoluantur per genus: & differentias: usꝙ ad ultīas species eius: ut animal rationale: & mortale homo.

Detexta: Translatio est a textore. Nam primo quidem telam ordit: Deinde exorsam texit. homo rationale animal: & mortale. quæ multa sunt resoluuntur per genus: ut animal: per differentias: ut rationale: & mortale: usq; ad speciem: ut homo. & quia hæc inter se cõueniunt: cognoscetur congrua cõpositio diffinitionis: & ideo uera. Hic nos igitur: Superius stoicoꝝ dicere cœpit consuetudinem: qui ita intendunt argumenta sua necessaria: ut dissolui non possint. Nũc igit̃: quãdoquidem inquit stoicoꝝ argumẽta eiusmõi sunt: ut nec ipsi quidem dissoluere possint: nihil oratori utilitatis afferunt. Naꝫ quæ orator agit: talia esse debẽt: ut ex utraq; parte de ipsis dici possint.

Non docet: .i. non docet me inuenire argumenta: sed tantum inuenta iudicare: nos autem non quærimus quomodo iudicemus: sed quomodo ipsa argumenta inueniamus. Idem: Scilicet stoicus. Impedit etiam: Idest non solum iuuat: sed etiam impedit: quia tolerabilius esset: si nõ iuuaret: nisi etiam impediret. Multa: Videlicet necessaria: quæ dissolui non possunt. primo igitur ĩpedit: quia indissolubilia ꝓponit: Deinde ꝙ utitur minutis argumentis: & quibusdam quasi punctis: quæ ab oratoris ornatu: & copia alienissima sunt. Liquidũ: Latum. Fusum: Plenum. Profluens: Abundans. Latum: Verbis. Plenum: Sententiis. Profluens: Idest abundans uerbis: & sententiis. utrũq; cõplectitur. Exile: Angustũ. Aridum: Inane. Concisum: atq; minutum: .i. imperfectum: cohibitum: & repressum: ut exire: & ꝓfluere non permittat. Id etiam Cicero declarat ẽ paradoxis. Quod dixi stoicos: uidelicet uti minutis quibusdam interrogatiunculis: ut uerbi gratia. Solum honestum bonum esse. uirtutem ad bene beateq; uiuendum satis esse. id quod ꝓponit: minutis interrogatiũculis: probat: honestum solum bonũ esse: cõtra eos: qui dicebant: nõ solũ honestũ bonum esse: sed etiam diuitias. An non diuitiæ inquiũt nocent habẽtibus. non igitur bonæ sunt. Eodem modo nũne formæ dignitas: ualitudo: uires corporis detrimento plerunq; sunt homini? igitur non bona. ꝙ si neq; formæ dignitas: neq; ualitudo: nec cætera: quæ bona esse uidentur: quia detrimẽto sũt bona sunt. mala igitur. Si mala sunt relinquit̃: ut uirtus animi omni fortunæ dominetur. In quo igitur ea est: illum tãtũmodo beate uiuere necesse est. his interrogatiũculis minimis: & quibusdam quasi punctis efficit: quod ꝓbare intendit stoicus. & hæc omnino ab oratore aliena sunt. Quod si quideꝫ probabit: .i. si quid probabile afferet: ita concludet: ut facile appareat esse ab oratore diuersuꝫ: neq; exornationibus conuenire: quibus oratio quibusdã quasi coloribus distinguitur. Hæc enim: Nunc per similitudinẽ ostẽdit: quod dixerat. Oratoria quidem argumẽta locupletiora: & copiosiora esse. at uero stoicorum concisa: & minuta: & ideo statera dicit examinari argumenta stoicorum: ut aurum: & argentum stante libra pensatur. Vnde etiam a stãdo dicta est. oratoria uero ponderari trutina sicuti res uulgatiores uergente ĩ alteram partem examine. Comparat igitur stoici iudiciũ stateræ: ꝙ exquisita sint ipsius argumenta: quibus nihil addi possit. Oratoris uero populari trutinæ: quæ ita nuncupatur: a trutinando. i. impellendo: & inclinãdo: cum aliqd ponderi iusto adiicitur: sicut argumentis oratoriis multa exornandi causa su

peraddere licet. Ad oblectandos animos: Tres illas partes ſuperius tracta tas breuiter tangit. Oblectandos: Cōciliandi cauſa. Impellendos: Mo uendi cauſa. Probanda: Docendi cauſa. Statera: Quia aurum:& ar gentum ſtante libra ponderatur. bilances enim æqualiter ſtant. Populari trutinæ: Videlicet ubi penſantur uiliora. Iſtam artem: .ſ.ſtoicorum.

Muta: Quaſi elinguis:quia nihil habet eloquētiæ. In iudicādis: qa tripliciter iudicaī:ut ſupra dixit:primo de forma:ſecūdo de materia: & hæc in tres partes diuiditur: in analyticam priorem: & poſteriorem: & mediam.

Artem: .ſ. dialecticā:quæ iudicandi rationem affert. Loquax: Dū genus per ſuas differentias uſq; ad extremas ſpecies partitur:& e diuerſo:col ligit: ut ſupra dictum eſt. Noſtro ſtudio: .ſ.oratorio. Erat enim: .ſ. ipſe Critolaus. Ab ipſo Ariſtotele: .i.a ſchola ipſi⁹ Ariſtotelis. Videor:

Vt ſupra dixit Catullus:diſputationem Antonii non ualde ab Ariſtotile ēē alienam:quem aut ingenio adæquaret:auc certe imitaretur: cum aliquando eius præcepta legiſſet. Illum librum: Quia adhuc extat ille liber Ariſto telis:ubi multa de arte poetica traduntur. Dicendi artem: Videliez rhe toricam artē:quam Iſocratis temporibus Athenis:& edidiſſe:& docuiſſe con ſtat. Et hos: Scilicet ſimiles proximæ ætatis. Magiſtros: Rhetores.

Germanos: .i.ſimiles docendi ſtudio:non autē ratione intelligendi.Naz ualde omnibus p̄ſtitit Ariſtoteles: Quia ille eadem acie: Quia eodem acu mine ingenii:quo rerum cauſas:atq; naturas intellexerit:eodem etiam dicen di artem:& rationem facile perſpexit. Qua acie: Quo acumine. Vim: Proprietatem. Natura: Quia nullus unq̄ philoſophus de rerum natu ra copioſius:atq; acutius ſcripſit: q̄ Ariſtoteles. Ille: Scilicet Diogenes.

Illi autem: .ſ.rhetores:qui omiſſa philoſophia:tantūmodo artem ſecuti ſūt in hac dicēdi exercitatiōe pl⁹ uerſati ſūt: q̄ Ariſtoteles:ſz nō eadē pruden tia:ut ille.Neq; enī eū ingenio adæquare potuerūt. Vſu: .i.exercitatione maiori:q̄ Ariſtoteles:quia philoſophiā magis ſecut⁹ eſt:ſed eloquētiā quoq;: Vt Cicero ait.Veniet enī orationis aureum flumē fundēs Ariſtoteles. Car neadis uero: Sed ſi de Carneade loquimur:negare non poſſumus habuiſſe illum mirum quoddam dicendi genus. Varietas: Ideſt copia multarum rerum.& eſt mira laus de Carneadis eloquentia. Qui nullam unq̄: Ideſt quācunq; rem defendere ſuſcepit: pbauit. Oppugnauit: .i.nulli rei unq̄ cōtradixit:quin uicerit. Sed hæc maius: .i.quantum dicendo cōſequeba tur Carneades:maius quoddam eſt:q̄ ut nulla arte conſequi poſſimus. ac ſi diceret:illud Carneadi non ars:ſed diuinum qnoddam ingeniū ſubminiſtra bat. Ego autem: Senſus eſt.Non omnibus cōceditur: quātum dicendo Carneades ualebat. ego autem ſi inſtituendus ſit orator: hunc ſi rudis eſſet rhetoribus.ſi eruditus:oratoribus traderem. Si quem: Ideſt ſi inſtituen dus ē orator:q plane ſit ſine eruditione aliqua. Aſſiduis tūdentib⁹: Trāſ latio a fabris ferrariis:quorum unus labor eſt die nocteq; eandem incudē tū dere:quēadmodum oratoruz una eſt exercitatio: eadem ſemper præcepta tra dere. Diem noctemq;: Honeſtior eſt locutio:q̄ ſi dixiſſet:die nctuq;. di cendum enim eſt.aut dies:atq; noctes.ut noctes:atq; dies patet atri ianua di

tes:aut die noctęq;.non autē die noctuq;:ut Nocte die tutū carpe uiator iter.

Qui omnes particulas:atq; omnia manſa: Metaphorice dictum eſt.i.qui omnes locos particulariter docent:uidelicet cōſtitutionibus ſuos cuiq; ſubiici endo. Manſa: Tranſlationem reſpicit infantem nutrientis: quæ cibum primo quidem mandit:manſum deinde infantis admouet ori.Sic etiā rhetores eiuſmodi faciunt:qui uulgo hanc artem tradunt:primo quidem locos cōſtitutionibus diſtribuunt:Diſtributos deinde pueris proponunt diſcendis.

Manſa: Ideſt cibos.Et manſa ꝓprie cibum ſignificat comeſtuꝫ:quod pueris datur a mandēdo. Is: .i.talis:qui inſtituendus ſit orator. Si uero ſit: Dixit de rudi:Nūc uero de perito. Liberalitet inſtitutus: Ideſt doctrina præditus:ut liberum quemq; decet:& īgenuum adoleſcentem.Ita.n. apud maiores educabantur ingenui: ut in omni genere litteraꝝ exercerent̄.

Aliquo imbutus uſu: Ideſt qui uideatut iam aliqua exercitatione uale re. Acri: .i.ſatis acuto:uehementi:& ꝓuido ingenio:ut una cum doctrīa ingenium etiam habeat egregium. Illuc: Scilicet ad peritiſſimum oratorem:& non ad rhetorem. Rapiam: .i.raptim ducam ſine intermiſſione aliqua. Illuc: Sci icet ad oratorem. Secluſus: Alia metapl ora.i. non teneatur ſeparatꝰ:& diſtrictꝰ intra fines ſuos cuiuſq; generis:uel cōſtitutionis.

Aquula: .i.locis illis: ſuæ quibuſq; cōſtitutioni diſtributis:& diminuti uo uſus eſt.Nam ut aquula diminutionē ſignificat: ità etiam īminutā oſtēdit eſſe doctrinā eorum:qui ſuos cuiq; locos conſtitutioni ſubiiciunt. Flumen: .i.rerum omnium genera: quæ ex ipſis locis uniuerſaliter propoſitis ſumi poſſunt. Erumpat: Exeat. Sedes: .i.locos. Nam ſicut a Boetio diffinitur:Locus eſt ſedes:& domiciliū argumentoꝝ. Breuiter: Scilicꝫ recenſendo. Verbis: Scilicet explicando:& exponendo.

QVID ENIM. Poſtq̄ oſtendit:quid ſibi faciendū uideatur Antoniꝰ:Nūc quemadmodum id fieri debeat:oſtendere pergit.Et eſt caput octauū: in quo docetur:nihil aliud:niſi qui loci ſumendi ſunt ad inſtituendum oratorem:& ad confirmandam cauſam.Et notandum eſt:hos locos non ſolum rhetoricos eſſe:uerum etiam dialecticos.& ſi uſu:& materia:& fine rhetorica diſtet a dialectica: tamen his locis utraq; ars utitur:ut hoc loco oſtendit.& Quintilianꝰ etiam docet. Quid enim? Vere inq̄ omnes loci ſunt demonſtrādi:ſed inter locos:& loca:hoc intereſt: quia loci ſedes argumentoꝝ ſunt.loca uero: ubi locatur aliquid.quāq̄ etiam locos dicamus in eodem ſignificato.Et tamen loci ideo appellati ſunt: ꝙ ī his locata ſunt argumenta. Hæreat: Dubitet: cum propoſita cauſa ad dicendum uenerit. Omne quod ſumatur: Ideſt omnia argumenta:quæ uel ꝓbandi:uel refellendi cauſa ſumuntur.probādi .ſ.cauſam noſtram.refellendi:aduerſariorū.Idem in Topicis Cicero dicit:ſed alio modo.Ex omnibus locis: in quibus incluſa ſunt argumenta: alii in eo de quo agitur:inhærent.alii extrinſecus ſumuntur. in eo:de quo agitur: ex toto:ex parte:ex nota:& ex his:quæ affecta ſunt ad id:de quo agitur. extrinſecus quæ ſunt:longeq; diſiūcta ſunt.ſed q̄uis aliis uſus ſit uerbis: tamen idē eſt ſenſus:ſumuntur ex his locis:qui in eo:de quo agitur ihærent. Et ſua ui: .i. ita ſumunt̄:aut ex toto per diffinitionem. ex parte per enumeratio

nem.& ex nota per uocabuli interpretationem. Toto: Idest cum ex toto sumitur argumentum.a diffinitione. Pars: Cum a parte sumitur per enumerationē. Aut quippiam: .s.ex his:quæ quodam modo affecta sunt ad id:de quo agitur. Attingat: Idest cum argumenta sumuntur ex affectibus.i.quæ adiuncta sunt negocio. Extrinsecus: Idest ex his locis: quæ absunt:& longe disiuncta sunt.& tamen uim maximam afferant ad probandum:ut exemplis ꝓbabiť. per maiꝰ:per minus:per æque magnū.& cætera.

Ex toto: Per diffinitionem. Si res tota: .i.si ex toto sumunť argumenta per diffinitionem.Vt qui defendit.C.Norbanum reum concitati aduersus Cepionem populi: Ita finget diffinitionem.Maiestatem læsit Norbanus.Nam populum aduersus Cepionem cōcitauit.Respondet: non læsit ipe: immo Cepio. Nam qui exercitum populi romani amisit læsit maiestatem: non autē Norbanus:aut populus:qui dolorem suum ultus est. Sed ita diffinienda est maiestas: prout causæ eius ꝓdest:qui Norbanum defendit:& hoc sequitur præcepta:quæ superiꝰ tradidit Antonius:uidelicet non finitā quæstionem prius esse cōsiderandam:sed infinitam. Infinitum enim est:quod dicit hoc loco. is maiestatem lædit: qui amplitudinē: ac dignitatē ciuitatis minuit.Nam maiestas est amplitudo: & dignitas ciuitatis: ergo qui amplitudinē:& dignitatem ciuitatis minuit:is maiestatem lædit. & uniuersaliter quæstionem cōsiderat: nō circuustantiis ullis implicitam. Probandum: Quātum ad confirmationem. Refellendum: Ad cōfutationē. Vi: .i. uirtute. Natura: Proprietate. Foris: Extrinsecus: ideo aīaduertendū locos istos diligenter memoriæ mandandos:quibus uidemus quantum utilitatis inesse dicat Antoniꝰ. Quæ sit tota: Ex diffinitiōe iptius rei. Aut pars eius: .i.per enumerationem cū enumeratis partibus: quibus aliquid fieri possit cæteræ tollunť una relinquitur:quam probare intendimus. Vocabulum: .i.cum sumitur ex ipsa interpretatione uocabuli. Quod attīgat: Cum argumentum sumitur non ex cōiunctis negocio:sed ex adiūctis: quæ autē adiuncta sint:uel cōiuncta.ipse infra declarat. Extrinsecus: .s. sumitur argumentum. Cum ea:quæ sunt foris: Idest cum argumentuꝫ sumitur ab his rebus: quæ intelligi possunt ab ipso negocio separata. In rei natura: .i. in rei ꝓprietate. Si res tota: Nunc per exempla declarat: quod ꝓposuit de locis. ꝓpositio.si maiestas est amplitudo ciuitatis:is eam minuit:qui exercitum populo.ro.amisit.Hoc autēꝫ Cepio fecit: ergo ipse maiestatem minuit.Sed.C.Norbanus eum:qui maiestateꝫ læserat :sub populi potestate constituit:igitur maiestatem non læsit:sed cum:qui læsit puniēdū curauit.& est argnmentum ex toto per diffinitionem sumptum. Sed in partitione: Exemplum ex diffinitione clarum est:ut apparuit. hoc exꝑtitione obscurius uidetur.est autēꝫ huiusmodi argumentum: quod sumitur ex parte:sumitur per enumerationeꝫ:quæritur:qua ratione potissimum:saluti rei publicæ cōsulatur.Ratio cōsulendi triplex esse potest: aut ex senatꝰ cōsulto: aut ex alio instituto:aut ex semetipo.Nouū instituere arrogantis .i. superbi fuisset. ex se ipso sumere temerarii.Ergo fuit ex senatus cōsulto sumendumꝫ.

Instituendum: Idest inchoandum. Aut sua sponte: Idest eius:qui cō

ſulere uolebat.nunc tollit reliqua omnia:& quod intendit efficit. Igitur:
Quandoquidem:& aliud ſuperbum:& aliud temerarium fuit: relinquit: ut a ſenatus conſulto rei publicæ cõſulendi ratio ſumenda fuerit. Ex uocabulo: Ideſt interptatione uocabuli.Nam.L.Opimius conſul.C.Gracchũ occidit.Conſul dicitur eo ꝙ rei.p.cõſulat:Sed hic Opimius ĩterficiẽdo Gracchũ rei.p.conſuluit:ergo recte fecit. Nam quod conſulis erat officio functus eſt. Sin ab eo: Hactenus de his:quæ ex ſua ui:ac natura ſumunt: hoc eſt: quæ in eo ipſo:de quo agitur:inhærent:uidelicet ex toto:ex partitione:& ex nota.Nunc de his:quæ rem illam attingunt:de qua agitur:hoc eſt: quæ ad ipſam affecta ſunt.Et hæc in plures diuiduntur partes: quẽadmodum in ipa Ciceronis littera uidere licet. Sin: A ſuperiori littera pẽdet. Sedes: .i. loci:ex quibus argumenta ſumũtur. Nam & cõiuncta: Alio nomine coniugata dicuntur:ſunt autem quæ ex eiuſdẽ generis uerbis ducũtur.i.. quæ ab uno uerbo in diuerſa cõmutantur: ut ſapiens:ſapientis:ſapiẽtia συζευγα græce:hoc eſt coniugata nuncupantur. Partes: Alio nomine formæ: ſeu ſpecies dicuntur.Naꝫ hoc:quod dixi a partibus ſumi ſignificat a ſpecie: quæ ſubiecta eſt generi:quia ſpecies ſequitur ſemper ſuum genus. Et ſimilitudines: A ſimili:& a diſſimili:& a differentiis. Cauſas: Videlicet cum argumentum ſumitur ex cauſis:unde effectus. Ex effectis: Vnde cauſæ noſcuntur. Paria: : Aeque magna. Maiora: A minori ad maiꝰ. Ex cõiunctis: Nunc incipit exempla ſuæ cuiꝙ parti ſubiicere:ut ꝓpterea planius intelligantur:quomodo ſumũtur argumenta.Et primo ex coiunctis uidelicet ex uerbis eiuſdem generis:quæ ab uno orta: in diuerſa cõmutantur.ut quia pie lugẽt Metellus:pius eſt. Nam ab eo ꝙ eſt pius oritur pie:& pietas: cui plurima laus tribuenda eſt. Ex genere: Ratio huius argumenti eſt: quod ſpecies a genere: quoad ſuum nomen retinet: ſeparari non poteſt.tribunatus genus retinet ſuum.ut magiſtratus ſit. ſi magiſtratus omnis in ſenatus auctoritate eſſe debet: tribunus paruit ſenatui: ergo functus eſt officio ſuo. Quid Norbanum: Tribunatus: ptura:conſulatus:cenſura: ædilitas: hæc omnia ſunt ſpecies magiſtratus. Sed Norbanus Tribunus .pl. erat:cum ex ſenatus cõſulto cõtionem habuit. Cuius? Quali dicat:accuſari non debet:quando id quod ſui officii ẽ feciſſe cõprobatur. Ex parte:
Ex genere docuit:nunc ex ſpecie.Ex parte: Hic ſciendum eſt: quia aliud ẽ partem ſumere:ſicut eſt pars totiꝰ:aliud ſicut eſt pecies generis:ut ſi dicamꝰ tectum:fũdamentũ:parietes:partes eſſe domus.alio modo dicemus partes generi ſubiectas. Si omnes: Hoc argumentum ſumi uidet ex genere:cum dicimꝰ.ſi omnes:qui rei publicæ conſulũt:chari nobis eſſe debent.ſumit autem a ſpecie:quod planius intelligi poteſt: ſi ſpecies in ſuas partes diuiditur: quod interdũ fieri ſolet:ut uerbi gratia:ſi ita diuidamus.hominũ alii rei.p. cõſulũt:alii non cõſulũt.nemo dubitat:quin hominũ ſit ſpecies:ex quarũ partibꝰ alteꝛ ſumit atgumẽtũ . Omnes autẽ:q rei publicæ cõſulũt:nobis chari eſſe debent:atq imparores rei publicæ conſulũt: ergo nobis chari eſſe debẽt: quoꝛ cõſilio:& ope patriæ ſalus defenditur. nam hæc ꝓpoſitio:omnis homo mendax:uniuerſalis eſt.At uero:homo mendax eſt:indiffinita dicit, & tamẽ

utraq; ſpeciem continet.illa uniuerſaliter:hæc indiffinite. Quare ſi dixeris: omnis homo mendax:igitur mercator mendax eſt: argumentū a ſpecie ſumptum erit.Pari ratione:hoc Ciceronis argumentū nō ex genere: ſed ex ſpecie ſumitur. Ex ſimilitudine: .i.hoc exemplum ſimilitudinis: quod a Cicerone ponitur:per ſe patet:& perſpicuum eſt:ſi liberos ſuos feræ diligunt:a ſimili nos quoq; liberis noſtris indulgentes eſſe debemus.Si feræ:quib⁹ non eſt innata humanitas:ita partus ſuos diligunt: nobis quoq; liberi noſtri curæ eſſe debent. Ex diſſimilitudine: Hic attendendum eſt:quomodo locus a contrario: alius ſit a loco a diſſimili:ne forte exiſtimetur unum: & eundem locum eſſe.eos autem diſcernere alterū ab altero facile erit.ſi intelligitur aliud eſſe differens:& aliud eſſe contrariū:ut in his ipſis argumētis conſilia Barbarorum:& cōſilia noſtra cōtraria non ſunt:utraq; enim tempus reſpiciūt: Contraria uero ſunt:in quibus nihil oīo ſimile inuenitur. Differunt autē: quia barbarorū conſilia diem:noſtra uero ſempiternū tempus ſpectant. cōtraria uero non ita.nam omnino oppoſita ſunt:ut ſalus:& pnicies. album: & nigrum. bonum:& malum. In diem uiuere: Hoc eſt uiuendi rationē diurnam habere. Atq; utroq;: Quomō ſumitur exemplū ſimilitudinis:& diſſimilitudinis:ſumitur ex factis alioꝝ: & dictis:aut etiam euentis:& nōnunq; ex ficta enunciatione:uel narratione:ut uerbi gratia.Si hoc ille dixit: & nos idem dicere poſſumus:& ſi ille hoc fecit: nos quoq; tale quoddā facere poſſumus. Ex ficta narratione: Non eſt aſſentationibus credendum. naꝫ quia Coruus Vulpi credidit:caſeuꝫ perdidit:igitur non eſt aſſentationibus credēdum. In utroq;: .i.ſimilitudinis:& diſſimilitudinis. Ex cōtrario: .i. quod paulo ante dicebam: locum a contrario: alium eſſe a loco a diſſimili.

Ex conſequentibus: Locus hic:qui dicitur ex cōſequentibus ad cōiecturales cauſas:quæ in iudicio tractantur:plurimum ualet. ſed hoc aīaduertendū eſt:quia locus ex cōſequentibus cōuenit loco ex cōtinetib⁹:cum ipſo negocio in ea quidem parte:Vbi quæritur quid ante rem:quid in re:& quid poſt rē: actum:factum ue fuerit:& cauſa p̄ quaꝫ:& cur fecerit. Si & ferro ille: Argumentum hoc ſumitur a conſequenti:ex eo q̄ re tranſacta euenit.hoc autē re tranſacta conſequi ſolet:ut appareat:qua quis morte interierit: & quis īterfector fuerit:an cruento gladio forte in eo loco dep̄henſus ſit: in quo cōmiſſum ſit maleficiū. Inimicus: Ex cauſa impulſiua:quia inimicus. Gladio: Poſt rem geſtam. In ipſo loco: Vbi occiſus eſt: & hoc quoq; poſt geſtum negocium. Et cauſa nemini: Hoc autem: ex cauſa ratiocinatiua ex cōparabili ſumi poteſt argumentū:cum oſtendimus nemini niſi reo cōmodū fuiſſe. Et tu ne ſemper: Hoc ſumitur ex probabili de uita: cum tale aliquid a reo factum habuiſſe oſtendimus: ut in ſuperiori tempore alium occidiſti. Quid: Conſequens oſtenditur eiuſmodi: in quo hæc omnia ſupra memorata fuerīt ab eo crimen non abeſſe. Ex cōſentaneis: Hic locus:qui dicitur ex conſentaneis:a ſuperiori diuerſus eſt:qui a cōſequētibus dicit̄. Nā cōſequentia non ſemper eueniunt:hæc de quibus nunc ſub uocabulo cōſentaneorum loquitur ſemper eueniūt.Item p̄currentia: quæ antecedentia dicūt̄: & repugnantia ſemper uera ſunt. nam quod quāq; rem ſequit̄: id cum ipſa

re cohæreat neceſſe eſt. Rurſus quod alicui rei repugnat eiuſmodi ẽ: ut cohæ rere non poſſit. Cum igitur locus hic. tripartito diſtribuitur in cõſecutionẽ: in anteceſſionem: & repugnationem. Argumenti quidem ĩueniendi ſimplex ratio eſt. tractandi uero triplex: ut uerbi gratia in exemplo Ciceronis: cum ſumpſeris Carbonẽ non iccirco eſſe bonum: quia. L. Opimium defendit: cuꝫ ſuperiori tempore alia mẽte fuerit nihil differt: ſiue argumẽtatus fueris. Si. T. Gracchi mortem ſæpius deploraſti: & tamen. L. Opimium defendiſti: con ſequens eſt. ut bonus non ſis. ſiue hoc modo: ſi nõ fuiſti ſocius necis. p. affrica ni: quia. L. Opimiũ defendiſti: bonus es. Atq ſocius fuiſti necis affricani: igi tur nõ bonus. Tertius item modus tractandi nihil differt a ſuperioribus: nõ ſi ſemper a bonis diſſenſiſti: quia. L. opimiũ defendiſti: bonus es: atq a bonis ſemper diſcenſiſti: non igitur bonus. hoc poſtremũ ſumitur a repugnantibꝫ. repugnat enim bonum eſſe: & diſſentire a bonis. Illud: ſi non fuiſti. P. Affri cani necis ſocius: quia. L. opimium defendiſti: bonus es: At. P. Affricani necis ſocius fuiſti: igitur non bonns. ſumitur ab antecedẽtibus: quia antecedit: ut ut ſocius fueris necis. P. Affricani: ex hoc ſequitur: ut nõ ſis bonus. At ubi di citur. Si. T. Gracchi mortem deploraſti: nõ ideo bonus putandus es: quia. L. Opimium defendiſti: ab conſequentibus eſt. cõſequentia enim ſunt. T. Grac chi mortem deploraſſe: & eundem: non ideo bonum eſſe: quia. L. opimiũ de fenderit. Quod legem in tribunatu tuliſti: Legem. ſ. agrariam: ex quo apparet a bonis diſſenſiſſe. Ex cauſis autem. Hic ſcire debemus: ut lo cus hic plenius ĩtelligatur. Cauſaꝫ duo genera eſſe. unum: quod ex ui ac na tura ſua: id quod ſibi ſubiectũ eſt: efficit: ut ignis naturaliter ardet: ergo effe ctus ignis: eſt ardere. alteꝫ quod uon efficit naturaliter: quod ſibi ſubiectum ſit: ſed ſine quo aliquid effici non poteſt: quẽadmodum æs ſtatuæ cauſam di cimus: non q̃ faciat: ſed ſine quo ſtatua effici non poteſt: hoc autẽꝫ Ciceronis exemplum ex ſuperiori genere ſumitur. Nam luxuriæ natura eſt: ut pariat auaritiam: & quã q̃ auaritia: & luxuria: inter ſe cõtraria eſſe uideantur: tamẽ unum ex altero ſequitur. qui enim luxurioſus eſt: multas pecunias cõparet neceſſe eſt: ut luxuriæ ſufficere poſſit: & ideo qui luxuria laborat: auaritia la boret neceſſe eſt. alioquin pecunias habere non poterit: quas luxuriæ ſuppedi tet. Ex his: Videlicet ab effectis: qui naſcuntur ex cauſis: qui locus mirã dicendi copiam ſuggerit oratoribus: poetis: philoſophis: cum denunciant qd ex qua re futuꝫ ſit. ut in hoc exemplo Ciceronis. Si ærrarii copiis: Ecce effectus ſi uectigalibus ſeruitum fuerit: quis effectus erit? ærrarii copiæ effi cientur magnæ: quibus & ad belli adiumenta: & ad patriæ ornamẽta uſus ẽ: & hic locus cum ſuperiori cõiunctus eſt. Cognitio enim cauſaꝝ: & effectus: cõ iuncti ſunt: qa cauſa ſine effectu: & effectꝰ ſine cauſa eſſe nõ poteſt. & ideo hos locos diligenter tenere debemus. Vectigalibus ſeruiendum: Ideſt danda eſt opera uectigalibus. Vectigalia ſunt tributa: quæ ex uectura pendunt: unde etiam a uehendo uectigalia dicuntur: cum ex fundis fruges in urbem uehũtur. Sed eius ſignificatio latius patet: & ſicut Cicero in oratione p. Cn. Pompeio dicit. Vectigalia ſunt rei publicæ nerui. Maiora etiam: Horuꝫ uis conſiſtit in cõparatione maiorum: minorũ: & pariũ. In his autẽ ſpectatur

numerus:ſpecies:uis:& quæ habent ad aliquas res affectionem.numerus. ut plura bona anteponenda ſunt paucioribus:& e contra: pauciora mala antepo nenda ſunt pluribus.Maiora anteponenda ſunt minoribus:rara uulgaribus: & quæ eiuſmodi ſunt. Specie: Vt ſi anteponuntur ea:quæ propter ſe ex pectuntur:his:quæ propter aliud:neceſſaria non neceſſariis:quæ īnata ſunt: & inſita externis:& aduenticiis:animata in animis.artificialia:non artificiali bus.& cætera id genus. Vis: Ita comparatur cauſa efficiens grauior eſt: q̄ non efficiens. quæ ſe ipſis contenta ſunt anteponuntur his: quæ alio indi gent:ſtabilia: inſtabilibus. Certa:incertis:Ideſt quæ eripi non poſſunt his: quæ eripi poſſunt.quæ gratiora ſunt minus gratis. quæq; pluribus lauda ta:quæq; optimo cuiq; probata ſunt. A pari uero cōparatio:neq; elationem: neq; ſumiſſionem habet: & multa ſunt: quæ ex paribus comparantur: ſed omnia eodem modo concluduntur:ut hoc: ſi æqua in laude ponendum: & qui auxilio adiuuant ciues:& qui conſilio:ergo pari gloria eſſe debent:& qui conſulunt:& qui defendunt. Ex maiori ſic. Hoc quidem eorum eſt:quæ propter ſe expetuntur: uidelicet:quæ conſiderantur propter ſpeciem ſuam: quia ſpecie comparantur:ut dixi:quæ propter ſe:aut propter aliud expetun tur. Si bona æſtimatio: Nam omnis uirtus propter ſe: cætera uero pro pter aliud expetuntur.ergo ſi diuitiæ tantopere expetuntur: quanto magis gloria:quæ in bona æſtimatione cōſiſtit expeti debet. Ex minore: Teren tii exemplum Pamphili eſt: qui lugebat mortem Chriſidis. Pater eius: cum eum lugentem uidiſſet:his uerbis uſus eſt.quia non nihil domi huius chriſi dis:cum ſuis æqualibus uerſatus eſt:ideo mortem eius tanto dolore proſequi tur.Sed ſi amaſſet Chryſidē:quanto magis lugeret. argumentum a minori ſumitur: quid ſi ego inquit obiero:quanto maiori dolore afficietur ex fune re meo? Ex pari: Vt etiam ſupra diximus:uidelicet ſi in æqua laude po nitur:& auxilio adiuuare ciues:& conſilio pari gloria eſſe debet: & qui adiu uat:& qui conſulit.hoc quoq; Cicerois ſimile eſt. Eripere: Scilicet pecuni am: In pari culpa ponendus eſt: & qui depeculatur.i. qui publicam pecuni am ſurripit:& qui in populo cōtra rem publicam largitionem facit:ſi uterq; in pari eſt culpa:ſequitur utrunq; parem reprehenſionem mereri. Foris au tē. Modo de locis tractare incipit:quæ ſumuntur extrinſecus.i.quæ nō tra buntur ex ipſa re: de qua agitur:ſed extrinſecus. hæc autem argumenta ab auctoritate trabuntur.Nam græci tales argumētationes ἀτεχνους.i.artis ex pertes uocant:ut in Ciceronis eſt exemplo.Nam exemplum primum:& terti um ſumitur ex auctoritate naturæ:ſed illud ſcripti:hoc perſonæ. ſecundum ex auctoritate temporis.Nam duo ſunt:quæ auctoritatem aufferre poſſunt: natura:& tēpus.Naturæ autem auctoritas eſt in uirtutæ.Tēporis uero mem bra multa ſunt:ut ætas:opes:neceſſitas:uſus.Sed quia exemplum Ciceronis ab ea parte eſt:quæ neceſſitas dicit. uidendū eſt igit:quō ea cōſideret. Nam aut ab animis:aut a corporib9 ē.Ab animis:ut a dolore:a cupiditate: ab ira: & metu.A corporib9:ut a uerberib9:a tormentis:a crutiatib9:ab igne: & fer ro:ſicut Ciceronis exemplo dēbendit.Quæſtio enim habet tunc: cū tormē tis:& cruciatibus ueritas exquirit. Hoc uer eſt .ſ.eſt quod dicimus iudi

tes ab auctoritate ſumitur. Nam Luctatius iuris conſultus ita dixit. Hoc falſum: Sumptum eſt a neceſſitate. i. ab ea parte temporis: quæ neceſſitas dicitur. Falſuꝫ eſt hoc. Nam de eo quæſtio habita eſt: & nullis cruciatibus: & nullis tormentis adduci potuit: ut fatereť. Hoc ſequi neceſſe eſt. recitato enim tabulas: Ab auctoritate naturæ. i. a ſcripto ſumitur. i. a tabulis. De quo genere: Videlicet cum oſtenderet eſſe quoſdam locos: qui ſimul cũ cauſa ad oratorem uenirent. argumenta: quæ ſumuntur a tabulis: a quæſtionibus: a teſtibus: hæc non ĩueniunť ab oratore: ſed ſua ſponte occurrunt. Vt breuiſſime: Vere quidem. nam ſicut in expoſitione pcuurrimus: multa dici oportuit. Hæc: Scilicet argumenta: quæ ex locis ſumunť: reddit cauſaꝫ cur hoc fecerit. Vt enim: Hac ſimilitudine dicit ſe recte feciſſe: ꝙ has ſedes argumentoꝝ: q̃ breuiter potuit expoſuit. ut ſi cui oſtendere uellem aurũ defoſſum: ſatis eſſet oſtendere regionem. in qua lateret: ita ſatis fuit oſtendere tantuꝫ ſigna: ex quibus argumenta ſumi poſſent. Signa: & notas: Idẽ fere ſignificat: niſi ꝙ notæ reꝫ ipſam diſtinguũt oſtendẽdo. Multifariaꝫ: Ideſt diuerſis locis recondita. Paruo labore: .ſ. excogitandi. Nullo labore: .ſ. exquirendi. Eruũť: Ideſt extrahuntur: & excutiũtur. Q d aut argumentoꝝ: Illud repetit: quod ſuperius dixit: non eſſe oratoruꝫ ſuæ cuiꝙ cõſtitutioni ꝓpria ſubiicere: ſed rhetoꝝ potius: q pueros inſtruũt. Ex quiſite: .i. diligentis. Generis: .i. cuiꝙ conſtitutioni cauſaruꝫ. Neꝙ enim. Et ideo non ſit admirandum: ſi nos ita diſtribuere noluimus: ut ſuos cuiꝙ conſtitutioni ſubiicerem⁹. Sed diſputamus hæc: ut oſtendam⁹: quid nos facere cõſueuerimus. Vſus: .i. conſuetudinis. His igitur locis: Propoſitis argumentoꝝ locis omnib⁹ Cicero uunc oſtendit: quid utilitatis afferãt: ſi quis eos diligentius mente cõprehendere: & comprehenſos ſtudioſe: ptracta re uoluerit. Dicit enim id utilitatis conſecutuꝝ eſſe oratorem: ut quaꝙ de re dicendum fuerit inſtructiſſimus ſit ad argumentandũ: & refellendũ. Deĩde dicit uariam eſſe tractandoꝝ argumentoꝝ rationem: nec ſatis eſſe locos ipſos diligenter tenuiſſe: niſi etiam tractandi quandã rationẽ habuerit: ut Cicero ipſe ſubiunxit. His: Supra memoratis. Mente: Memoria. Cogitatione: Premeditatione. Defixis: Vt firmiter inhæreant. In omni re ad dicendũ: .i. in omni quæſtione ſiue finita: ſiue infinita eſt. i. theſis: & hypotheſis: ut ſæpius dictum eſt. Excitatis: .i. adhibitis. Nihil erit: .i. nihil eſt quod ad confirmandam rem pertineat: quæ ad dicendũ ꝓpoſita fuerit ſiue finita: ſiue infinita erit: quod non orator facile inueniat: ſiue confirmandum: ſiue refellendum fuerit aliquid. Non modo: .i. non modo in cauſis ciuilibus: ubi de iure agiť: ſed omnino nihil erit: quod non orator facile inueniat: ſiue confirmandũ: ſiue refellendũ quid fuerit: id eſt: quod ſuperius dixi: in omni re. i. quæſtione addicendũ poſita. Si uero aſſequať: Sed ſi argumentis adhibita fuerit opinio probitatis: tum uero facile omnia: quæ uoluerit cõſequeť. Nam id tetigit hoc loco Cicero: quod in ipſius oratoris diffinitione ꝓcipiť. ſ. oratorem eſſe uiꝝ bonum dicendi peritum: ars facit oratorem dicendi peritum. Bonitas auteꝫ addit auctoritatem. Si uero ut talis: Ideſt ut uideatur bonus. Nam id eſt: quod auctoritatem facit: quæ ad per

ſuadendum plurimum ualet: qui finis eſt oratoris. Cum enim ſemel bonitatis opinio facta fuerit auditoribus: quicquid orator dixerit: etiã ſi non recte dixerit: tamen recte dictum eſſe ab ipſis exiſtimabitur: ſicut etiam e contrario: Si quis ſemel orator malus habitus fuerit: nunq̃ deinde auditores induci poterunt: ut uerbis eius fidem adhibeant. Et animos eorũ ita afficiat: Ideſt quãcunq; uoluerit affectiõem animis auditorũ īmittat: ſiue doloris: ſiue miſericordiæ: ſiue odii: ſiue beniuolentiæ. Trahere: Conciliando ad beniuolẽtiam. nam trahi potius uidetur auditorũ animus: q̃ cogi: ut nobis beniuolus efficiatur. Rapere: Mouendo: & ad odium concitando. Nihil ꝓterea: Ideſt præter argumẽtorũ inuentionẽ ad docendum: præter bonitatis opinionem ad mouendum nihil omnino requiret. tunc enim perfectus erit orator: cum omnia ſupramemorata plene tenuerit. Iam illud: Nunc aliud præcipit: quod neceſſarium erat: ne forte orator exiſtimaret ſatis eſſe: ſi locorũ cognitionem haberet ſimplicem. Nam id multo magis inquit laborandum ẽt ut argumenta: quæ ſumuntur ex locis uariæ tractare poſſit. id quomodo fieri debeat: breuiter. & ſuccincte ꝓſtringit. Nequaq̃ ſatis: Ideſt non ſatis ẽ reperire. quid dicas: quod facile facere poteris: ſi hæc argumenta tenueris: ſed hoc non ſatis eſt. Quid dicas: Ideſt reperire argumenta: quæ ex his locis trahuntur: quæ ſupra diximus. Niſi: .i. nili id argumentũ quadam ratione tractaueris. Tractatio: Et incipit nunc præcepta tradere: quibus argumenta tractari debeant: & quare uariare oporteat ipſe docet: ne auditores artem percipiant. Id enim eſt oratoris p̃cipuum: ut auditores argumentandi rationes percipere non poſſint. hoc etiam fit: ne ſimilitudo faſtidiũ pariat. Tractandi uarietas duplex eſt. una modi: altera ordinis. Variatur modus argumentationis: ut uel abſolutiſſima ſit: ac pleniſſima quinq; partita: quæ cõſtat ex propoſitione: & ꝓpoſitionis ratione: rationis cõfirmatione: exornatiõe: & cõplexione. Nam ſi ex illis partibus alterutra demaſ: relinquiſ quadripti ta. Breuiſſima tripartita. ſi exornatione: & cõplexione ſuperſedeas: & hic uarius appellatur modꝰ tractandi. Argumentandi ordo ſic uariaſ: ut ſi uel exornes: uel confirmes anteq̃ ꝓponas: ut alio quo uis modo p̃poſteram facias argumẽtationem: quod eo fieri oportet: ut difficillimus ſit: niſi acutiſſimo ingenio: atq; ſolerti ipſam argumẽtationem argumentationiſq; ipſius partes percipere: cuius cauſa ne ars ꝓcipereſ: multiplicem: & quaſi ꝓturbatam. ut ita dicã: uult eſſe argumentationẽ. Simul illud accedit: ut uarietas ſaciati medeatur: tunc faciemus: ut auditores ſimilitudine tractandi nos minime faſtidiãt: ut ſupra dictum eſt. Proponi: Ideſt exponi per ꝓpoſitionem. Nam ꝓpoſitio eſt: per quam exponimus id: quod probare ītendimus: ſi uoluerimus facere argumentationem non p̃poſteram: debebimus īcipere a ꝓpoſitione: & cætera poſtea ſubiicere. & hic erit ordo dirrectus. Quare ita ſit oſtendere: Ideſt p confirmationis rationem: & rationis confirmationem. Ex iiſdem locis: .i. ex ꝓpoſitione: & ꝓpoſitionis aſſumptione: aſſumptionis cõfirmatione cõcluſio efficiť. Alias: Aliquando erit quadriptita ſublata cõcluſione. Alio tranſire: Ideſt ad aliud argumentũ tranſitũ facere. Sæpe non: Ecce nũc argumentatiõis ordo p̃poſterus: ſæpe non ꝓponere. i. ſæpe etiam ratio p̃ferť

ꝓpoſitione ſubſequẽte.uel ut ipſe dicit in ipſa ratione propoſitio declaratur.

Suæ cui quid ſimile dicas: Nunc dicit aliquando exornationẽ primo loco eſſe ponendam: deinde confirmationem:tertio cõcluſionẽ. Si cui quid ſimile: .i.ſi ab exornatione:quæ ex ſimilibus conſtat:ex cõtrariis:ex maiori:ex minori:& exemplis.exempli gratia:ſi quis uellet argumentationem recto ordine formare:inciperet a ꝓpoſitione.hoc modo. Non eſt cur admiremini iudices frugi uxori ſuperinductam eſſe amicam. Deinde rationem ꝓpoſitionis afferre. Sæpe enim iocunda utilibus potiora uidentur. Simile deinde ſubiungeret.hoc modo.Pſytacus enim ferme carior eſſe ſolet cicurribus. Deinde inferret cõcluſionem. Non igitur eſt cur admiremini iudices matronæ frugi ſupinductam fuiſſe amicam illecebroſam.hic eſt ordo dirrectus. At uero indirrectus a ſimili inciperet:Pſythacus ferme carior eſſe ſolet Cicurrib⁹. Deinde confirmationem afferret:Sæpe enim iocunda ſolent utilioribus eſſe potiora.poſtea cõcluſionem inferret:non eſt igitur: cur admiremini iudices: ſi matronæ frugi meretricẽ illecebroſam antepoſuit.pari ratione:ſi ꝓbare uis puerum delicatũ antepoſitum eſſe frugi liberto:eſſet hic ordo dirrectus.propoſitio hæc eſt.Delicatum puerum frugi liberto anteponi ſolere.Delitiæ enĩ nonnunq̃ utilitatibus ꝑferuntur:poſtea afferre ſimilitudinẽ.Equo enim plerunq; catella anteponit̃:& tamen equus eſt utilior:Deinde concluſionẽ. quid igitur miremini iudices frugi liberto delicatum puerum eſſe antepoſituꝫ?ſi incipere uolueris ab exemplis dices.Equo interdum catella ꝑfertur. Sic eniꝫ utilitate potiores plerunq; ſunt delitiæ: hæc eſſet ſimilitudo. non igitur mirum: ſi delicatum pueꝝ pluris fecit:q̃ frugi libertum. Similitudine: Exemplo:quod ex ſimilibus conſtat. Deinde quid agitur adiungas: .i.concluſionem.Nam cõcluſio eſt id:quod ex ꝓpoſitionib⁹:rationibus: & cõfirmationibus efficitur. Quid agitur: Ex his pluribus partibus. Inter pũcta argumentoruꝫ: Deinde inquit cauendum eſt:ne auditores percipere poſſint:cuꝫ ab uno argumento ad aliud tranſeat. Sed danda inquit eſt opera:ut latenter ab uno argumento tranſeat̃ ad aliud:ut uix ꝓcipi poſſit: quod etiaꝫ facit Cicero:ſi eius oratiões diligenter aĩaduertemus. Sic enim ab uno argumento ad aliud tranſit:ut uix diſcerni poſſit. Inter puncta: Interſtitia argumentorum:quibus argumenta argumentis ſubnectunt̃. Occules: .i. occultes.i.ut ipſa inter ſe argumenta diſcerni non poſſint:ſi iuncturam:& ordinẽ uerboꝝ inſpicias. Numerare: Ideſt numero dicere poſſit. Vt nec diſtinguant̃ uerbis. Ita tamen:ut diſtinguãtur re:ne ſenſus confundat̃:cũ hoc ſumatur ex diffinitione:illud ex toto:aliud ex parte: & ex reliquis locis alia ex aliis. Numerare: Quot ſint uidelicet. Hæc ut ꝓperans: Quia breuiter:& quaſi ꝓ tranſitum hos locos:& ex locis argumenta tractanda pſtrĩxit:ideo excuſat ſe dicens:hæc inquit præcepta argumẽtoꝝ uobis propoſui: quaſi feſtinans:& apud doctiſſimos ſemidoctus diſputans: ut admirari debeat nemo:ſi tanta breuitate uſi ſumus. Ad illa maiora: Videlicet quibus ꝑcipit̃ orator non ſolum docere: ſed etiam conciliare:mouere animos auditorum. & ea ciuſmodi ſunt: ut poſſimus animos auditoꝝ pro arbitrio noſtro uerſare:& auditores:uel ad beniuolentiam:uel ad iram: uel ad miſericordiaꝫ

ĩpellere: ꝑ ut res poſtulat: quæ agetur προς τα παθη. Nã παθος grace: latine aĩ cõmotio: ſiue perturbatio dicit. Faueat: Conciliando auditoruꝫ aĩos. Nec faueat tantuꝫ auditor etiam beniuolus reddat oratori: uel contra aduer ſariis noſtris maliuolus. Impetu: .i. impulſione animi. Et ꝑturbatiõe: Quia primi motus animi regi non poſſunt: & perturbationes animum ita impediunt: ne recte quicq̃: nec iudicare: nec conſulere poſſit. Plura enim: Vere inq̃ mobiles ſunt auditoꝝ animi. Odio: Vitii. Amore: Virtutis. Nam ſimulac ꝓpoſitum fuerit id: de quo agitur: eſſe honeſtum: amore iudices mouebunt: ut ſecundum nos iudicẽt: & e contra odio concitabũtur in aduerſarios. Amore: Honeſtatis: quã cauſæ noſtræ ineſſe declarabim⁹. Cupiditate: Scilicet ulciſcendi: uel gratificandi. Iracundia: Indignitatis cuiuſpiaꝫ. Dolore: Iniuriarum in eos: quos auditores charos habẽt. Lætitia: Scilicet benefaciẽdi. ut bene meritis gratiã reddãt. Spe: Cõmodi. Timore: Incõmodi. Errore: Falſa opinione: quam ars oratoria iudicibus inſerat. Permotione: Vt miſericordiæ. plericꝫ miſericordia iudicant potius. Veritate: Bona fide: & ſine dolo. Præſcripto: Tabulæ: uel ſtipulationũ: uel & teſtamentoꝝ. Iuris norma: Ex æquo: & bono. Formula: Vt ſecundũ decreta principũ: ſenatus cõſulta: & reſponſa prudentum. Legibus: Ex eo: quod legibus: uel ꝓmittit: uel iubet: uel prohibetur. Quare: Quãdoquidẽ ſatis diximus de his: quæ pertinẽt ad docẽdum. ꝙ ſi opus erit mouere: bona æſtimatio oratoreꝫ plurimũ iuuabit. auctoritas enim potiſſimum ualet ad auditorum animos commouendos. Ad illa: Quæ dixi: ideſt qbus poſſumus animos auditoꝝ uarie afficere.

PAVLVLVM INQVIT CATVLLVS: In fine ſuperioris capitis Antonius dixerat: ſe tranſituꝝ ad aliud genus: quod eſt conciliare: & mouere: niſi forte aliud uideretur auditoribus. modo ergo ſubiicit Catullus: aliud ꝓponendum: uidelicet ut primum de diſpoſitione locoꝝ agat Antonius: deinde ſecundũ perſuadendi genus aggrediatur. Hoc igitur caput nonum eſt: in quo agitur de ſecundo genere ꝑſuadendi: quod ſumitur: aut ex moribus dicẽtis: aut eius: pro quo dicimus. Quod in tres partes diuidi poteſt. In prima parte reddit rationem Antonius: cur non ſit de diſpoſitione argumentoꝝ hoc loco tractandum: ſed potius de hoc genere perſuadẽdi: quod ad cõciliandũ: deĩde quod ad mouenduꝫ pertinet. In ſecunda oſtendit: quomodo conciliari poſſint auditorum animi. In tertia. & ultima: quo in genere orationis modus hic conciliandi adhiberi debeat. Paululum: Poſtq̃ de locis argumentoꝝ ſatis dixiſti: nunc nobis aliud uidet: ut. ſ. poſtq̃ locos argumentoꝝ oſtenderis: quo ordine diſponenda ſint argumenta ꝓcipias. Deeſſe: .ſ. anteq̃ ad ſecundum perſuadendi genus peruenias: quod eſt cõciliare. His rebus: His locis argumentorum: quod oſtendiſti. Explicandũ: Exponendũ. Quã illuc: .i. ad cõmouendum. Quid nam inquit: Reſpondet Catullus. Qui ordo: .i. ĩ quo ordine: & qua diſpoſitione ſint argũenta collocãda. Deus: .i. diuin⁹. ita inquit in cõfirmanda cauſa argumenta omnia diſponis: ut id diuinitus potius: q̃ hũaniter facere uidearis. Vide: reſpondet. Tu mę quaſi deũ appellas in diſponendis argumentis: ſed uide id q̃ recte facias: quãdoqdẽ

de hac diſpoſitione nihil dicturus fuerim: niſi me admonuiſſes: quomõ igit̃ me deum appellas? Mihi ueniſſet in mentem: Scilicet dicere de diſpoſi tione. Vt poſſis exiſtimare: Ex hoc intelligere potes: ſi quid dicẽdo uale am: uſu: potius: & exercitatione: q̃ arte me conſecutũ fuiſſe. Efficere: Cũ cauſam obtineo apud iudices. Vſu: Conſuetudine quadam. Vel caſu: Fortuito. Ac res quidem. Nec inquit p̃teribam hanc diſputationẽ loco rum: quaſi non neceſſariam: immo non ea eſt: quæ maximam uim habet ad obtinendam cauſam: ſed id inſcitia potius faciebam: q̃ ꝙ rei dignitas contem nenda fuerit. Ac res: Similitudo eſt: quemadmodũ inquit ignotum ho minem p̃tereuntes non appellamus: ſic hanc diſpoſitionẽ: tanq̃ mihi nota nõ eſſet: niſi abs te monit⁹ omnino reliquiſſem intactã. Sed tamen: Quãq̃ fateor hanc diſpoſitionem argumentoꝝ mihi in mẽtem non fuiſſe uenturã: tamen oĩo hic mihi non uidetur eſſe locus præcipiendi de ea. Nam cum inqt tria ꝓpoſuerim. ſ. docere: conciliare: & mouere. primo quidem tria hæc gene ra tractanda ſunt: deinde de argumentoꝝ diſpoſitione dicendum. Nam ſi ego: Si dixiſſem inquit perſuaſionem in una re. i. in docendo conſiſtere: cuj locos ꝓpoſuiſſem: quibus docere poſſumus: tum de ipſorum diſpoſitione di cendum eſſet. Nunc relinquitur: ut de his duobus primũ dicamus. Argu mentis: .ſ. docendo. Prodanda: Quia argumentis cõfirmat̃: quod pro bare intendimus. Per ſe: .i. ſine ratione auditoꝝ: nam conciliare: & moue re pertinẽt ad auditores: ꝓpterea dixit per ſe. Sed cum tria: Scilicet doce re: conciliare: & mouere. De uno: Scilicet de docendo. Dictum: Vi delicet cum locos ꝓpoſuit argumentoꝝ. De reliquis: Scilicet cõciliando: & mouendo. Tum erit: Tunc locus etiam digerendi: ac diſponẽdi argu menta ipſa: ut oſtendamus argumẽta: quæ ui ſua: atq̃ natura primum: quæ medium: quæ ue poſtremũ ſortiant̃ locuj. Igitur: Quandoquidẽ primo dicendum eſt de conciliandis auditoꝝ animis: ſi probari poſſunt mores dicen tis: uel eius pro quo dicitur: id uim maximam habet ad conciliandũ. Mo res: Conſuetudinẽ. Inſtituta: Vitæ rationẽ. Facta: Res geſtæ. Vi tam: Ex ſuperioribus dignoſcitur ex moribus inſtitutis: & factis. Ani mos eorum. Ecce quomodo oſtendit ſecundũ genus ꝑſuadendi: quod eſt con ciliare. Apud quos: .i. quia auditores: ubi mores noſtros inſtituta: facta: & uitam probabunt: non poterunt nobis nõ eſſe beniuoli. pari ratione: ſi cliẽ tum noſtrorum egregia facta: & uita optima memorabunt̃: maximam uim habebunt ad conciliandũ. Conciliari: Sed quia mores: inſtituta: facta: & uita probanda eſt: cum oratoris: tũ clientis: ut cõcilient̃ auditoꝝ animi: uide amus: quibus nam in rebus talia conſiſtunt. Erga illum: Scilicet clientẽ: pro quo dicendum eſt. Robuſti: Ideſt cõſtantis. ſi uel noſtros mores: uel clientum noſtroꝝ oſtendamus eſſe: in quibus conſtantiæ plurimũ ſit: uij ma ximam habebit. Aeſtimatione? .i. bona opinione uitæ: ad id: quod dixit ſuperius: quæ bona animi. Quæ facilius ornari poſſunt: Scilicet cũ ali qua bona ſunt eorum: qui probandi ſunt: ſed ſi non fuerint: difficilius erit fĩ gere ea: atq̃ cõponere. Ornari: Amplificari. Fingi: Componi: & cõ miniſci. Sed hæc: Illud cõmune eſt taj oratoris: q̃ Clientis: bona. ſ. aĩ pro

bi:& honesti:sed hoc ꝓpriū est oratoris:quod dicturus est. Lenitas: Ideſt uox mitis. Vultus: Modeſtus. Pudor ſignificatu: Et declarat:ſi pudorem uultu ſignificabimus. Comitas: Suauitas. Et ſi quem ꝓſequare: Et ſi quidem forte in aliquem inuehāris acerbius oſtendas te inuitum: atq; coactum id facere. Acrius: Acerbius:auſterius:ſicut Cicero in Hortē ſio: quaſi acetum ægyptiū acrem eſſe uolebat. Facilitatis. In colloquendo. Liberalitatis: In cōcedendo. Māſuetudinis: In ignoſcendo. Pietatis: Cōmiſerādo. Grati animi: Remunerādo:ſiue retribuēdo. Nō appetentis: Scilicet aliena. Non auidi: Scilicet ultionis. Eaq; proborum: Perſiſtit ꝓbare id:quod cœpit:ut præcepta det cōciliādi: beniuoloſq; auditores faciendi. Nam ſicut ſuperius multa dixerat: quæ ad mores ꝓtinēt honeſtos: Ita nunc multa e cōtrario cōmemorat:quæ ad peruerſos ſpectant:quibus alienari ab aduerſariis auditorum animi poſſint. Ea igitur:quibus placantur:ineſſe nobis: quibus uero abalienanť aduerſariis noſtris ineſſe monſtrabim⁹. Proborum: Probitate ꝓſtantium. Demiſſorum: Videlicet animis non acrium hominum:nam demiſſus opponiť acri. Non acrium: Non ſceuorum. Pertinatiū: Pertinaces dicuntur illi: qui id uehementi⁹ tenent:quod tenere non debent. Non litigioſoꝝ: Ideſt qui non ſint amatores cōtentionū. nam huiuſmodi ſolent ſemper inuiſi omnibus eſſe. Non acerboꝝ: Non aſperoꝝ. In quib⁹ hæc: .ſ.pertinatia:acritas:litigia:acerbitas. Itaq;: Ergo quia:in quibus illa ſunt:quæ ſupra memorauim⁹: ad id proſunt:ut eis beniuoli efficianť auditores. E cōtrario: In quibus nō fuerint:cum eos dicamus:acerbos:acres:litigioſos: & ꝓtinaces: & eis attribuem⁹ cætera:quæ ſunt generis huiuſmodi:ab alienabiť ab his auditoꝝ anim⁹.

Sed genus hoc totū: .ſ.conciliādi nobis:ab alienādi aduerſariis. Hoc totum excellet: Excello:excellis. & excelleo excelles apud antiquos utrunq; īueitur:ut fulgeo fulges:& fulgo fulgis. Ferueo ferues:& feruo feruis. Virg. Feruere leucatē:auroq; effulgere fluctu⁹. In his cauſis: Ideſt remiſſioribu⁹: quæ requirunt mollitudinē quandā dicendi:potius q̄ incitationē. Fortis: Vehemens. i. non ſemper acrimonia dicendi uti debet orator: ſed pro qualitate rei: de qua agetur:ſiue intenſiori: ſiue remiſſiori oratione utendum eſt.

Placida: Rebus. Submiſſa: Voce. Lenis: Aequalitate uerborū:

Reos: Et quia dixit maxime cōmendat reos:fortaſſe putaret aliquis:qđ tantūmodo diceret de his:qui accuſantur. non ita eſt inquit. Omnes enim reos appello:ad quos cauſa pertinet. Rei enim dicunť a re. Arguunť: Accuſantur. Diſceptatur: Vt ſi de iure aliquid agatur: ut alius petat: ali⁹ neget. Olim loquebanť: Scilicet Romani:& maiores noſtri:qui apte: & idonee loqui ſolebant. Horum igitur: Concludit ergo dicens: quando qdē ad conciliandos auditoꝝ animos plurimū ualet placida:mitis:ac lenis oratio. ergo elaborare debet orator:ut oſtendat mores eorum: quos defenderit: eſſe iuſtos:integros:religioſos:timidos:& iniuriaꝝ leniter ꝓferentes. Exprimere: Explicare. Iuſtos: Innocentes. Integros: Incorruptos. Religioſos: Pietatem colentes. Patientes: Iniuriaꝝ. Et hoc: Et qua in parte orationis p̄cipue animos auditoꝝ cōciliare debemus oſtendit: & ſi id in ſupe

rioribus fieri posse per omnem orationem ostenderit: tamen per exordium: per narrationem: & p̄ cōclusionem causæ maxime faciendum est. Et hoc: Scilicet cōciliare auditoꝝ animos. In prīcipiis: Idest ī exordio. In re narranda: .i.in narratione. Perorando: .i.in conclusione. Suauiter: In uerbis. Et sensu: .i.in sententiis. Vt sæpe: Nam ubi semel audi toꝝ animos perceperimus causæ nostræ fauere: non potest non optime confir mari causa: cui semel faueri incœperit. Tantum autem: Ecce quod dixit suauiter in uerbis: sensu: sentētiis. Effingat: Cōponat.i.ipsa oratio quasi exprimere uideat mores oratoꝝ. Genere sententiaꝝ: Ad id: quod dixit: consensu. Verborum: Ad id: quod dixit: suauitate adhibita. Actione: Ad p̄nuntiationem respicit: quia sicut uerba: & sententiæ sunt placidæ: & mites: ita etiam p̄nuntiatio debet esse remissa: ac mitis: quoniā si uerba: & sē tentiæ: quæ natura sūt sūmissæ: & mites: ac placidæ: acri uociferatiōe p̄nūci arentur: absurdū quoddā: & in cōcinū fieret. Facilitatem: Declarat.i.p̄ nunciationem. Probi: Fide: ac factis. Bene morati: Consuetudine: & moribus. Boni uiri: Genere ipso uitæ.

HVIC AVTEM EST ILLA: Caput decimum: in quo tractatur de ter tio genere persuadendi: quod attendit penes auditorem: ut pturbationibus: siue passionibus quocunq; uoluerit impellere possit. Tria igitur in hoc capi te p̄cipiuntur. primo quidem dicit obseruandos esse diligenter auditoꝝ mo res: uel etiam iudicum naturas: præterea: quo animo erga nos: uel aduersari os sint. Si igitur aduersariis fuerint infensi: facile erit eos ad indignationem impellere: qui ad id sua sponte proni erunt. atq; parati. Sin autem. ars maior quædam adhibenda est: ut uidelicet primum ipsi oratores moueant: & uoce: & uerbis: si quando opus erit auditoꝝ animos ad misericordiam: siue īdigna tionē impellere: & hoc dicit esse optandū: ut auditoꝝ animi sua sponte cōmo ti sint: ut nō arte id: sed rei ueritate fieri uideatur. Deinde probat haud diffi cile esse oratori: in re uera moueri. cum inquit uiderimus in re ficta histrio nes: uel mimos ita perturbari: cum rem aliquam indignā p̄nuncient: ut nec lachrymas: nec acrimoniam uocis contineant: quanto igitur facilius erit oratori facere id in re uera? Dispar: Quia superior conciliat: hæc uero cō citat: & irritat auditorum animos. Aliquo genere: Videlicet perturba tionis. nam genere superiori conciliantur auditorum animi: sed hoc genus ē e contrario acre: uehemens: & concitatum. Impellit: Et dicit quot modis auditorum animi cōmoueri possint ad aliquem affectum. Oderīt: Cru deles. Diligant: Mites. Inuideant: Potentibus. Saluum uelint: Moderatū. Metuant: Superiores. Spernant: Inferiores. Cupiāt: Probos. Abhorreant: Improbos. Atq; aut lætent: Successibus bo norum. Mœreant: E contrario. Misereant: Non sponte peccantibus. Punire uelint: Consulto delinquētes. Finitimi: Adhærentes. Pro pinquis: Similibus: ac talibus pturbationibus animi. Atq; illud: Postq̄ dixit quid faciendum sit: nunc dicit quomodo id facile fieri possit. Si inqt auditorum animi iam infensi erunt aduersariis nostris: facillimū erit eos cuꝝ sua sponte inclinati fuerint impellere. Feret: Cupiet. Ouidius: In noua

fert animus.i.cupit. Facilius enim: Prouerbium eſt. facilius eſt currẽtẽ excitare:q̃ ſi languentem nacti fuerimus:cõmouere.Poeta.Nil nocet admiſſo ſubdere calcar equo. Languentem: Torpentem. Sin autem: .i.ſi non dabitur oratori: ut auditor ſua ſponte moueaẽ:ſeu mouebiẽ quidez:& tamẽ id non facile intelligetur. Vt medico diligenti: Senſus eſt: quẽadmoduz medicus anteq̃ medicinam ægroto adhibeat:diligenter & accurate non ſoluz morbum eius exquirit:ſed etiam natutam ipſius:& uitam omnem: qua eſſe cõſueuit dum ualeret: Eodem modo oratori faciendum eſt: ut nihil inexquiſitum omnino relinquat:quo cognito facilius erit auditorem quocunq; uoluerit impellere. Obſcurius: Incertius:quia etiam ſi ſponte moueantur:nõ tamen facile poterit depbendi. Diligenti: Exquiſito:& accurato. Morbus eius: Cui mederi uolet. Conſuetudo ualentis: .i.uita ægrotantis duz ualeret. Natura: Robuſti:an imbecillis fuerit corporis:dum bona ualitudine frueretur.quia ſi robuſta erit:poterit grauia:& fortiora adhibere remedia:& ſimiliter ꝑ qualitate corporis. Ancipiti: Incerta:& difficili. Pertractandos: Verſandos. Omni mente: Omni diligentia:quod eſt intellectus. Cogitatione curaq;: Vnum eſt īgenii:alterum ſtudii. Odorem: Inueſtigem: Explorem. Tranſlatio a canibus: quos ſagaces appellant: Vt Virgilius:Et odora canum uis.odora. i.odoriſequa: quia ſequitur odorem. Quam ſagaciſſime: In tranſlatione pſiſtit: quia tranſlationem ſumpſit a canibus.i.diligentiſſime:& accuratiſſime. Sentiant: Scilicet auditores: quod ſit ſuum iudicium. Aeſtiment: Opinione. Expectent: Intentione. Velint: Studio ſuo:& uoluntate. Quo: .i.ad quid:uidelicet ad iudicũ:opinionem:expectationem:intentionem & cætera. Si ſe dant: .i.ſi cedunt oratori auditores: ut cognoſcant illos ad eum animi affectum inclinatos:qui ſit cauſæ noſtræ accõmodatus. Veri animi: Appellauit affectus animi:ut dolor:ſpes: lætitia:metus:& cætera. Perpendunt: .i. propenſi ſunt:inclinati:& ꝓpliues. Vella do: Tranſlatio a nautis:qui cum nauigaturi ſunt: diligenter obſeruant: qua parte uentus ſpiret: & in eam partem uella conferunt. Vella:do: .i.orationem meam intendo. Oſtenditur: Ab auditoribus. Sin eſt integer: Alia pars huius capitis: in qua ꝓcipitur:quid faciendum ſit oratori:cũ auditor conſtans fuerit: & compoſitæ mẽtis:ut non facile ī aliquẽ animi affectum impelli poſſit:tunc plus artificii:& laboris requiritur. Integer: Conſtans: ut difficulter perturbari: moueri ue poſſit. Quietus: Mentis compoſitæ. Operis: Ideſt plus laboris eſt oratori. Omnia: Ideſt omnes affectus animi. Sed tantam uim: Szuis inquit tanta orationis eſt: ut ſi omnia tentare uoluerit orator:nihil efficere non poſſit:qui etiam reſiſtentes:& repugnantes auditores uincat: ut ꝓpte reaEnnius non incongrue flexanimam appellauerit eloquẽtiam:quam græci ἀναγωγην dicũt .Nã ἀγω diciẽ aĩa ago.duco.poſtea flexaĩa a latinis ẽ ĩterpretata. A bono poeta: Scilicet Ennio. Flexanima: Ideſt flectens animum auditoꝝ. Regina: Quæ omnia quicquid uoluerit non difficulter obtineat. Inclinantem: Tranſlatio a colũna:quæ cum inclinari cœperit:facile impellitur. Inclinantem: Scilicet ad id:quod uult. Stante

.ſ.erectum:& in neutram partem ꝓnum. Repugnantem: .ī.omni ſtudio renitentem. Aduerſantem: Ideſt uoluntate infeſtum. Imperator. .i.quemadmodū imperator præeſt militibus ad pugnam:ita orator argumentorū ſuorum:quaſi dux eſt:quibus cauſaꝫ obtineat:& aduerſarios oppri mat. Fortis: ac bonus: .i.peritus:ac ſtrenuus. Capere: Tranſlatio a militibus. Hæc eſt enī: Id Craſſum ioco feciſſe dicit: ꝙ ſibi banc: de qua loquitur: uim dicendi tribuerat: ut quocunꝙ uellet:auditoris animum faci le impelleret. Ludens: .i.per iocum irridens. Modo: .i.paulo ante. Flagitabat: Petebat uehementius. Diuinitus: Quaſi diuina quadaꝫ ui dicebat ſolere tractari a me:ut auditorum affectus: quocunꝙ uellem īpel lerem. Et in cauſam.C.Aquilii: De quo in ſuperioribus ſatis dictum ē: ſicut etiam de Norbano tribuno plebis: qui populum incitauerat aduerſus Cepionem:ꝙexercitum hoſtibus prodiderat. Præclare: Ideſt excellenter. Hercle ego: Tu mihi banc uim dicendi attribuis Craſſe: quæ tibi rectꝰ attribui poteſt.quotienſcunꝙ enim banc partem artificii tractas:quæ ad affectus animorū pertinet:in eo omnium p̄ſtantiſſimus eſſe uideris. πάθος: Affectus:& animi cōmotio. nam paſſio ſatis latine dici non poteſt. Hærere:: Soleo quaſi attentiꝰ obſtupeſcere.Nam qui obſtupeſcit admiratione qua dam detentus hæret. Horrere: Horrore quodam perfundi in cauſis:quia tu mihi quoꝙ terrorē incutis:ne dū bis:contra quos agis. Tanta uis: Tā ta uehementia. Impetꝰ: Impreſſio:ut moueatur auditoꝝ animus:& mo tus impellatur. Dolor: .i.ſignificatio doloris: quia etiam ſi non doleas: tamen dolere uideris. Oculis: Quia oculi ſintillare uidētur:tanta ira ex candeſcis. Vultu: Irato. Geſtu: Significāte iracundiā. Iſto: De monſtratiue dixit:quia digitum eius demonſtrat.ſignificat cōtentionē:qnæ per diſtributionem tractatur: In qua celeritate brachii uti oportet oratorem. In eo inquit magna uis ad impellendos auditoꝝ animos: & cū digitum illuꝫ brachio porrecto ītendis dolorem maximum ſignificas.quo neceſſe eſt:ut au ditores moueantur:Cum te dolore affici uiderint:ſicut Cicero præcipit in ar te noua:ſi quid tale dicat.ille auarus:hic liberalis.ille petulans: hic parcꝰ. ille libidinoſus:hic caſtus:& integer:& quæ huiuſmodi ſunt. Flumīe: Ideſt copia. Grauiſſimoꝝ: Propter dignitatem. Optimorum: Propter ele gantiam:quæ dignitatis eſt. Integræ: Vt non facile labefactari poſſint. Veræ: Probabiles:& neceſſariæ. Nouæ: Inuſitatæ:miræ. Pigmētis: Ideſt coloribus:unguētis:trāſlatio eſt.Nam pigmenta ſunt unguenta:qui bus utunt puellæ ad uenuſtandam faciem:ut fucus. Accipit autem hoc loco pro mendacio:& fraude:quia non eſt naturalis color:ſed artificialis. Terenti us: Per tegulas ueniſſe clauculū fucum mulieri per impluuiū. Puerili: Quo uti ſolent pueri. Incitare: Concitare uel ad iram: uel ad odium. Doleat: In iuriis bonoꝝ. Oderit: Superbos. Inuideat: Potētibꝰ: Pertimeſcat: Viꝫ pniciioſoꝝ hominū. Affectet: Bonoꝝ ſalutē. In miſericordiam eoꝝ: Qui non ſponte peccauerīt. Omnes illi motus: Doloris:odii:inuidiæ affectꝰ:miſericordiæ & cætera. Motus: Affectꝰ. Impreſſi: Quaſi ſigillo. Inuſti: Quaſi candenti ferro: & per tranſitum di

cit oportere esse in oratore signa perturbationum: quas uelit esse in iudice.

Quod si fictus aliquis dolor: Hic ostendit haud difficilem esse dolorem admitti in re uera. Id autē a facili probat. Nā si in re falsa hoc fit: ubi maiori est opus artificio: in re uera facilius etiā auditorū animi mouebūt. quod autem in re ficta moueantur patet: & tamē id non sine magna arte fieri potest: ut cum in scæna histriones imitantur. aut execrantem nefanda cōuiuia thiestem: aut indignantē noua cōnubia medeā: non possunt nō cōmoueri. Fictus: A poeta tragico: p̄sertim qui eiusmodi fabulas scribit. histriones enim semper dolorem cōcipiunt: quotiens rem aliquam doloris plenam agūt. In eiusmodi genere: Videlicet in quo auditorū animi cōmouendi sunt. Orationis: Vehementis: & acerbæ. Nisi falsum: Qualia sunt in fabulis: ut modo dicebam: & ipse postea de histrionibus dicet: plus artificii requireret. Sed cum orator non falsam: aut fictam causam agat: sed ueram: prope necesse est: sine ulla arte dolorem concipere. ipsa enim res animum eius cōmouet. quare haud difficile erit etiā auditores similiter cōmouere. ac si diceret: quod mihi: idē uobis usu uenire existimo. Cæteris: Scilicet oratoribus. Quid tibi? Nescio quid inqt tibi accidere soleat: aut aliis: mihi uero hoc accidit: ut nesciam alios uel ad iram: uel ad misericordiam aliquē cōmouere: quī ego ipse toto animo cōmouear. Cur: .i. cur falsum de me dicam. Prudentissimos: Qui falli non possunt: ita non debent amicicissimi. Non me hercules: Ecce dicit: quid sibi accidat. Illos: Scilicet iudices. Dolorē: Indignæ rei. Aut misericordiam: Calamitosæ. Aut in uidiā: Ad uersus potentes. Aut odium: Contra flagitiosos. His sensibus: Idest affectibus: ac pturbationib⁹. s. doloris: misericordiæ: inuidiæ: & odii. Neq; enim: Et ratio est cur id fecerim: & uos quoq; idem facere existimem: quia nisi orator prius moueretur: auditor minime cōmoueri posset: si tu eam placide: & lente tuleris: quomodo auditores indigne patient̄. Lente: Placide: pacienter. Cicero in Hortensio ait. Qui causas publicas lente tulisses. Flagrantem: Ardentem: & excā descentem. Duo autem sunt genera commouendi. Vnum: quod fit per amplificationem: alterum: per quæstionē. Per amplificationem: cum incitamus ad odium: ad iracundiam: cum eorū crimina augemus: contra quos dicimus. Per quæstionem: cum calamitates: & miserias eorum ante oculos ponimus: pro quibus dicimus. Adducetur: Scilicet iudex: cum pro calamitoso aliquid dixeris. Verbis: Vt non solum res: sed etiam uerba quandam cōmiserationem præ se ferrāt. Voce: Scilicet hūili. Vultu: Demisso. Cum lachrymatione: Vt etiam a lachrymis nō temperes: sicut illa apud Virgilium: de Euryali morte: conquæstio plena commiserationis. Hunc ego te Euryale aspicio? tu ne illa senectæ sera mea reqes? potuisti linquere solam crudelis? nec te sub tanta pericula missum Affari extremum miseræ data copia matri? Deinde. Heu terra ignota canibus data p̄da latinis. A litibusq; iaces: nec te tua funera mater. Produxi: p̄ssiue oculos: aut uulnera lani. Veste tegens: tibi quam noctes festina dieq;. Vrgebam: & tela curas solabar aniles. Nihil enim habet illa quæstio: quod nō lachrymarū undiq; plenū esse uideatur. Vt enim nulla: Sensus est huiusmodi. Quē

admodum inquit materies tametsi ardere facilis sit: tamen sine igne flãmam concipere non poterit. Sic etiam auditoꝝ animus: tametsi ad iram ꝑcliuis fuerit: sine oratoris ardore non excandescet. Tã facilis: Tam ꝑcliuis. Ardens: Vt fomes quidam accipere ignem possit. Admoto: Ap ꝑpinquato. Sic nulla mens tam parata: .i. tam disposita ad iram: & uim cõprebẽdendam oratoris in cõmouendo. Vim: Vehementiam dicendi: qua ĩpelluntur auditoꝝ animi. Eam: Ad eaꝫ rem: qua impellere temptat orator.

At ne forte: Alia pars est huius capitis. In quo ostendit aliam rationem: cur facile moueri possint ad uarios affectus animi oratorũ: qui alios ipsi concitare uoluerint. Cum enim inquit ex his locis: quos paulo ante ꝓposui argumenta sumuntur eiusmodi: quibus orator: aut dolorem: aut odium: aut irã: aut misericordiam mouere possit: res ipsa quodãmodo cogit oratorem modo irasci: modo misereri: modo odisse: modo dolere: quæ cum ita sint: quẽadmodum non est difficile ipsi oratori: animũ suum cõmouere: Ita facile erit auditorum animos ad quẽcunq; affectum uoluerit impellere. Ipsa enim natura: Primo quidem facit quandam quasi obiectionem: & quõ potest orator: totiens irasci: totiens dolere: totiens odisse: aut ĩuidere: & ꝑsertim cum res alienas tractet? Nam si res ꝓprias ageret: fortasse iusta esset causa cur moueret: sed cum agat alienas: uidetur esse difficile. Deinde tollit hanc quæstionẽ: nã si locos inquit diligentius supra positos notaueris: ex quib⁹ argumẽta sumũtur diuersi affectus: non uidebitur adeo difficile: immo res ipsa quodam modo cogere potest: ut si ĩdigna res fuerit: doleamus. si calamitosa: misereamur: Si inuidiosa: oderimus. si superba: inuideamus. Magnum: Ingens quoddam uidetur. Admirabile: Admiratione dignum. Totiens: Quotiens causa agenda fuerit: quæ indignitatẽ requiret. Irasci: Rei indignitate. Dolere: Re praua. Omni motu: . Vel ad misericordiam: uel ad irã: uel ad odium: uel ad inuidiã. In rebus alienis: Quia in ꝓpriis nõ difficile est. Suis enim quisq; rebus facile cõmouetur. i. magna uis est reꝝ ipsarũ: ut si indigna dolorem. si calamitosa: cõmiserationem. si superba: inuidiam: si flagitiosa: odium cõmouere possit. Eoꝝ: .s. argumentoꝝ: quæ ex ipsis locis sumuntur. Agas ꝓnunciando: Quantum ad gestũ corporis. Tractes: Quantum ad ꝓnunciationẽ uocis. Nihil ut opus sit simulatione. Vt in re uera nõ simulãdũ: neq; fingendũ: cũ res ipsa ĩpellat: quo causa ipi⁹ requirere uideatur. Ipsa enim: Argumentũ a minori ad maius. nã si res ipsæ eiusmodi sũt: ut facile pmouere possint alios: quãto magis cõmouere poterunt oratorem ipsum? qui ea inuenerit: & inuenta ꝓnunciauerit. Et ne hoc in causis: Sensus quidem breuior est: ac dilucidior. Dicit enim: non esse ad mirandũ: si orator in re uera mouetur: cuꝫ histrio in re ficta inflãmetur: cũ ꝑsertim alter de ĩgenio tantũ periclitetur. Orator uero etiã de fide: de officio: de diligentia: qnæ multo maiora sunt. In causis: Quæ aguntur in foro apud iudices. Iudiciis: Idest in causis: quæ aguntut a centum uiris.

Amicoꝝ: Quæ ꝓpulsantur apud populũ: ubi suffragiis populi absoluitur aliquis: aut cõdemnatur. In cursu: Singula singulis redde. In concursu hominum: Quantũ ad pericula: ubi agit de salute ciuis ad populũ:

cuius ſuffragiis: uel damnatur: uel abſoluit. In ciuitate: In iudicio cētū uiroruꝫ: ubi de iure agitur: quoꝝ iudicium ſecundū mores: & inſtituta maiorum explicatur: & obſeruatur. In foro: In cauſis forēſibus apud p̄torē: ubi accuſatur reus: aut defenditur. Hæc: Videlicet ut cōcitentur auditorum animi. & eſt una ratio: quare cōmoueri debeant oratores: quia agitur de æſtimatione ſui ingenii. Cum ficti:: Ideſt in quibuſdam rebus: quæ cōminiſcunt: ſicuti poetæ fabulas nōnunq̄ cōponūt cōmiſeratiōe plenas. Cogitatione: Sæpe enim cogitamns res cōmiſeratione digniſſimas. Noſtri: Non ſolum agitur iudicium noſtri ingenii: nunquid de ingenio noſtro bene: aut male ſentiant auditores. Quāq̄ cum ꝓfeſſus ſis id: .i. facultatem orandi. Negligendum: .ſ. ab eo oratore: qui ſe in paucoꝝ numero connumerari: & haberi uoluerit. Sed alia ſunt maiora: Sed quæ diligentiꝰ ſūt oratori conſeruanda. Fides conſtantis hominis. Officiū: Viri. Diligentia: Studioſi: & uigilantis. Quibus rebus: Quia non minoris facienda eſt fides: officiū: diligeutia. Nam ſi hæc ſeruare uoluerimus: cū alienos defendemus: debemus eos non alienos: ſed nobis cōiunctos exiſtimare. Cōſtantia: In fide. Probitate: In officio. i. non ſolum conciues fideliter: & ſtudioſe: ſed etiā alienos quaſi cōciues defendere debemus. Boni uiri: Si fidem: officiū: diligentiamq̄ in cauſis ſeruabimus agendis. Quid poteſt eſſe tam fictum? Et in his fabulis ſæpe hiſtrio inflammatur: non igit̄ mirū eſſe debebit: ſi in ueris cauſis orator cōmoueri poterit. Fictum: Tam fabuloſum: uanum: & falſum. quia in ſcæna: & in fabulis: nec uera: nec ueriſſimilia tractant̄ plerunq̄. Genere: Fabulaꝝ: quæ narrāt̄ in ſcæna. Perſona: Ideſt larua: ut iuniores dicūt: quā mimi induunt: uel principis: uel regis: & alius huiuſmodi. Dicitur autem perſona: uel quod faciei adhibita perſonet: uel ut aliis placet απο του προσωπου. Ex perſona: Ex foraminibus perſonæ ſintilare oculi uidentur: cum illa narrabat plena indignationis: ubi īducitur thelamō teuerū increpantem: q̄ ſine fratre ſuo aiace domū redire auſus fuiſſet. Cū Thelomō duos filios ſuos ad bellū troianū mitteret: Aiacem: & teucrum: hunc iam grandioreꝫ: illum iuniorem: præcepit teucro: ne ſine aiace rediret. Aiax cum multa fortia facta apnd Troiā geſſiſſet: & ſingulari certamine cum Hectore certaſſet: vnde æquo marte diſceſſit: poſt aliquod tempus contigit: ut Achilles per inſidias occideret̄ a paride: cuꝫ ſub pactione Polyxenæ: cuius amore ardebat Achilles: ī templum Iouis ueniſſet: & ſuplex ad altaria cōſtitiſſet: ut puella ſibi deſponſaret̄: & Paris: qui in templo delituerat ſagittis eum occidit. deinde certamen inter græcos fuit: utrius arma Achillis eſſe deberent: quæ uulcanus thetidis p̄cibꝰ fabricauerat. tādē oraculo habito ut fortiori: & ꝓpinquiori darentur: Aiax: & Vlyxes inter ſe contendere: Aiax q̄ fortior: & ꝓpīquior. Vlyxes autemꝫ: q̄ fuiſſet prudētior: & fortiori anteponēdus: qui non ſolum robore corporis: ſed etiam cōſilio multum ualuiſſet. Cum diu diſceptatum fuiſſet: tandem Agamenō arma adiudicauit Vlyxi. quo facto: Aiax indignatus eſt: ut nullo modo iniuriam hanc ferre potuerit: & in furorem cōuerſus cum ſtabula irripuiſſet: aīalia cuncta occidit. ſed ex cæteris ſuem unum ingentem cepit. & credens ſe tentoria īua

ſiſſe Vlyxis:cum quaſi Vlyxem pedibus trabe ſuſpendit:& uſq; ad necē uer berauit.Poſtea uero cū ad ſe rediit: dolore nimio cōpulſus deſerta loca petiit a caſtris:ibi ſe gladio tranſfixit.Capta igitur Troia: cum Teucer rediiſſet in patriam: grauiter increpatus eſt a Thelamone patre:qui impauerat: ne ſine fratre rediret: quem diſcedenti cōmendarat.ſed quod ad ꝓpoſitum pertinet: pacuuius fabulam:ſiue tragœdiam compoſuit:In qua introducit thelamonē teucrum īcrepantem:ꝙ relicto Aiace rediiſſet in patriam. Dicit autem cū in ſcæna biſtrio hæc narraret:tanta erat indignatione: ut ſintillæ quædā ex per ſonæ foraminibus emicare uiderentur. Dicentis: Pronunciātis. Spō dalia: .i.metra illa ſpondaica. Segregare abſte: Verba ſunt Thelamōis.

Nunq̄: Ideſt nunq̄ īquit uidebam aſpectum biſtrionis īmitātis thelamo nem:quin ipe Thelamon ante oculos meos eſſe uideret. Segregare: Seiū gere Aiacem. Salamina: Accuſatiuus græcus eſt: ν σαλαμιν γην σαλα μινος:inſulam:& patriam eiuſdem nominis.Eſt autem in Euboico mari con tra Athenas ſita. Hiſtrionis: Imitantis Thelamonem furentem. Vti lem inflecti: Apparet ergo in ſuperiori alio genere uocis utendū eſſe:alio eti am hoc loco:quia in ſuperiori neceſſe eſt cōcitata uoce uti oratorem:ut dolor oſtendi uideatur:In hoc uero miſerabili. Idem: Scilicet biſtrio. In fle cti: A contentione uocis ad remiſſionem.nam ſicut concitatio ad īdignatio nem:ita remiſſio ad cōmiſeratione mouet auditorem. Inflexa: Ideſt mu tata uoce in miſerabilem ſonnm. Exacta: Decrepita. Indigentem libe rum: Pro liberoꝝ:propter decrepitam ætatem. Laceraſti: Dolore. Or baſti: Solitudine. Extraxiſti: Acerbitate uitæ: quia mihi uita acerbior eſt ipſa morte. Parui: Quem Aiax in caſtris genuerat:ex tecmeſſa cōcubi na. Flens:ac lugens: Differentia eſt inter flere:ac lugere. Flere eſt lachry mis dolorem oſtendere.Lugere eſt cum exterius dolorem uultu ipſo:atq; aſpe ctu declaramus.Vnde legimus Matrone bruti:& Valerii memoriam annum luxerunt: non ꝙ lachrymatæ fuerīt unū annum: neq; enim id fieri potuit: ſed ītelligimus luxerunt.i.mœſtæ fuerunt. Quæ ſi: Ecce nunc redit ad exemplum ſupra poſitum.Et ſi mouentur biſtriones:qui uerba a poetis acce pta ꝓnunciant:quanto magis ipſi poetæ cōmouent?qui excogitāt:& ponūt. Si poetæ:qui cōponūt:mouentur multo magis:q̄ biſtriones: quid facere nos oratores oportet?qui non ſolum inuenimus:ut poetæ:ſed etiā inuenta ꝓnun ciamus. Vtriuſq; enim motum:& cogitationis: & ꝓnunciationis habemus.

Quæ: Scilicet uerba:ut ſupra diximus cōmiſerationis: & indignationis plena. Quotidie: Quotienſcunq; ludi agerentur in ſcæna. Sæpe eniꝫ audiui: Probat quod ſuperius dixerat:uidelicet pacuuiū ipſum:cum hæc ī tragœdia ſcripſit ſupradicta:ubi ītroduxit Thelamoneꝫ acrius īcrepare Teu crum:facere non potuiſſe:quin ipſe moueretur. & ꝓbat auctoritate neminēꝫ poetam bonum eſſe:qui non moueretur in ſcribendo.hinc eſt illud: qđ apđ Virgilium poetæ inſanire dicuntur.Vt inſanire libet:quoniā tibi pocula po nam. Sæpe enim: Quia & ipſi ita ſenſerunt:oportere inflāmari poetam: ſi carmina ſcribit. Sine inflāmatione: Ideſt quin non inflāmētur animi: cum carmina ſcribūt. Afflatu: Quaſi afflatu diuini furoris. Quare:

Nunc infert: quod intendit. ſ. concluſionem: quam multis ꝓbauit argumẽ tationibus. Si in re ficta mouentur poetæ: multo magis oratores in re ſeria moueri debent. Herouꝫ: Sc̃ilicet Thelamonis: aut alioꝝ eiuſmodi: quos il li imitando explicare conantur. Heroum ueteres: Quia heroes ueteres imitatu ſunt difficiles. Nã quæ a memoria noſtra remota ſunt: renouare dif ficilius eſſe ſolet. Veteres: .ſ. a memoria remoti. Fictos: Non ueros: ſed a poeta compoſitos. Atq; adumbrare: .s. imaginaria quadam ſimili tudine repreſentare: uel uti umbrã. i. imaginem ueritates effingere. Tranſla tio ſumpta a pictore: qui cum aliquam imaginem formare uoluerit. primo q dem eam adumbrat: deĩde adumbratã coloribus effingit. Neq; actor: Si cut hiſtriones. Meæ: Scilicet honeſtatis. Cum mihi. M. .M. Aquili us: de quo ſupra dictum eſt: qui belli aſiatici reliquias confecit: ſed inuidiã cõ ſecutus eſt: & ideo repetundis accuſatus: ipſe noluit deꝑcari iudices: ſed Anto nius: qui eum defendit: tunicam eius diſcidit: & cicatrices aduerſo pectore ac ceptas oſtendit. & ideo dicit. nolite putare iudicꝫ prius cõmotos eſſe: q̃ ego.

Quem: Et oſtendit: quomodo maxima animi cõmiſeratione cõmouerit auditores. Imperatorem: Contra mithridatem. Quantem debilitatũ proſtratum: Et hic locus eſt cõmiſerationis plenus: cum oſtendimus nos in maxima fœlicitate fuiſſe: deinde fortuna uariante ad minimã cõditionẽꝫ re cidiſſe. Diſcrimen: .i. capitis periculum. Aliis: Scilicet auditoribꝰ: & iudicibus. Senſi equidẽ: Tunc cum cauſam illam cõmiſerationis plenã apud iudices egi ipſos iudices eſſe cõmotos: quippe qui lachrymis temperare non poterant. Quantem: Nam triumphũ quidẽ non meruit: ſed ouatio nẽ ſordida ueſte indutum. De qua: Extenuat meritum ſuum Antoniꝰ: ut uideatur non arte hæc dicere: ſed potius quodam uſu. Nam quanto magis oratio ſine arte eſſe uidetur: tanto omnibus ꝓbabilior eſt Tunicam: .ſ. a pectore. C. Aquilii. Afflictum: Crimine. Derelictum: Ab amicis.

Mœrentem: .ſ. ſorditatum. In ſũmum diſcrimen adductum: Quip pe cuius de ſalute ambigebaẽ. Sum ipſe captus: Quia ipſa orationis na tura me inuitum etiam ad miſericordiã impellere potuiſſet. Mœſtum: ac ſordidatuꝫ: Quia ſenex. M. Aquilius. Triſtis: Ab omnibns amicis ſuis deſertus demiſſis oculis iudicium expectabat: ſed. M. Antonius: cum in opti mam ſpem erexiſſet: nudato pectore eius populo uniuerſo cicatrices oſtẽdẽs: omues in miſericordiam cõmouebat. Diſcinderem: Diloricarem dixit ſu perius. Oſtenderem: Nudc pectore. Honeſtas: Pulchras. i. aduerſo pe ctore acceptas: & non a tergo: quod fugientis eſt. .C. marius: .C. marius collega erat. M. Aquilii: quo tempore hæc geſta ſunt. Motus: Cũ lachry mas emitteret ob nimiam cõmiſerationẽ. Mœrore orationis: Ideſt mœro re: quem oratio mea cõmouebat. Præſens ĩ iudicio. Collegam ſuũ: .ſ. Aquilium. Crebro: Ideſt altero quoq; uerbo. Cõmendarem: Dicebã enim qualis fortuna fuerit marci aquilii hodierna die: talem & reliqui impa tores expectent: quotiens aliquid eis aduerſi contigerit. Non: Fuit hæc .ſ. imploratio: qua implorabam: Deos: ciues: homines: ſocios imploro: uelitis huic ciui miſero adeſſe in ipſius periculo: ac diſcrimine. Sine meis lachry

mis: Quia lachrymas ſimul emittens magno aĩ dolore afficiebar. Quid omnibus: Si inquit cum hæc uerba ꝓnunciarem ſine meis lachrymis ꝓnũciaſſem: non modo lachrymas ciere: & alios ad miſericordiã concitare non potuiſſem: ſed me etiam ridendũ ꝓbuiſſem. Quã ob rem: Nũc concludit: quæ cum ita ſint: indices cõmoui potius: q̃ docui. Ego bonꝰ: atq; eruditꝰ:

Ironice loquitur: quaſi dicat: qui minime idoneus magiſter ſum apud tantos uiros. Iraſci: Dolere: flere. bono ordine ꝓcedit. Quãq̃: Senſus ẽ: dixi me uos admonere: quãuis iam pridem id tu feceris Sulpiti: ut nulla admonitione indigeas. In accuſando ſodali: Ideſt ĩ cauſa. C. Norbani: qui illum accuſabas: q; populum aduerſus Cepionem cõcitaſſet. Sodali: Quia .C. Norbanus quæſtor fuit Antonii in ciliciam ꝓficiſcenti. Vi: Vehemẽtia. Ardore: Inflãmatione. Vix conarer: .i. tantam perturbationem omnium concitaras: ut eam uix ſedare poſſem: ſicut cum incẽdium magnuꝫ ſuſcitatum fuerit: non facile extingui poteſt. Habueras enim: Oſtendit hoc loco Antonius cauſam illam: qua. C. Norbanũ tribunũ. pl. defendit: qꝫ plebem concitauerat aduerſus Cepionẽ: fuiſſe difficillimam. Nam Catullꝰ multa ipſe in ea cauſa aduerſus Norbanum habuit adiumenta: quæ hoc loco cõmemorat. & quẽadmodũ plurima Catullo cõmoda erant: ita multa ſibi in eadem cauſa incõmoda fuiſſe demonſtrat. hoc autem facit: ut defenſionẽ ſuam oſtendat laudabiliorem fuiſſe. Nam qui cauſam periculoſam: atq; difficilem defendit: hic ſine dubio uim magnã dicendi ſe habere demonſtrat. Habueras: Recte quidem incẽdium ĩcitaueras. In cauſa: .C. Norbani. Vĩ: Populi aduerſus cepionem concitari. Fugam: .ſ. factã ex foro. Lapidationem: Quia conſtat lapides coniectos fuiſſe in cõcionem: & inde tribunos plebis deturbatos. Crudelitatem: .ſ. Norbani tri. pl. Ingraui: Caſu Cepionis: In quem tribunus plebis populum concitauerat: q; amiſſo exercitu cum paucis ipſe fugiſſet. Lepidũ: Nam. M. manilius lepidus: quo tempore acta eſt cauſa. C. norbani accuſantis Cepionem: & ipſe e foro cũ cæteris lapidibus eiectus fuerat: qui bis cenſor: conſul: & pontifex Maximꝰ fuit: & princeps ſenatus aliquotiens fuiſſe legitur. ergo quia maximæ auctoritatis uir etat: & dignitatem ipſius contumelia affectam querebatur: plurimũ ĩde cõmodi accedebat ipſius cauſæ. Principeꝫ: Videlicet. M. Aemyliũ. .L. Cottam: & .T. diu: Hi tribuni plebis erant collegæ. C. norbani: & a Cepione: contra. C. norbanũ collegam appellati fuerãt: ut ſibi in periculo adeſſe uellent habebant enim poteſtatẽ tribuni a reo appellati intercedere quominus aduerſus eum ageretur: & ſi tribunus plebis aliquis alicui ciui romano diem dixiſſet: cæteri tribuni ple. appellati (erant enĩ decem) intercedere poterant: quominus ille dãnaretur. Dicit enĩ: cũ tribuni ple. appellati eſſent a Cepiõe aduerſus. C. norbanum accuſatorẽ eius: & illi ĩterceſſionẽ pararent: facta lapidatione: ui e foro eiecti ſunt: & hæc cõmoda Catullꝰ cõmemorat: quæ ipſe habuit accuſando Norbanũ: qui defendebaꝫ ab Antonio. .C. norbanꝰ: Qui harum rerum omniũ auctor fuerat: q; accuſauerat Cepionem. nam ut legiꝫ in hiſtoriis: Cepio damnatus eſt: cum magno tumultu populi romani: poſt auctionem factam ædium: bona omnia eius publicata ſunt: & horum auctor

fuerat.C.norbanus:q̄ turpiter amisso exercitu fugerat. Cum igitur accusaretur Norbanus a Catullo:Antonius sūma arte:& ui dicendi eum defendit.

Hic: In hac causa. Tu adolescens: Adolescentes solent esse: īmo sunt feruentiores ad turbandā rei.p.tranquillitatē.Cum igit̄ ageret aduersus seditionem:id ipsi non poterat non esse maximo decori: & e cōtrario senior cū sedicionem factam defenderet:id p̄ter dignitatem suam facere uidebatur.Iccirco dicit in causa magna cōmoda fuisse Catullo:summa autem incōmoda Antonio. Ego homo censorius: Ego qui censor aliquādo fuerā:& proseueritate censuræ debebam sedicioſis:ac turbulētis hominibus resistere. nunc contra uidebar eos defendere. Censor: Quia.M.Antonius censor fuerat:cū .L.Flacco:in qua censura nota sua affecerunt duroniū:q̄ de coercendis sūptibus legem abrogauerat. Seditiosum: Scilicet Norbanū. In hominis consularis: Idest Cepionis:q consul fuerat. Optimi ciues: Præterea equestris ordinis uiri huius causæ iudices erant:quibus p̄sentibus non uidebatur seditio posse defendi. Bonorum uiroꝝ: Qui omnes fauere uidebantur causæ Cepionis. Tenuis: Per exigua. Excusationis: Per exigua hæc est excusationis ratio:q̄ quæstorem suum defendebat: & tamen q̄uis tenuis: q̄ non ideo sedicioſum ciuē defendere debes:quia quæstor tuꝰ fuerat. Hic ego: In tot tantisq̄ difficultatibus huius causæ:in qua .C. norbanum defēdit: non dicam inquit: qua arte fuerim usus:quippe qui nullam habeo: qua iactari possim:sed quid pro consuetudine fecerim explicabo:ut etiam superiꝰ ostendit. Vos meam defensionem: Quia cum ego ante oculos meam defensionem posuero:uos postea in quacunq̄ artis parte uolueritis: eam reponetis. Omnium sedicionū genera: Cuius maiestatis ageretur in.C.norbanū: q̄ populū aduersus cepionem concitasset:Antonius ita defendit eum:ut ostēderet non omnem seditionem pernicioſam esse:sed multas plerunq̄ iustas:& rei publicæ utiles fuisse.Ergo hanc thesim pro argumento suscepit.i. infinitam quæstionem:ut ostenderet iustas sediciones: & non nunq̄ utiles fuisse ciuitati.Deinde ad hypothesim descendit.i.ad hanc certam causam .C. norbani:& ex illa traxit argumentum .Si ulla sedicio iusta fuit:& utilis: hic populi motus aduersus Cepioneꝫ iusticiæ plurimū præ cæteris habuerit.hoc enim est:quod superius dixit:primo uim:ac naturā rei esse ī omnibus causis antea considerandum:deinde ad specialitatem descendēdū:ut uerbi gratia. Si unq̄ sediciones ullæ iustæ fuerunt:& utiles:fuerunt autē p̄multæ: hunc certe motum iustissimū fuisse negari nō potest. Genera: Diuersitates. Vitia: Idest causas a p̄cedenti qđ sequit̄. Pericula: Casus sedicionum. Collegi: Congregaui:& ante oculos posui. Omniū seditionum: Quia multæ seditiones fuerunt: ut apud Liuium legimus.Sed duæ p̄cipue extiterūt memorandæ:quaꝝ prima facta fuit in sacrū montem:quodā sicinio auctore: ob fœneratorū crudelitatē:qui ī uinculis tenebant:quos nexos uocabant:sed hanc seditionem missus Agrippa cōciliauit:cum fabulam de corpore a cæteris mēbris dissentiente narrasset: & tunc.tri.ple. creati sunt. Sicinius: &.L. Albinius:qui tres sibi collegas optauere: quibus latio auxilii aduersus consules esset.& iam consularis potestas minui cœpta est. hæc prima fuit. Secūda

uero facta est: in Auentinum montem: Virginio concitante plebem aduersus decem uirorum superbiam: & p̄cipue Appii: Claudii libidinem. Diulius tri. ple. & Valerius deinde legem tulit: ne quis magistratum sine ꝓmulgatione crearet: eum qui creasset: occidi ius: fasq; esset. Diulius promulgauit: Si quis populum romanum: & magistratum sine ꝓuocatione creasset: tergo: capiteq; puniretur. Et hæ duæ seditiones præ cæteris cōmemorantur: quæ famosæ: ac clarissimæ fuerunt apud romanos: sed p̄ter has multas fuisse constat: hæ uero rei publicæ utilissimæ fuerunt: & iustæ. ideo non dubitamus has causas ab Antonio in causa. C. norbani fuisse recitatas. Tum: Deinde: ubi hanc quæstionem infinitam ita concluſit: fuisse seditiones non solum iustas: sed etiam utiles. Exigi: Ideſt expelli: Terentius. Expectandæ uobis: an exigendæ sint prius. i. expellendæ. Scimus enim: quo modo concitauerit populum: Brutus ille auctor libertatis romanæ. Deinde Valerius publicola: & Lucretius consules. Neq; tibi: Sine dissensione nobiliū. sicut paulo ante. primo Sicinius uir tribunitius: Deinde Virginius: quæ seditiones cō tra nobiles factæ sunt. primo aduersus fœneratores: qui ære alieno ciues opp̄ssserant. Neq; plebiscitis: Primo quidem a sicinio creati tribuni ple: Deīde aduersus consularem potestatē. Plebiscita: Dicebantur plebis statuta. naq; sciscere: statuere significat. ergo plebiscita: statuta plebis. Statuta autem plebis erant leges: quæ rogantibus tribunis latæ fuissent. Patronam: Quia si consules: aut alius quiuis magistratus plebem contra ius urgere uideret: poterat qui urgeretur: ad populum ꝓuocare: & id firmum erat: siue absolut9: siue damnatus fuisset. Patronam: Tutricem: ac defensatricem. Nam patronus dicitur: qui aliquē in periculo defendit. Cliens uero: qui defenditur.

Nobilium: Ideſt principum. Nam non solum nobiles dicuntur patricii: hoc est qui claro sanguine nati sunt: sed etiam plebei: quia nobiles dicuntur: fama: ac nomine clari sunt. Vnde etiam plerunq; nobilem appellamus eum: qui p̄ditus est ingentibus uitiis. At si ille: Cum multis rationibus hanc quæstionem firmasset Antonius: Deinde ad causam rediit: de qua agebatur: non nullas seditiones rei publicæ utilissimas fuisse. hanc uero iustam quoq; in eum: qui negligentia populi romani exercitum perdidisset. Ille: Supra memoratæ. Saluti: Q d̄ creati fuissent tri. ple. & īminuta potestas consularis: quæ tantū imperii habebat: ut nulla spes esset libertatis. Mot9: Minuendæ causæ dixit. Seditio enim est plus: q̄ motus. Fraudem: Pœnam.

Q d̄ si unq̄: Concludit: si unq̄ seditio fuit iusta: ꝓfecto hæc iustissima fuit: qua Caius populū romanū cōtra Cepionē cōmouit. Illa: Scilicet causa. C. Norbani. Id quod docebam: Multis rationibus confirmauit superius populo romano sæpissime concessū esse seditiones concitare. Tū oē:

Postq̄ uidi semel auditor4 animos mihi fauere: Cœpi inquit exagerare crimen Cepionis: q; amisso exercitu populi Romani: turpiter fugisset. Interitum: Quia amissus erat exercitus: cum aduersus cimbros pugnaret. Et eorum dolorem: Quia cōmemorabam multos: qui occisi fuissent in illa fuga: & quibus poteram uerbis lachrymas auditoribus concitabam. Refricabam: Incendebam: & renouabam: & est transiatio ab ulcere: quod si refricu

eris exacerbaꝫ dolor. Qui lugebant ſuos: Videlicet qui parentes: fratres: filios: ꝓpinquos ſuos in exercitu amiſſos lugebãt. Et animos: Et ecce qđ dixi: & optimi iudices erant. Animos: Scilicet incendebam: quia iudices erant huius cauſæ. Iudicia: Quæ tunc ipſi equites exercebant. In poſ ſeſſionem iudicii: Ideſt poſſediſſe eos: qui iudicia tractabant. Ipſi ab alie nati propter iudicia: quibus ſæpe agitatus fuerat Cepio a ꝓpĩquis: & cogna tis occiſorum. Quod ubi ſenſi: Nunc cum iam uideret concionem ferme omnem in lachrymas eſſe ſolutaꝫ: & cõciliatos ꝓpemodum auditoꝝ animos: oſtendit ſe ad aliud orationis genus contuliſſe: uidelicet cõmiſerationem: ubi multa de ſua in Norbanuꝫ neceſſitudine cõmemorauit. In poſſeſſionem: Exulceratis iudicum animis. Defenſionis: Ideſt conciliatis propemodũ populi animis: cum oſtenderem illum populi motum iuſtiſſimum: ac utiliſ ſimum fuiſſe in Cepionem. Exulceratis: Odio: & inuidia in Cepionem. Calamitate: Qđ uidelicet romanæ iuuentutis: nobiliſſimi cecidiſſent. Luctu: Quia lugebant ſuos in ea trepidatione amiſſos. Deſiderio: Quia deſiderabant amiſſos. Vehementi: Et atroci: quod fit per uer borum amplificationem: & uocis contentionem. hoc genus orationis initio ha buerat. Nam contentio per amplificationem eſt: cum uehementius: & acrius urgemus aduerſariuꝫ. Sermo per cõquæſtionem eſt: cum uoce remiſſa: & uer bis: & ſententiis mitioribus auditorem tentamus. Lenitatis: ad uocem. Et manſuetudinis: ad uerba: Et ſenſus orationis. Et nũc ĩcipit tractare il lud cõmiſerationis genus. Dixi pro meo ſodali: Qui mihi in liberuꝫ lo co eſſe debet. Sodali: Ideſt quæſtore meo. C. norbano. Nam maiores ho neſte appellauere ſodalem miniſtrum ſuuꝫ. & rurſus magna idulgentia ĩ mi niſtros: quos non ſolum ſodales: ſed etiam filios appellabant. Libeꝝ: Pro liberorum. Decernere: Decertare. Pro mea omni fama: Nam cũ tria ſint: quæ mortalibus cara eſſe debent: propria ſalus: fama: & diuitiæ: duas te tigit hoc loco. ſ. æſtimationem: & fortunã. Nihil mihi: Hic eſt ille cõmiſe rationis locus: in quo oſtendimus: quid nam mali nobis euentuꝫ ſit: niſi cau ſam obtinuerimus: quẽadmodũ hic facit Antonius. oſtendit enim in quanta moleſtia: & dedecore foret niſi ſodalis ſui cauſam obtinuiſſet. Aeſtimatio nem: Reputationẽ: ut ita dixerĩ: & bonã famam. hãc inquit: non mediocrẽ maculam mihi futurã: ſi nihil iuuare poſſem. C. norbanũ: qui mihi quæſtor fuiſſet. Turpius: Ignominioſius. Acerbius: Aſperius. Quã ſi is: Quã ſi ego: qui mei ipſius rationem non habuiſſem: & paratus ſemper ex titiſſem in amicis tuendis: uiderem nunc ſodalem meum a iudicibus cõdem nari. Si inquit ego ſæpe defendi eos: qui mihi alieniſſimi fuerant: ſed tamen ciues romani erant: nequeã. C. norbano: qui non ſolum ciuis romanus ſit: ue rum etiam ſodalis: ac tanta neceſſitudine coniunctus: opitulari. Alieniſſi mus a me: Hoc ideo dicit. Nam Antonius: quẽadmodũ legimus: cũ quæſtor mitteret in Siciliam: & Brunduſium uſq; pueniſſet: cognouit ex litteris ami corum: ſe incœſti accuſatum fuiſſe. Quare eueſtigio reuerſus eſt ad urbeꝫ ad cauſæ dictionem: & cum lege memia tueri potuiſſet: tamen maluit ſua ſe in nocentia defendere apud. L. Craſſuꝫ: cuiꝰ tribunal pro ipſius ſeueritate reorũ

scopulus appellabatur: q̃ beneficio legis uti. quæ nomina eor uetabat recipi: qui in magistratu essent. Alii tamen habent alienissimis: quod melius est: & tunc argumentum erit hoc modo. Si hoc impetraui: ut alienissimis a me: sed tamen ipsis ciuibus romanis auxilium ferrem: q̃to nunc dolore conficiar: si hoc idem in sodali meo mihi amicissimo facere non potero? Is: Scilicet ego talis. Aetate: Quæ iam ingraueſceret. Honoribus: Quib⁹ sæpe cum populi romani dignitate functus fuisset, s. consulatu: censura: p̃tura: & quæstura. Rebus gestis: Quas ego pro re publica susceperam: & susceptas strenue pegerã. Iusto: si pio: Post genus speciem posuit: sicut apud Virg. Quo iustior alter: nec pietate fuit: nec bello maior: & armis. Sic ĩ illa ip̃a:

In hac causa. C. norbani quid esset minuere maiestatẽ: quod artis esset etiã breuiter tetigi: quod autem consuetudinis magis est: q̃ artis: uidelicet cõmen dare Norbanum populo romano per cõciliationem: & concitare auditorũ animos per amplificationem: in eo plurimũ moratus sum. hoc loco ostẽdit: quod superius dixerat in causa diffinitiua: puerile est uocabuli uim: & naturam diffinire. at uero augere: & amplificare: id ꝓprium est oratoris: & uim maximam habet ad defendendũ quod quisq; uoluerit. De lege Aquilia dicerẽ: Quia id puerile uidebatur uerbis diffinire: quid esset lædere maiestatẽ. Nã Apuleius legem tulit: ut capitis damnarentˇ hi: qui maiestatẽ ciuitatis minuissent. Explicarem: Ostenderem per diffinitionẽ. Perstrinxi: Succincte tractaui. His duabus: Scilicet cõciliando: & mouendo: quia iã diu hoc agit Antonius: ut tria genera ꝑsuadendi ostendat. s. conciliare: mouere: & docere. Cõmendationẽ: Scilicet cõciliando. Concitationem: Mouendo.

Quæ minime: Ideſt de q̃bus rhetores: qui dicendi præcepta tradiderũt semiplene dixerunt. Vt & acerrimus: Ecce q̃ breuiter duas illas partes perstrinxit. s. cõciliandi: & mouendi. Acerrimus: Quãtum ad alterã partẽ: quæ concitatio dicitur: uidelicet mouendo. Renouanda: Ideſt quod superius dixerat: refricando. Moribus: Conciliando auditor⁹ beniuolentiam erga me: uidelicet cum ostenderem me pro cõsuetudine in ea defendisse amicos: & necessarios: & conciues meos. Ita magis: Et ita concludit hoc mõ: o Sulpiti uicimus accusationẽ tuam: quam ĩtenderas aduersus Norbanum: auditorum animos diuersis affectibus uersando: magis q̃ docendo. Iudices enim probe causam nouerant: ut doceri non esset opus. Affectis: Duplici ratione. Nam affectus dicitur omnis animi motus: Vnde etiaꝫ græci πάθος appellant: quod si latine exprimere uolueris ꝓprie passionem appellabis: ergo affectis. i. ĩdignatione aduersus Cepionem: & cpmmiseratione aduersus me ipsuꝫ. Hic Sulpitius: Nunc Sulpiti⁹ respondens Antonio: affirmat simul nunc: & admiratur quomodo illam causam. C. norbani aduersus tantum ĩcẽdiũ obtinuerit. Hic: Tunc. Vere hercle: Nihil abs te falsum narratũ est. omnia uera esse testificor: quippe qui experiendo ita esse cognoui. Nihil unq̃ ex his fuit quæ egerim: uidelicet ĩ foro: quod mihi ita nescio quo pacto elaberetur: cum illũ ꝓpemodũ damnatum esse crederẽ. Elaberẽ: Ideſt fugeret. Cum enim quemadmodũ: Incipit nunc Sulpitius narrare: quæ in Antonio circa agendam causam Norbani admiratus fuerit: cũ ea ille inue

nit:quæ a minori cura ad maiorẽ metũ animos iudicũ traduceret. Qd .i.quale tuum principiũ:& cætera: Cum mea inquit actio in.C. norbanuꝫ inſtar incendii uideretur:potius:q̃ iudicii:ĩcredibile eſt quantum in ipſo ora tionis ingreſſu oĩum animos excitaueris:qui ſuſpicionem interduꝫ faciebas maioris periculi.nonũq̃ ſuſpendendo orationẽ:admonebas iudices ne abſoluẽ do Cepione populum damnarent:& pleraq; eiuſmodi. Principium: Ex ordium. Dii ĩmortales: Admiratiue dixit:non exclamatiue. Quis ti mor: Qualis timor : quem ſimulabat cum diceret: uereri ſe:quo nã illius cauſæ iudicium euaderet:in quo maius aliquid ageretur:q̃.C.Norbani ſalꝰ.

Dubitatio: Quis exitus iudicii futurus eſſet: in quo factum populi ro mani cum Norbani cauſa cõiungeretur: quaſi temeritatem populi timeret.

Tractuſq; uerboꝝ: Ideſt uerboꝝ interualla:quæ ſimillima ſunt dubitãti & p̃cauenti periculum. Tum: Deinde. Quod tibi: Ideſt tibi unuꝫ re lictum erat.quia quẽadmodum & ipſe ſuperius dixit: hoc in illa cauſa tantũ modo honeſtum erat:ut diceret:ſe pro homine quæſtore: & amico cauſam di cere. Quam uiam: Scilicet q; pro neceſſario diceres: primo quidem uiaꝫ quandam feciſti. Ecce autem: Sed cum iudicibus ꝑpemodũ ꝑſuaſiſſe ui dereris:ut tibi ignoſcerẽt:ut pro.C. norbano diceres:& ſi ſedicioſa: ut illi pu tarent.uiro tamen tibi neceſſitudine deuincto: Cœpiſti ſenſim ad cauſam ĩ gredi:& cum cæteri nihil aliud ſuſpicarẽtur:& ego:qui te noſſem:ſuſpicarer iam tum te aliud agere:nihil me fefelliſti.Nam populi romani iracũdiam iu ſtam:& debitam eſſe oſtendiſti. Serpere: Ideſt latenter ingredi. Occul te: Ideſt clam:ac pedetẽtim.& bene addit occulte:ut oſtenderet Sulpiti⁹ hãc orationem Antonii fuiſſe cõpoſitam maiori artificio. Nihil: Quia noue ram cõſuetudinem tuam:& primum id me iam ſuſpicari faciebat illud futu rum:quod poſtea euẽtus docuit:ut omnia:quæ dicerentur a Norbano facta: ad populũ tranſferres. Arbitror: Vnum eſt ex his uerbis:quæ apud anti quos cõmunia fuerant.nunc autem apud nos deponẽtia ſunt. Serpere: In ſinuare ad cauſam. Meritã:ac debitam: Bene dixit.nam quod quiſq; me retur:id ei debetur. Qui locus a te p̃termiſſus eſt? Quaſi dicat nullus.

Odio: Scilicet flagitii in fuga. Inuidia: Audaciæ ĩ repetenda patria. Nam primo quidẽ odium illud concitare poterat:q; turpiter fugiſſet:ſed nõ minus inuidiæ:q; amiſſo exercitu ſe in patriam recepiſſet. Miſericordia: In.C.norbanum:qui cum antea tri.ple.populo affuiſſet:ipſe: ut iuſtã iraꝫ ulciſceret:nunc ab amicis deſeratur. Miſcuiſti: Mixtũ tractaſti. Neq; ſolum. Et hoc nõ ſolum feciſti in cõfirmatione:& confutatione:uerũletiam ĩ teſtibus:quos refellere ſtudebas ĩ his:quæ aduerſus eos dicebas: plena odii: & inuidiæ in Cepionem:& miſerationis in.C.norbanũ. Nam hic Scaurus te ſtis productus in.C.Mẽmium:&.M.Flauium repetundaꝝ: & in.C.norbanũ maieſtatis nihil omnino ꝑfecit:q̃uis magnæ uir auctoritatis eſſet: & religio nis:qua præ cæteris p̃ditus eſſe uidebatur. Refellendo: Scilicet rationi bus.Neq; enim negabas:quod negari non poterat. Nam.C.norbani tri. ple. concione ſeditionem factam eſſe concedebat:cum populus merito ſuccenſeret Cepioni:q; cum amiſiſſet exercitum:ipſe turpi fuga euaſiſſet. Quæ cum

abs te: Hæc omnia:quæ in cauſa illa perfeciſti:cuꝫ abs te paulo ante exponerentur:eam mihi uim habere uidebantur: ut ſatis haberem ſic ea declarari: nec p̄terea artificiū aliquod deſiderarem. Ipſam iſtā: Videlicet poſſe hæc efficere:uel ſcire:aut uſu:aut exercitatione mihi ſatis magna doctrina eſſe uidebatur.

AT QVIA: Quandoquidem inquit Antonius hæc uobis cōprobantur: quæ dixi:cætera ꝓſequamur:quæ ſuperſunt:ut intelligatis omnia:quæ nos uſu potius:& exercitatione quadam facere ſolemus.quaꝫ artificio. Et eſt undecimuꝫ caput: quo modo ſint affectus ab oratore tractandi:& qua ratione ī generari auditorū animis poſſint paſſiones:quæ παθη a græcis appellātur. Poſtremo ponit:quæ cōciliandorū:& cōcitandoꝝ animoꝝ cōuenientia ſint:& differentia.Nam p̄cipientis illud eſt potiſſimum docere: non modo quid ſit faciendum:ſed etiam quomodo quicq; ſit faciendum. Et primum quideꝫ conſiderare. Prima quidem pars eſt:ubi docet duo tempora eſſe: in quib⁹ auditorum animi cōmouendi non ſunt. Vnum tempus: cum adeo exilis eſt res:de qua agitur:ut uerbis extolli non poſſit. Alterum cum animi iudicuꝫ adeo a nobis alienati ſunt:ut nulla poſſint oratione moueri. Atqui: Dixit docendos:conciliandos:& mouendos eſſe auditorum animos: & de primo quidem præcepit:ubi dixit:quemadmodū docere poſſimus auditoꝝ animos īcōfirmāda cauſa noſtra:& refellenda aduerſarioꝝ.Deinde dixit duo reliqua eſſe.ſ.conciliare:& mouere. Hactenus quibus in cauſis faciendum ſit declarauit.Nunc autem quomodo id fieri poſſit p̄cipere inſtat. Spectare: .i.maxime ſolemus probare: ut Cicero in hortenſio. Non igitur philoſophi in ſingulis uerbis ſpectandi ſunt. i.probandi. Docuit enim iam nos longa uia:

Et hoc ſicut cætera uobis oſtendam:non qui ea artificio quodam pceperim: ſed uſu:& exercitatione:& re ipſa experiendo cognouerim. Vſus: Experientia. Tenerem⁹: Diſceremus. Et primum: Hic incipit primū hui⁹ capitis membrum:In quo dicit duo tempora eſſe:quibus tētandi nō ſunt auditoꝝ animi.Primum eſt cum exilis eſt cauſa:quæ uerbis amplificari non poteſt.Alteꝝ eſt cum auditoꝝ animi a nobis alienati ſunt:ut nulla oratione flecti poſſint. Faces: Quibus odiuꝫ: inuidia:ira:indignatio concitat. Paruis: Anguſtis:atq; exilibus. Animatis: Ideſt indignatis:alienatis a nobis hominibus. Flectendas: Quantum ad conciliandū. Animatis: .i. ita diſpoſitis. Irriſione: Si in re parua indignationeꝫ cōcitare uoluerim⁹: aut ſi ab alienatis auditoꝝ animis beniuolentiā cōciliare uoluerimus. Sic Cicero in arte ueteri.Nam ab alienatis:ſi perſpicue pax:& beniuolētia petatur: non modo non minuitur: ſed augetur: & inflāmatur odium potius. Tragœdias: Ideſt deteſtanda ſcælera:quæ ꝓprie ſunt tragicorum.Nam in eiuſmōi rebus tragœdia uerſatur. Tragœdias: Ideſt amplificationes criminum: qualia tragici tractari ſolent. In nugis: Ideſt in paruis:& exilibus rebus.

Conuellere: Tranſlatio ſumpta eſt a demolientibus aliquid: qui ſi mouere non poſſunt:multo minus euertere poterunt.& argumentum intendit. ſi auditoꝝ animi moueri non poſſunt:quomodo uincentur. Nam quoniaꝫ:

Probat quod ſuperius dixit. Dicit enim uere animos acriter infenſos non

esse solicitandos: sed tunc uidelicet cum tractabiles fuerint. Tractabiles autez erunt: si nihil dicemus quod eorum: qui audiunt animos offendere possit.

Apud quos agemus: Quia non semper apud iudices oram9: sed nonunq̃ apud populũ: nonũq̃ apud imperatorem: plerunq; apud senatum. Amor: Videlicet si beniuoli fuerint aduersariis nostris. Odium: Si oderint clientes nostros. Iracundia: Pari ratione. s. in malos. Inuidia: In potentes. Misericordia: In calamitosos. Spes: Cõmodi alicuius. Lætitia: parti iam cõmodi. Timor: Periculoꝝ. Modestia: Calamitatũ. Velle: & quoniam ꝓposuit amorem: odium: iracundiam: misericordiam: spem: & cætera: Nunc ostendit quo modo inuidia: amor: & singuli deinceps affectus ordine tractentur: quo proposuit. Sentimus: Prima hæc ratio est concilii andi auditoꝝ animos: si ostendemus uelle ea defendere: quæ illis grata esse intellexerimus. Apud quos agas: Et id est: quod Cicero percipit in arte: si quales fuerimus in eos: qui audiunt: ostenderimus. Si aut pro uiris: Sĩ pliciter: hoc est: si probitate p̃diti fuerint: aut certe si etiam cõmodo fuerint alicui ex his: apud quos causa agetur. Pro his: .i. qui sint illis cõmodo futuri: aut etiam iam fuerint. Hæc res: Videlicet pro illis laborare: q̃ sint boni: & illis utiles. Fieri non potest: si quidem audiuerint nos pro his dicere: quos bonos esse: & utiles sibi fore senserint: quin eorum beniuolentia: & amor nobis concilietur. Illa: Videlicet cum pro his laboramus: qui simpliciter boni sunt. Vtilitatis futuræ: Ad id refertur: quod dixit: qui illis boni sint: & utiles. Illa uirtutis defensio: .i. defendere bonitatem: hoc pertinet ad bonos uiros. nã si boni sunt: ex eo boni esse cognoscuntur: q̃ de re .p. aut de aliquibus priuatim bene meriti fuerint. Enitendum: Nunc ponit quõ a re ipsa: & clientibus nostris beniuolentiam auditorum cõparare poterimus: de re digna dicere. i. quæ non contẽnenda sit: aut de utili: quæ sit appetenda.

Eum: Clientem tuũ nunq̃ egisse aliquid sui cõmodi causa. Cui cõcilies: .i. cui hanc beniuolentiam cõpares. Ac omnino. .i. in omni actiõe sua nihil unq̃ ad suam utilitatem: sed ad cõmunem semper rettulisse. Inuidetur enim cõmodis: Et reddit causam: cur ostendere debemus: eam inesse clientibus nostris uirtutem: ut non suarum utilitatum: sed cõmunium rationem habuerit. Q d̃ si ipsum dixerimus: magnificũ: p̃stantẽ: gloriosum: ĩuidiam potius parerent. sed si solicitum: studiosum: industrium fuisse ostendemus: & hæc omnia ad cõmunem utilitatem accomodasse: tunc illum beniuolentia cõplectentur auditores. Dignitatem: Ne cõtemnatur. Vtilitatem: Ne negligatur. Nihil ad utilitatem: .i. nihil utilitatis causa fecisse. Moderandis: Vt studio moderato fuerit ĩ his: quæ ad se pertinuerĩt.

Videndum: Et hoc p̃cipit diligenter esse aĩaduertendũ: in quo plerique falluntur. Cum enim beniuolum auditorem facere uoluerint: nonunq̃ uirtutes eius extollere laborant: In quo solet inesse odium potius: & inuidia eorũ: qui audiunt: aut quia non credunt: aut si credunt: inuidere incipiunt: cum se talia consequi non potuisse uideant. Hoc: Videlicet ubi agitur de uirtute clientis: considerandũ est ne modum in extollenda eius uirtute transgrediamur. Diligi: .i. quibus beniuolentiam ob benefacta eoꝝ cõparare uo

luerimus. Cū maxime inuideri: .i.haberi maxima ſolet inuidia. Atq; iiſdem: Incipit nunc de odio dicere:quo modo poſſim9 ī aduerſarios noſtros odium cōmouere.Nam qui locos inquit tenuerit: quibus a ſe odium repel lat:tenere eos etiam poterit: quibus in aduerſarios concitet: & recte quidem: Nam eadem eſt contrariorū diſciplina. Iracundia: Cōcitanda:ſi oſtenderi mus aduerſarios noſtros propria ſpectaſſe cōmoda:& non cōmunia.ſedanda: ſi contra demonſtrarimus:nos ſemper utilitatis cōmunis: non noſtræ rationē habuiſſe. Nam ſi: Et probat tandem eſſe rationem ſedandi:& cōcitandi odii.Nam ſi uolueris inquit odium cōmouere contra aduerſarios: opus ē: ut pernicioſum aliquid:& inutile augeas. quod dicas ab aduerſariis tuis eſſe cō miſſum:ſicut e diuerſo in beniuolentia cōparanda oſtendebas id defendere: quod ſalubre eſſet:& utile auditoribus. Pernicioſum: Exicioſum: pericu loſum. Inutile: Rebus eorum:qui audiunt.hæc inter ſe differunt: Na3 p nicioſum:ad ſalutem corporis pertinet.Inutile ad res externas. Augens fa ctum: Per amplificationem exagereſ:quod in bonos deliquerint aduerſarii in eos:in quos minime quiſq; debuerit:ut ī parentes:in cognatos: in amicos: Cum enī dicimus aduerſarios noſtros:aut bonis uiris iniuſtos fuiſſe:aut ami cis perfidos:abominātur omnes. Si non tam acerbum odium: tamen aut inuidiæ:aut odii:non diſſimilis offenſio: Nā ſignificat.na3 ex īuidia odiū. ex odio ira naſcitur. Nō diſſimilis: Iræ:ſiue odio:quod concitatur ex ad uerſariorum iniuria:uel cōtumelia in eos ipſos:qui audiunt.Hactenus de ira cundia.Nunc de timore dicit:qui plurimū ualēt ad cōcitandos auditorū ani mos.Timor inquit ſimiliter ex propriis:& cōmunibus periculis excitat.Sed propriis.i.qui de propriis rebus eſt:interior eſt: quia uidelicet altius inſidet. hic quoq; cōmunis:ſcilicet timor:ad eandem ſimilitudinē perducendus ē: ut ſicut īiuria propria acerbior eſt:q̄ cōmunis: ita timor de priuatis rebus uehe mentior ſit:q̄ de cōmunibus.q̄uis enim ille magis moueat:hic tamen non diſ ſimiliter mouet. Par:atq; una ratio eſt ſpei:lætitiæ:moleſtiæ: Quia ſimi liter bonis propriis:atq; cōmunibus mouentur. Contra uero malis item pro priis: & cōmunibus mouetur moleſtia. Eſt autem futuri boni ſpes: præſen tis lætitia:ſicut mot9 futuri mali.moleſtia:ſiue dolor :præſentis. Par atq; una ratio: Par quantitas eſt. una qualitas: ideſt ui: & ſimilitudine eadem.

Lætitiæ geſtientis: Videlicet:quæ conficitur ex bonis p̄ſentibus: nā ſpes futurorū eſt:ut diximus:ſicut timor malorū.de huiuſmodi affectibus plenius in tuſculanis quæſtionibus tractatur. & nos ibidem plura in medium duxi mus:quod in noſtris cōmentariis uideri licet. Sed haud ſcio: Cū de mul tis affectibus tractaret:qui ſolent:ac debent auditorū animis īgenerari: ut eos ad cōmoda cauſæ noſtræ trahamus:dicit omnium maximam eſſe inuidiam: ſiue incitanda contra aduerſarios fuerit:ſiue incitata iam ab aduerſariis ſedā da nobis.Et oſtendit quibus ī perſonis maiorem uim īuidia habere conſueue rit:& quo pacto īcitetur:ſi nō fuerit:aut ſedetur:ſi iā exuſictata ſit. Haud ſcio: Ac ſi diceret dubito. Acerrimus: Ideſt aſperrimus omnium. Sit ea: .ſ.īuidia.i.dubito an maiori uehementia:uiq; dicendi opus ſit ad īcitā dam īuidiam:q̄ ſi excitata fuerit ad ſedandam.Non minus enī laboris habe

bit orator in ſedanda inuidia:ſi contra clientem ſuum incitata fuerit:q̃ ĩcitã da contra aduerſarios:ſi eos in odium ducere uolemus. In ea cõprimenda: Silicet inuidia:ſi aduerſus nos incitata fuerit. Excitanda: Contra aduerſarios noſtros:ſi nulla fuerit. Inuident autem homines: Dicit autẽ in uidiam ſolere uim maximã habere inter pares:ſed nonnũq̃ inuidia ſolet eſſe aduerſus inferiores:cũ p̃ſertim illi uidebuntur ab inferiori gradu ad ſupremũ euaſiſſe. & hoc contra opinionẽ eorũ:qui exiſtimant inuidiam tantũmõ dici debere inter impares. Paribus: Inter pares potiſſimum ſolet eſſe ĩuidia. Aut inferioribus: .i.cum ſe uictos eſſe ſentiunt ab his: qui erãt ĩferiores.& eſt tranſlatio ſumpta a curſoribus:quorum qui tardiores ſunt:a uelocioribus relinquũtur. Relictos: Ideſt ſuperatos dignitate: & fortuna. Illos: Inferiores. Euolaſſe: Viciſſe. Inuident ſæpe: Sed non ſolũ paribus:aut inferioribus:ſed etiam ſuperioribꝰ ſæpe uehementer inuideri ſolet. Eo magis: Ideſt acrius: & hæc maior inuidiæ cauſa: ſi qui ſuperiores fuerint oſtentatione:ac iactantia quadam glorientẽ:& neminẽ ſibi æquales patiantur. Se iactant: Ideſt oſtentant arrogantius: ut eorum arrogantiam tolerare nemo poſſit. Aequabilitatem: Videlicet ut non contenti æquo iure cum aliis uiuere: plus aliquid aliis habere uoluerint. Dignitatis: Ad induſtriam. Fortunæ: Ad externa bona magis ſpectat. Quæ ſi in flã manda: Quid igitur faciendũ erit oratori:cum hæc p̃ſtantia dignitatis:& formæ uidebitur ineſſe aduerſariis noſtris:ſi incitare in eos uoluerimus audi tores? Inflãmanda: Si inflamatione.i.concitatione utendum eſt:dicemus dignitatem illam:non uirtute:ſed diuitiis potius eſſe cõparatam. Vitiis: Videlicet rapinis:aſtutia:calliditate:dolis:quæ omnia ſolent pleruuq̃ maximas opes acquirere. Vitiis: Q d̃ eſt acrius. Tum: Si poterimus ĩqt oſtendere fulgorem illũ dignitatis:& fortuuæ cõparatũ eſſe uitiis: plurimũ ualebit ad concitandã in aduerſarios noſtros inuidiã.q̃ ſi honeſtæ adeo erũt: ut reprehendi non poſſint:tunc dicemus eos inſolentes:maioremq̃ eorũ eſſe ſuperbiam:q̃ benemerita. Honeſtiora: Videlicet ſi bona uirtutis erũt: & ĩgenii:quæ plus grauitatis:& auctoritatis habẽt. Grauiora: .ſ.q̃ ſint bona fortunæ. Ad ſedandum: Sed ſi ſedare uoluerimus inuidiam:clientes noſtros e contrario dicemus:ſi quid gloriæ habebũt:eũ ſũmo labore: ſũmaq̃ induſtria comparaſſe. Illa: Videlicet uirtutis: & ingenii bona. Deinde cum ad hanc dignitatẽ ueniſſent:non qd̃ a nõnullis plerunq̃ fieri uidemꝰ: ſuorũ tantuũ bonorũ:& utilitatis: uerũ etiam cõmunis oĩuũ cõmodi rationem habuiſſe.& cum oſtenderimus hoc inſtitutum eſſe clientum noſtrorũ: facile ĩuidiam:ſi qua fuerit:lenire poterimus. Collata: Et id eſt:quod magnam gloriam conſecuti ſunt:quia hæc ſua bona ſemper contulerunt ad aliorũ cõmoda potius:q̃ ad propria. Tamen &ſi ea non ſit iniqua merces: Scilicet gloria q̃uis merces ſit periculi non contemnenda:nunq̃ ea tamen oblectatos fuiſſe:quin etiam ab ea quãtum potuerint ſe abdicaſſe dicemus. Omninoq̃ p̃ficiendum eſt. Et illud inquit p̃cipue oratori faciendũ eſt: ut opinio illa gloriæ:quæ de clientibus noſtris habetur: quantum fieri poſſit:minuatur. Naturale enim quodãmodo eſt: ut ſemper magnis uiris: magniſq̃ rebus in

uideatur. Inuidetur autem. Quoniam pars maior hominum hoc ĩuidiæ uitio laborant: ideo dixit: ꝓuagatum. Præstanti: Meliori: & altiori fortunæ. Minuatur: Vt si dicamus. Non est ita iudices: ut uulgo arbitrañ: beata ꝑstantium uiroꝝ uita. Nam si quis intueri posset curas: & solicitudies: quas quotidie patiuntur: facile intelligeret molestiæ plenã esse: & hoc quãtũ quidem ad conciliandos auditoꝝ animos pertinet. Iam uero misericordia: Nunc præcepta misericordiæ mouendæ tradere incipit. Plurimum inquit confert ad misericordiam cõmouendam auditoribus: si ostẽdere possum⁹ his calamitatibus affici clientes nostros: quibus aliquãdo affecti sunt hi: qui audiunt. Is qui audit: .i. auditor: ut si quis aqud. Q. metellum diceret restituendum esse Ciceronem. Nam & ipse metellus ex ciuitate pulsus fuerat: deinde sũma laude reuocatus. si quis uellet misericordiaꝫ cõmouere diceret: Scis Metelle omniũ æquissime iudex quanta fuerit Ciceronis iniuria: qui & si bene de re. p. meritus fuerat: patria tamen caret: quam de pernicioso⁹ manibus eripuit. quanta ꝑter dignitatem: ꝑterꝙ meritum suum incõmoda perpessus sit: nõ opus est oratione prosequi. satis superꝙ satis expertus es ipse huiusmodi casum: & indignitatem. Vt illa: Vt in deplorãda alterius miseria suæ ipsius reminiscatur. & propterea uehementius cõmiseretur: ꝑsertim si talia cũ dolore ꝓnuncientur. Nam calamitas grauior æstimatur: si uirtus cõtumelia indigne affecta ostenditur. Singuli: Quicunꝙ illi fuerint. Accipiãt: Idest grauiter audiantur. Si dolenter: Nam oportet orationem nõ uerba solum habere plena misericordiæ: sed ipsam quoꝙ uocem remissam: ac lenem: & una cũ rebus ꝓnunciatio cõueniat. Afflicta: Debilitata. Vt illa: Sensus breuis. Quẽadmodum inquit leni oratione utendum est: cũ uirtutem cõmendamus: ita uehementi oratione: cum uitia insequimur. Speciem: Imaginem. Lenis: Ipsis uerbis. Sũmissa: Ipsa uoce. Cõmouendos: .i. perturbandos. Intenta: Opponitur leni. Vehemens: Opponitur submissæ. Sed est quædam: Vidistis quomodo præcepta Cicero tradiderit: & cõciliandi auditorum animos: si forte nobis infesti fuerĩt: & exusitandi: si aduersariis nostris beniuoli esse uidebunt. Nunc docet esse quoddam genus orationis: quod ex utroꝙ conficitur: & cõtentione uidelicet: & remissione orationis: in quo dissimilitudo quædã inest: quam nemo facile dignoscere potest. Sensus est. Cum inquit: lenitati acerbitas: & acerbitati lenitas ꝓmiscentur: dissimile quoddam ex diuersis generibus orationis nasciť: quod non facile discerni potest: Lenitate: .s. orationis genus cõciliãdi. Vehemens: Scilicet orationis genus concitandi. Difficilis: Cum alteꝝ alteri permiscetur. ut lenitati: acerbitas: & acerbitati: lenitas. Nã & ex illa leni. Cum auditoꝝ animos cõciliamus nobis. Ad hanc uim acerrimã: .i. ad asperrimam contentionem dicendi. Vim: Vehementiam: qua auditores cõcitamus. Influat oportet: .i. necesse est: ut nonnihil acerbitatis huic lenitati cõiungatur. Ex hac ui: .i. uehementia: & contentione orationis: cũ auditoꝝ animos nobis cõciliamus. Inflãmandum: Incitandum. Animi aliquid: .i. adaliquid ĩpetus: & spiritus. Neꝙ est ulla: Diuersis modis idem dicit: quo intelligatur: ne forte obscurior nõnullis uideať. Neꝙ

est ulla: .i. nulla magis ordinata: & cōpositā oratio est. Asperitas contenti onis: Ideſt acerbitas acrimoniæ: quæ in uoce consistit. Humanitate: Le nitate ipsius oratoris. Remissio: Alia pars: qua cōciliamus auditoꝝ aīos: & leni oratione utimur. Grauitate: Asperitate: quæ potissimum in uoce consistit: ut diximus. In utroq; autem genere: Hoc dicit: in utraq; orati one: & leni: & citata: debemus tardius aggredi principia: exitus uero continē ter: ac prolixe tractare. Vis: Orationis. Contentio: Vocis. Et hoc: In illo genere: quod est cōmouendi: & in hoc: quod est cōciliandi: dixit pluri mum ualere mores. Et principia tarda sunt: Ideſt pedentim inquit debe mus subire prīcipia: & cū ea subierimus: continēter: ac ꝓlixe tractare. Spis si: Densi: Vt uirgilius. Scrobibꝰ superabit terra repletis: Spissus ager. i. dē sus: nonnūq; tardum: ut apud Plautum. Spissum hoc est amanti dicere ueni et: nisi uenit. Producti: Prolixi. Nam neq;: Reddit rationem: quia simulac orationem exordiri cœperimus: non statim ad cōcitandos: siue conci liandos auditorum animos accedere debemus: sed pedetentim demum rebus ꝓpositis: quæ ꝓpria sunt causæ: ad utrūq; uiam quandam facere debemus.

Abest enim: Ratio enim uel concitandi: uel conciliandi: nihil ad causam pertinet. Nam extra causam sumitur: uel a moribus: & uita: si conciliare: uel a superbia: & opibus: si concitare uolueris. & ideo his in exordio supsedemus: quia auditores in ipsius orationis exordio audire cupiunt: quod ad causam pertinet: deinde ad cōmouendum: & cōciliandū accedere debemus. Quod: Ideſt causam. Causa enim proprie est iudicum: in qua omnis eorum animus intentus est: ut causa cognita iustius iudicare possint. Non enim: Nō enī ita se habet cōciliatio: & concitatio: sicut argumentum. Nam si hoc fuerit ab oratore propositum: facile ab auditoribus percipitur: ut ab illo ad alterū trā sire possis. Simulatq; positum est: Ideſt cum primum positum fuerit.

Alterum: Scilicet argumentum secūdū: quia alter semper dicitur de du obus. Positum est: .i. posito uno argumento aliud sustituitur: & deinde tertium. sed non ita utrunq; misericordia. s. & inuidia concitari potest. Si mulac intuleris: .i. simulac introduxeris. Argumentum: Cōfirmat. i. ratio probat id esse uerum: quod proponitur in argumento. uere inq; nō est eadem ratio docendi: ac mouendi. In illa enim ubi inquit argumentum ꝓpo sueris: & ipsius rationē subiunxeris: ita animis auditorum inhæret: ut diuelli non possit. Emissa: Pronunciata. Adhæresci: .i. infigitur. Illud autem genus: At uero conciliatio: & cōcitatio infigenda est penitus: & diu ī ea īmorandum est. Illud: Scilicet cōciliandi: & concitandi. Non cogni tionem: Non quemadmodū inquit in cōfirmando doces auditoꝝ animos: ita in concitando: & cōciliando docere oportet. sed opus est maiori quadā ui: ut non doceas solum: sed etiam animos eorum permoueas. Quam: .s. ꝑ turbationē. Multa: Longitudine orationis. Varia: Sententiis. Co piosa uerbis. Subtili: Artificio. Contentione: Acrimonia: & pseuerā tia: & uocis elatione. Breuiter: Ad docendum pertinet. In quo: .s. cō mouendo. i. ubi auditoꝝ animos moueris sūma rei cōsistit: satis est ad obtinē dam causam. Iam illud. Sensus est. Ex quibus locis: uel docēdo: uel cōci

liando:uel concitando:cauſa defenditur: iiſdem etiam ex contrario ſumptis ipugnari poteſt.ſed alia eſt argumentationis reꝑhenſio: & alia auditoris: uel conciliati:uel cõcitati refutatio.Neceſſe enim eſt: quemadmodũ in cõmouendis:ita in conciliandis maiori quadam ui orationis:quæ etiam ſuam habet reꝑhenſionem.i.cõfutationis rationem. In contrarias partes: Ideſt per contrarium ſumendo.Nam oppoſitorum eadem ratio eſt:ut qui ſcit quibus rationibus auditor ſi ſedatus fuerit perturbeť: idem non ignorabit quo naꝫ modo:etiam ſi perturbatus fuerit: ſedetur: quãq̃ prius illud uideatur eſſe difficilius. Illud perſpicuum: .ſ.manifeſtum eſt. Omnium: Scilicet docendi:cõciliandi:& concitãdi. Cõtrarias: In refellendis aduerſariis. Ex iiſdem: Videlicet ex quibus locis aduerſarii cõfirmauerint:ex iiſdem per contrarium infirmes. Sed argumento: Poſtq̃ de tribus generibus dixit perſuadendi.ſ.de cofirmatione: quæ tribus generibus conficitur: docendis:conciliandis:& perturbandis auditorum animis: conſequenter de cõfutatione dicere incipit:quomodo refellere poſſumus dicta aduerſariorum. Eſt autem reprehenſio:per quam argumentatio aduerſarioꝝ:uel diluitur:uel infirmatur: uel infringitur.Primo docet quomodo infringatur:cuꝫ ex his: quæ aſſũpta ſunt non conceditur aliquid unum:plura ue:aut cum argumentum ipſum aliqua ex parte uitioſum eſt:aut cum his conceſſis:quæ aſſumpta ſunt argumentum ex his fieri negamus.Poſtremo:cum aduerſus firmam argumentationem aduerſariorum æque firmam:aut firmiorem opponimus. Sed argumento. Quando ex his:quæ aſſumpta ſunt ab aduerſariis:non cõcedendum eſt aliquid unum:plura ue. Conſequens: Ideſt quando ex his cõceſſis negamus fieri id:quod in concluſione ponitur. Illa uero: Sed illa duo genera perſuadendi.ſ.in cõciliando:aut mouendo. Illa: Scilicet argumẽta:ubi conciliamus auditoꝝ animos. Leniter: Quia cum conciliare uolumus:remiſſa:ac ſuaui uoce opus eſt. Vehementer: Videlicet argumenta: quibus animus auditoris uehementius agitur. Contrariis: Quia ſi ab aduerſariis noſtris perturbatus fuerit auditorum animus in nos:aut in clientes noſtros:e contrario ſedari debet: ꝙ ſi ab aduerſariis noſtris propicius eſſe uidebitur: rurſus alienare tentabimus. Efferenda ſunt: Idem minuenda.Nam dicimus & effert illius uirtutes: & fortia facta.i.euehit:& extollit ab humiliori gradu ad altiorem.Et rurſus effert eleuat:minuit: quaſi extra fert:hoc eſt euacuat:ut ſi uas eſſet liquoris plenum:& inde extra duceres:euacuares:& minueres.ergo efferenda extra ferenda:minuenda:& euacuanda:alibi tamen legitur inferenda. Tollatur: Auferatur: ubi beniuolos auditorum animos uideris aduerſario tuo odium pro beniuolentia ingeras. Vt miſericordia: Et ubi uideris auditorum animos ad miſericordiam aduerſariorum inclinatos eſſe:inuidiam pro miſericordia ſubiicias. Suauis autem eſt: Dicit autem in his generibus cõciliandi auditoꝝ animos plurimum prodeſſe urbanitatem:ut qui urbanus fuerit:& facetus: hoc eſt orationis feſtiuitate ad mouendum auditoꝝ animos promptus:hic plurimum ualere poterit in conciliandis auditoribus.& ita occaſione capta Cicero de facetiis dicere ĩcipit:qui totus locus difficillimus eſt:ſed quẽadmodum difficillimus:ita & ſu

auiſſimus. Iocus: Riſus. Facetiæ: .i.ſales. Quæ etiaꝫ ſi alia: Sen ſus eſt. Etiam ſi alia huius rhetoricæ p̄cepta arte concādaṫ conſiſtere: quod ad facetias: & ſales p̨tinet: id certe ab arte penitus remotū eſſe affirmaueriꝫ: quia non concedit: ut dictum eſt: artem plenam eſſe rhetoricā. Etiaꝫ alia: Quæ ad hanc facultatē p̨tinent. Naturæ: Quia nullā ſibi parteꝫ ars uen dicat. Longe: Valde: quod ſuplatiuo iungiṫ. Quo magis? O cæſar inquit: Tu mihi uel concedis: nullā artem eſſe urbanitatis: aut certe artem eſſe e cōtrario dicis. Si mihi concedis artem non eſſe: de hac nihil eſt opus di cere. Nam quæ natura cōparanṫ: ea nulla arte continenṫ. Si aūt artē eſſe con ceſſeris: quādoqdeꝫ tu præ cæteris urbanus es: Nos: quæ de hac præcipi po teſt: docere incipies. Et hac complexiōe utitur: ut negare non poſſit cæſar: quin ſi in arte facetias cōſiſtere dixerit: de ea dicat. Tua: .i. ad te potiſſi mumꝫ pertinet.

EGO VERO INQ VIT: Tertiū decimuꝫ caput eſt: In quo diſputa tiōis partes de facetiis cæſar ſortitus magnā in eis uim īeſſe: uel ad hilarita teꝫ oratōis: uel ad laceſſendos aduerſarios oſtendit. Huius capitis prima pars continet: facetos hoīes natura potius: q̄ arte eſſe: Quod ab enumeratōe par tiuꝫ p̨bat: hoc modo. Duo ſunt genera facetiaꝝ: Vnuꝫ quidē p̨petuū: Alteꝝ uero conciſuꝫ: Sed neutꝝ arte præcipiṫ: igiṫ naturale eſt. Reſpōdet cæſar An tonio: Qui hoc ipſi attribuerat: ut cæteros hoīes in eo genere excelleret: Pe tebatq; ab eo: ut uel ſibi teſtis eſſet: nullā facetiaꝝ artem eſſe: Vel ſi artē eſſe contēderet: eam ipſe cum oīuꝫ præſtātiſſimus eſſet: p̄ſentibus oſtenderet.

Ego uero inquit: Facilius eſſe dicit de quauis re: q̄ de ratiōe facetiaruꝫ diſputare: quādo quidē arte contineri non poſſunt: ſed natura facetiæ com prehēdunṫ. Facetius: Alii legūt .i. facetum magis. Ab hoīe non in ur bano: .i. ab hoīe non īſulſo. Itaq; : Et dicit ſe hoc exp̄ietia didiciſſe: nul lam de facetiis artem tradi poſſe. Cum inquit adoleſcēs in libros quoſdā inci diſſeꝫ: quoꝝ titulus erat de facetiis: ſperaui me aliqd ex his conſequi poſſe: ſed cum illos legiſſem: multa quidē in his ridicula eſſe p̨cepi: ſed tamē nulla facetiaruꝫ præcepta inueni. Itaq; : Quia diſputari non poteſt de facetiis.

Non nullā: .i. aliquā ſpem. Inſcriptos libros: .i. quoꝝ īſcriptio erat: de ridiculis: quēadmodū uidemus librū. M. Ciceronis de officiis: ita & Theo phraſti de ridiculis. In ſpem ueneram: .i. ſperare cœperaꝫ. Inueni aūt ridicula: Non negaueriꝫ in illis libris collecta eſſe multa ridicula: & ſaliuꝫ plena: ſed artem tamē nullā oīno inſcriptam eſſe. Salſa: Vrbana: faceta.

Nam & ſiculi: Quia ex græcis multæ ſunt natiōes: quæ in hoc genere excellūt: & noīat eos. Excellūt: Præſtant. Siculi: Rhodii: Biſantii: Hi oēs facetiis delectati ſunt: quod illæ eſſent ipſis a natura inſitæ. Sed qui de facetiis ſcribete uoluerūt: id cōmiſerūt: ut inſulſa eoꝝ ſcripta uiderenṫ: quia inſulſe hoc negociuꝫ ſuſcepunt: Vnde eoꝝ īſulſitas pro facetiis habeṫ. Omnia enim: quæ de huiuſmōdi arte dixerūt: īſulſa: atq; īurbana fuerūt. Inſulſi tas: Quia hoc negociuꝫ ſuſceperūt: ut quæ res oīno naturalis eſt: eam arti ficio quodā comp̄hendere nitenṫ. Doctrina: .i. arte: & ratione quadam.

Et eniꝫ: Ex partiuꝫ numeratiōe p̨bat. Fuſum: .i. quod per omnem

oratiõez iocũditas ĩfuſa eſt: quẽadmoduz per oĩa corporis mẽbra ſanguis ĩfu ſus diſcurrit. Peracutum: Subtile. Breue: Perſtrictuz: ergo pacutũ: & breue: ingenioſi: & ſolertis eſt: ut uno dicto efficiaẽ id: quod ꝓpetua oratione quæriẽ. Illa cauillatio: Relatiuũ inter duo ſubſtãtiua poſitũ: diuerſoꝝ genez: recte cum utroq̃ cõcordat: niſi alteꝝ ꝓpriũ fuerit. Hic: illa: cõcordat cũ cauillatiõe: poterat etiam dicere illud. ſ. genus. Ergo facetiæ: quæ per omnẽ oratiõez continenẽ: cauillatio a maioribus noſtris dicta eſt. Sed illud quidez uno aut altero uerbo continẽ: ab eiſdem dicacitas appellata eſt. Leue: Leuitatis plenũ. Quid enĩz leuius dici poteſt: q̃ cauillatõez: & dicacitatẽ. Cauillatio aũt diciẽ a græcis σκωμα. Et eius natura eſt: ut ab euidẽter ueris per breuiſſimas mutatiões diſputatio ad ea: quæ euidẽter falſa ſũt: ꝓducaẽ. Sed hoc loco pro genere facetiaꝝ accipiẽ: tanq̃ ſcomate faceto. Aulus quoq̃ gelliꝰ Ciceronez imitatꝰ in hac ſignificatiõe accepit. Sed dicacitas: quæ a dicẽdo dicta eſt: ut Quintiliano placet: ſignificat ſermõez cum riſu aliquos ĩceſſentẽ. Ideo Demoſthenez urbanũ fuiſſe dicũt: dicacem negant. Lene enĩz hoc totuz: Probat facetias leuia noĩa merito cõſecutas fuiſſe. Nam facetiæ mouẽt riſum: Riſus autẽ res leuiſſima eſt: Sequitur ergo: & ipſas facetias leues eſſe.

Vtraq̃ res: Cauillatio: & dicacitas. Hoc: .ſ. mouere riſum: qui eſt utriuſq̃ generis effectꝰ. Veꝝ tamen: Quãuis inquit utriuſq̃ rei effectus leuis ſit: ſicut nomẽ: tñ non minimũ uidet habere uiriuz in dicendo: ſiue in oratiõe quæriẽ hilaritas: ſiue aduerſarii laceſſendi fuerint. Lepore: Feſtiuitate. Facetiis: Salibus. Sed tamen in illo genere: Nunc incipit facere: quod dixi. ſ. a ſufficienti partiuz enarratiõe oſtẽdere: non in arte poſitas eſſe facetias: ſed a natura ꝓficiſci. Sed cum: Hoꝝ utriuſq̃ generꝝ poſtea Cicero quodãmodo exẽpla ꝓponit. Sed ſupioris generis non facile eſt exempla ꝓponere. Nam & geſtu: & uoce iuuaẽ. Differũt tamẽ inter ſe non ſoluz: q̃ id ꝓpetuo tractaẽ: Hoc aũt conciſuz eſt: Veꝝ etiã quod illud non tantũ ſalis habet. Vtrũq̃ aũt modo acrius intẽdiẽ: modo lenius. Sicut Cicero in cõſulatuz uatinii. Dixit enĩz. Hoc maxĩuz portentũ eſt factũ tẽpore uatinii. q̃ in conſulatu eius: Non autũnus: Non bruma: Non æſtas: Non uer fuiſſet. Hoc quoq̃ genus. ſ. dicacitas aliqñ plus mordacitatis habet: aliqũ minus: ſicut illud ſupius: Vt idem Cicero: Cum apud Damaſippuz cœnaret: & is uinum exile appoſuiſſet: dixiſſetq̃. Bibite hoc falernuz: quadragĩta annoꝝ eſt. Bene inquit Cicero ætatẽ fert: hoc minus mordet. Quod ſequitur mordacius eſt: Cum cedentẽ ex italia Pompeiuz uideret Cicero: ait. Quẽ ſequar non habeo: Quez uero fugiam habeo. Simile eſt illud: Cum Ciceroni obiiceretẽ: q̃ in caſtra ſero aduenĩſſet: Reſpõdit ſe minime ſero ueniſſe: q̃ nihil paratum uideret. Et eiuſdez generis illud eſt: Cum Ciceronez ĩterrogaret Pompeius: Vbi naz eſſet gener ſuus Dolobella. Reſpõdit cum ſocero tuo. Et multa alia exempla huiuſmodi Ciceronis dici poſſent. Nam & apud Marobiuz in ſaturnalibus: & apud Quintilianũ in inſtitutiõib9 multa eius generis dicta legunẽ.

Fingit: Componit. Altero genere: Quod eſt peracutum: & breue.

Quã cogitari: Quia ex reſponſo: uel ex dicto adeo breui cõficiẽ: ut nulla cogitatio prorſus anteceſſiſſe uideaẽ. Quid eĩz hic? Quaſi dicat nihil.

Et ꝓbat exẽplo: Quo magis intelligaꝫ: quod dicat. Quoniaꝫ: Mirũ eſt hoc argumentuꝫ: Et hoc genus facetiaꝝ: quod acutum: & breue eſt. Debet eniꝫ tanta celeritate ꝓnũciari: ut uix a ꝓnunciãte excogitari potuiſſe uidea tur. Quo modo igiꝫ: ſi tantã celeritatẽ reqrit: ut excogitari nõ poſſe uideaꝫ ab auctore: poterit eius generis ulla tradi ars? Id eniꝫ tantũmodo ex arte di ci poteſt: quod in cogitatiõe conſiſtit: Sed hoc genꝰ facetiaꝝ tunc ſolũ ꝓba tur: ſi repente: & ſine ulla cogitatiõe ꝓlatum fuerit. Cum ante: .i. cum hoc genus facetiaꝝ debeat pene prius auditoꝝ aĩos ꝓtingere: q̃ a dicente ĩue niri potuiſſe credaꝫ. Quid eniꝫ? Per exemplũ ꝓbat: Vere inq̃ non poteſt hoc genus dicacitatis: quod & acutum eſt: & ꝓbreue ulla arte ꝓcipi. Naꝫ cuꝫ Philippus ĩterrogareꝫ ex fratre: Quid latras? Continuo reſpõdit: Quia fu rem uideo. Ac ſi diceret: quia fur es: latrare cõpellor: ſicut & canis cuꝫ furem uidet. nihil tunc artis eſſe potuit. Hic meus frater: Oſtẽdebat eum. Naꝫ huic diſputatiõi ĩtererat. Quid? Illud eſt exemplũ acuti generis: & bre uis: hoc aũt continui: & ꝓlixioris: Vt Craſſus in oratiõe: quaꝫ pro Curio di xit: & in ea cauſa: quã habuit aduerſus Brutuꝫ. Apud centũuiros: Cum Pro curio diceret: qui hæreditatẽ petebat: illius cui poſthumꝰ natꝰ nõ erat.

Accuſatoreꝫ Brutum: Qui plancuꝫ accuſabat repetũdaꝝ. Qua ꝓpter hoc: Quãdo quidẽ Craſſus in oratiõibus ſuis: cum ſupra memoratis: tum uero multis aliis ſe urbanuꝫ: & feſtiuuꝫ in omni genere facetiaꝝ oſtendit: ne gari non poteſt: qn ꝑcæteris urbaniſſimus ſit. Hoc: .ſ. facetiis excellere: & præſtare. Perpetuitate: Quæ eſt in narratiõe. Leporis: Facetiaruꝫ. Curiana: .i. hæreditatis Curii. Dicta illa breuia non habuit: Reddit ratiõeꝫ: quia dicax non fuit aduerſus Scæuolam reſpectu auctoritatis: ac di gnitatis illius: ideo ſe a riſu continebat: uerba tantũ mordaciter intẽdebat: ut illud in hac cauſa. Admiror iudices Scæuolæ ĩgeniũ: qui hoc uiderit: mo ri non potuiſſe: qui natus non ſit. Parcebat: .i. duꝫ parceret auctoritati: & dignitati Scæuolæ: ſuam ipſe ſeruabat. Nam metuebat: ne ſi laceſſeret ad uerſariuꝫ: aliqd ſe diceret indignũ. Quod: Abeſt inquit ab urbanitate: & facetiis: cum aliquid nobis ſalſuꝫ offerẽ reticere. Hoc eniꝫ difficillimũ eſt.

Tenere: .i. reprimere: neq; effundere ſales: ſi forte offeranẽ in oĩbꝰ: præ ſertiꝫ qui dicacitate abundãt. Habere ratiõeꝫ: .i. cõſiderare uniuſcuiuſq; perſonæ dignitateꝫ. Temporum: Vt ab urbanitate: & iocis ſe contineat. Salſiſſime: .i. mordaciſſime. Itaq; nõnulli: Cæſar de facetiis dicturus. Primo quidẽ eaꝝ artem nullã eſſe negauit: Deinde duo genera facetiaꝝ eſſe dixit: Vnuꝫ ꝓpetuũ: Alteꝝ uero ſuccinctũ. Illud cauillatiõeꝫ: hoc dicacitateꝫ appellat: ſed utrũq; uariat: ꝙ nunc plus: nunc minus mordacitatis habet. Id ergo: ut liquidius apparere poſſit: exẽplo Craſſi demõſtrat: & illius mor dacioris generis: & huius lenioris: Lenioris quidẽ in Scæuolaꝫ: grauiores aũt in Brutum: qui luxurioſe uiuẽdo bona patria conſũpſerat: quibus exẽplis: quænaꝫ differẽtia inter hæc duo genera ſit intelligi poterit. Itaq;: Vult probare: quod ſupius dixit: Difficilius eſſe hoĩeꝫ urbanuꝫ tẽperare ſibi: cuꝫ aliquid oblatum fuerit: quo aduerſariũ irridere poſſit: quod tamẽ Craſſuꝫ feciſſe affirmat in Scæuolã. Id aũt difficillimũ eſſe auctoritate Ennii ꝓbat:

Cuius dictuꝫ tale eſt. Facilius ſapientis ore in ardenti flāmaꝫ opprimi poſſe: q̄ bona dicta teneri. Sic eniꝫ ītерpretať: boīeꝫ etiā ſapientē facilius poſſe flam maꝫ in ore ardentē cōprimere: q̄ bona dicta. i. ſalſa cōtinere: ſi ſe obtulerīt in aliqua cauſa cōtra aduerſariū: & tamē id Craſſum feciſſe dicit. Ridiculi: Vrbani: qui facetiis delectanť. Non īſulſæ: Non incultæ: Non īurbanæ.

Dicere eniꝫ aiunt: Ac ſi diceret: Si boīes ſapiētes faciūt hoc: & ſibi tempe rare non poſſunt: quo minus bona dicta enūcient: ſi ſe obtulerint: q̄to minꝰ ſibi tempabūt homines ſemidocti? Quā benedicta: .i. q̄ ut teneat ſalſa di cta. Opprimi: Extingui. Hæc: .ſ. bona. Et eſt īterp̄tatio urbanoꝝ: qui uolunt bona dicta ſalſa dicta eſſe. Proprio iam: Quia iam hoc ſibi quaſi ꝓpriuꝫ nomē uēdicarūt: ut bona dicta merito ſalſa dicanť. Sed ut: Ecce quod dixi: differētiaꝫ oſtendit inter facetias: ſiue cauillatio ſit: ſiue di cacitas. Nam utrūq; docet: modo plus: modo minꝰ: mordacicacitatis habere: quod oſtendit Craſſuꝫ feciſſe lenius in Scæuolā: cuius auctoritati parcebat: & mordacius in Brutum: qui oīa bona conſūpſerat. In illo: .ſ. leniori: & mitiori. Aculei: Stimuli morſus. Luſit: Per facetias ludendo tracta uit. Diſputatiōeꝫ: Quæ de curiana hæreditate acta eſt. Dignū contu melia: Quia & uentre: & gula oīa conſūpſerat. Vtroq; : .ſ. cauillationis: & dicacitatis. Atrociore: Aſperiore. In Bruto: In oratiōe quaꝫ habuit aduerſus Brutum. Quā multa de balneis? Nunc igiť incipit oſtendere: qua urbanitate uſus fuerit in eum .ſ. acerbioris generis. Quā multa: Et primo quidē unum: aut etiā alteꝝ exēpluꝫ ponit dicacitatis: quæ ſuccincta: & ꝓcuta ſunt .i. uerbis breuibꝰ circūſcripta. De balneis: Cum Romanis frequēs: & ꝓpe quotidianus eſſet lauandi uſus: ad id res ꝓceſſit: ut ciues fe re oēs: qui diuitiis abūdarent: priuata balnea in domibus haberēt. Hinc Ci cero per epiſtolaꝫ Terentiam uxorem monet: ut curet labruꝫ in balneo eſſe. Sed p̄ter priuatoꝝ ciuium multa ſunt publice inſtituta balnea: quoꝝ adhuc nōullis in locis Romæ apparēt ueſtigia. Dicunť aūt Thermæ a græco uoca bulo. Nam θερμον calidum ſignificat. Ille: .ſ. Brutus. Modo: Ideſt paulo ante. Alluſit hoc modo aduerſus Brutum Craſſus. Cum enim cauſam uehementius ageret aduerſus Craſſum: & emiſſo ſudore dixiſſet: ſine cauſa ſudo. Tum Craſſus: minime inquit ſine cauſa ſudas. Nam pauloante e bal neis exiſti .i. paulo ante balnea uendidiſti. Illa: Perpetua .ſ. cauillationis.

Non minus iocūda: q̄ hæc dicacitatis breuia. Cum eniꝫ Brutus: In cipit nunc aliud facetiaꝝ genus ponere: ut exemplo Craſſi planius nobis fa ciat cuiuſmodi eſſe debeat. Brutus contēdebat aduerſus Craſſuꝫ: & ipſi obii ciebat: ꝙ narbonēſeꝫ coloniam deducere uoluiſſet lege ſeruilia: ut magnam aduerſus Craſſum cōcitaret īuidiam. qui legi agrariæ fauebāt: non poterāt non eſſe nobilitati inuiſi. Nam lex agraria iubebat: ut uiritim agri diuide rentť. Cum igiť in īuidiaꝫ Craſſum raperet Brutus: primā eius oratōeꝫ uni dedit ex lectoribus: ubi ſuadebat coloniā narbonēſeꝫ deduci: Alteri ſecundā: In qua legem ſeruiliaꝫ laudabat: qua narbonēſem coloniam deduci uolebat. Craſſus: ubi uidit ſe ita īfeſtari ab aduerſario: Iuſſit tres lectores in mediuꝫ produci. Primo: primū librū dedit a patre Bruti de iure ciuili compoſituꝫ.

Secundo: ſecundū. Tertio: tertiuꝫ. In his omībus libris teſtabaꝫ Bruti pater prædia quædā duꝫ uiueret poſſediſſe: quæ Brutus poſt mortē eius luxurio ſe uiuendo abligurierat. Hoc eodem exemplo utiꝫ Quintilianus libro īſtitu tionuꝫ: ubi de facetiis & ipſe tractat. Excitaſſet: .i. ꝓduxiſſet in mediū.

Craſſi oratiōeꝫ: Scilicet qua populo ſuadebat lege ſeruilia coloniam nar bonenſem deducendaꝫ: ut coloni Romani mitterentꝫ narbonaꝫ: quibus ager narbonēſis diuideretꝫ. Alteri: Lectori. De lege ſeruilia: Qua oratiōe legem ſeruiliam laudabat. Dicebat eniꝫ legeꝫ illaꝫ ſanctiſſimā fuiſſe: nihilq; illa ſanctiꝰ: aut æquius fieri potuiſſe: quæ uolebat: ut agri quēadmodū ſan guine plebis acqrerentꝫ: ita etiaꝫ ab his poſſiderentꝫ. Contuliſſent capita: Ipſi uidelicet iudices de re publica tantū moti contra Craſſum inter ſe collo cuti fuiſſent. Nam capita cōferre inter ſe colloqui ſignificat. Noſter hic: Scilicꝫ Craſſus. Ex libro primo: Supple lectū eſt: quē de iure ciuili pater Bruti cōpoſuerat: Hæc erant uerba patris Bruti: ex quibus cognoſcebaꝫ pri uernatē agrū Bruto a patre relictū eſſe. Et hoc aiebat: ut planū fieret multa bona poſſediſſe: quæ luxurioſa uita conſūpſerat. Ex primo libro: His li bris teſtatū reliquit ſe aliquādo poſſediſſe priuernateꝫ agrū: quē filius dila pidauerat. Brute: Interrupit Craſſus: & dixit. O Brute teſtificaꝫ pater priuernatē agrum tibi reliquiſſe. Et eſt exclamatio Craſſi iuuehētis in Bru tum: qui bona patria obligurierat. Deinde ex ſecūdo libro: .ſ. lectū eſt: quod ſequtur. In Albano: Hoc loco Craſſus laudat prudentiaꝫ Bruti: qui cum filii noſceret īgluuieꝫ: hos libros ſcripſit: ne forte putareꝫ nihil ſibi reli quiſſe. Cum primis: .i. inter primos cōnumerādus. Hunc gurgiteꝫ: Ideſt huius īgluuieꝫ. Nihil relictuꝫ: Videlicꝫ conſūptis oībus præ luxu ria. Tum ex libro tertio: .ſ. lectū eſt. In Tyburti prædiis: Verba ſūt Bruti in libro poſita. Tyburs: & Tyburtis: in noīatiuo: diciꝫ. Vbi ſunt hi fundi: Verba ſunt Craſſi increpātis potius: q̄ interrogātis Brutū. Fines: Quia tres tantūmodo libros de iure ciuili compoſuit. Vere Bruti: Quia etiaꝫ ſi alia ſcripta tribuerentꝫ Bruto: tamē Bruti non ſunt. Quod niſi in quit: Senſus eſt. Niſi pubes inquit fuiſſes: pater in balneis tecū etiā fuiſſet: & quartū librū cōpoſuiſſet: Sed quia pubes eras: tecuꝫ ideo lauari nō potuit pater. Nam inſtituto Romano ꝓhibebaꝫ: ne patres cum filiis puberibus: nec ſoceri cum generis lauarentꝫ in balneis. Ergo quia puber eras: non licuit: q; ſi licuiſſet: quartū librū cōpoſuiſſet: quo appareret qualia balnea tibi reliquiſ ſet: quæ paulo ante cum cæteris bonis oībus dilapidaſti: quēadmodū ſcriptū reliquit. Primo quideꝫ locum in priuernati: Deinde in Albano: Poſtremo in Tiburtino agro. Quis eſt igiꝫ? Hactenus oſtendit exēplo cuiuſmodi ge nus eſſet utrūq; facetiaꝝ: & id quod eſt ꝓpetuū: & id quod ꝓſtrictuꝫ: & bre ue. Nunc dicit eiuſmodi ſales ad confundēduꝫ Brutuꝫ plus ualuiſſe: q̄ reliq̄ oratōeꝫ: qua in Brutum īuectus eſt. Cum forte quadā inter agendū anus cu iuſdaꝫ noīe Iuniæ funus ex familia Bruti efferetꝫ: Nam illuꝫ capta occaſione grauiter inſectatus eſt. Forte ita accidit: ut inter agendā cauſaꝫ illam funus Iuniæ de domo Bruti ꝓdiret: Et cum pompaꝫ funeris illius ꝓſpexiſſet Craſ ſus: ex īprouiſo ita Brutum īterrogauit. Quid eſt inquit Brute: quod de te

mandes huic mortuæ maioribus tuis nũciare? quod eoꝝ uirtute dignũ ſit: a quibus oĩno degeneraſti. Et multa hic ĩuectus eſt in euꝫ: quẽ nihil habere diceret: quod anus illa mortua narrare poſſet non alienũ a ꝓgenitoribꝰ ſuis.

Hoc lepore: Hac feſtiuitate. His facetiis: His ſalibus. Refutatuꝫ: Conuictuꝫ: quia eum his facetiis: atq; ſalibus ita conuicit: atq; confudit: ut quod reſpõderet non haberet. Illis tragœdiis: .i. illis amplificatiõibꝰ criminuꝫ: ac exageratiõibus facinoꝝ: cuiuſmodi in tragœdiis tractanť. Cuꝫ caſu: .i. cum forte quadã. Dii ĩmortales: Exclamatio admirantis uim: atq; prõptitudineꝫ dicẽdi: quæ tũc in Craſſo fuit ex tẽpore. Quã inexpectata: .i. ex ĩprouiſo. Nam funus illud repente ſupuẽit: quo magis admiraretur Craſſi oratiõeꝫ: qui eam ꝑparatam habere non potuit. Repentina: Subita. Coniectis oculis: In Brutum .i. cõuerſus in Brutuꝫ dixit. Geſtu omni: .ſ. totius corporis. Imminẽti: Toto corpore in Brutum ĩſtanti: ut magis eum cõfũderet. Grauitate: Seueritate. Celeritate: Quæ in contẽtione requiriť: ſicut ſupius dixit. Quid illa? Cuius funus ducebatur. Patri: .ſ. Decio Bruto. Hic autẽ .M. Brutus. Quid illis oĩbus? De more nobiliuꝫ mos etiã apud nos teneť: cum funera nobiliũ ꝓducerenť: Iubebãt imagines maioꝝ ſuoꝝ ꝑcedere: ut quaſi memoria eoꝝ in funere renouareť: ut. L. Bruti: qui patriã liberauit: & cæteroꝝ: qui ex ea familia magni uiri euaſerũt. Quid. L. Bruto? A quo tu ducis originẽ. Nota eſt hiſtoria: Quo modo Iunius Brutus metu ſimulauerit ſtultitiã: ne a Tarquinio ſupbo occideret: & poſtea ex morte Lucretiæ capta occaſione regibus exactis patriã liberauit. Agere: Omnis actio: aut eſt animi: aut corporis: & rurſus: omnis actio: aut priuata eſt: aut publica: ſicut hoc loco oſtendit. Rei: Quãtuꝫ ad rem priuatã: & ad corpus ꝓtinet. Virtuti: Quãtuꝫ ad aĩuꝫ: ideſt cui ſtudio: cui ue doctrinæ ſtudere. Patrimonio ne augẽdo: .i. mercaturaꝫ agere: at id nõ eſt nobilitatis. Fac: .i. concedať: ut ſit nobilitatis.

Nihil ſupeſt: .i. non eſt cur ſtudeas augendo patrimonio. Nam illud ita exhauſiſti: ut nihil reliquꝫ ſit. An iure ciuili? Vis nũciare illaꝫ te ſtudere iuri ciuili? Paternũ eſt: .i. ſtudiũ eſt patris tui: qui tres de iure ciuili cõdidit libros. Sed reſpõdebis te oĩno eſſe ignaꝝ iuris ciuilis: neduꝫ illi opam dare. Sed dices te cum ædes: Hæc formula uenditiõis erat. Omnes hoc faciebant in uendẽdis ædibus: fundoq; : at ſi quid aliud Mancipio dareť: non ita: ut ſi equꝫ: & alia huiuſmodi. Neq; eniꝫ ædes: aut fundi abſolute uendebanť: Sed ꝑterq; q; rutum eſſet cæſum ue. Cicero in topicis oſtendit hoc ita fieri ſolere: bis uerbis. Vt liberales uẽditores ſolent: qui uendẽdis fundis: & ædibus rutis cæſis receptis: aliqd tamẽ emptori concedũt: quod ornãdi cauſa apte: locoq; poſitũ eſſe uideať. Nunc ergo dicit Brutuꝫ adeo fuiſſe uẽdendi cupiduꝫ: ut eum in uendẽdo fugerit: quod ignotũ nemini eſſe debet: niſi qui iuris ciuilis ſit plane rudis: Ideo obiecit ei: nec locum quideꝫ ſeruaſſe in rutis & cæſis: ut dicere poſſet illũ aliqñ locum fuiſſe maioꝝ ſuoꝝ. Nam cuꝫ uendebãt ædes: ſiqd forte in extremitate ædium eſſet: rutum: cæſum ue: illud excipiebãt: reliqua uero integra ſe uendere ꝓfitebanť: quæ uero cæſa erant excipiebãt. Scæuola de uerboꝝ ſig. ſic dicit. Rutis cæſis ea ĩſunt: quæ

terra nō tenenť: quæq; opere ſtructili: tectorio ue nō continenť. Et qcqd eſt uocis: .i.& ſiquid dicendo uales: id totum mercenariū feciſti .i.clamoſas actiōes uenditas. Ciuium: Quaſi dicat indignus es:qui in hoȝ cōſpectū uenias. Illam mortuā: .ſ. Iuniam p̄ſtantez fœminam. Tu imagines: Quia cū uides tuoȝ maioȝ imagines:horror tibi deberet toto corpore p̄fundi: cum tibi conſcius ſis oīno ab huiuſmodi uiris mentez tuam eſſe alienaz.

Quibus nō modis imitādis: Quia ſi maiores tui peterēt: ut ſtatuæ ſuæ aliquo loco ponerenť eoȝ: quæ aliquādo poſſidebāt: nō haberes ubi ſtatuas illas erigeres. Collocādis: Ad id reſpicit: quod ſupius dixit: qa nihil paterni ſoli tibi reliquiſti. Sed hæc tragica: Hæc uerba cæſaris ſunt admirantis:& laudātis Craſſi orōez. Tragica: .i.plena amplificatōibus:& exageratiōibus. Diuina: .i. diuinitus quodāmodo dicta: quæ tantam uim habent: atq; uehemētiaz. Meminiſtis uos: Qui adeſtis. Habuit hanc contionez aduerſus C. Domitiuz: ſicuti poſtea ſuo loco dicemus. Neq; eīz maior Concio: q̄ illa aduerſus Domitiuz habita. Nec apud populū: Quia Concio p̄prie erat apud populuz oratio. Et concionari dicūtur:qui orōez ad populuz habent. Contra collegam: Nam huius Craſſi in cenſura collega fuit Domitius: Cuz alter alteri luxuriā obiiceret. Conditior: Ornatior.

Lepore: Suauitate. Feſtiuitate: Concinitate. Quare tibi Antoni: Quod cum ita ſit: uidelicz Craſſum in omni genere facetiaȝ eſſe p̄ſtantez. Illud quidē aſſentior nullā facetiaȝ eſſe artez: & miror cur hanc laudē mihi tradideris potius: q̄ ipſi Craſſo. In eo genere: Quod ad facetias p̄tinet.

Tum Antonius: Reſpōdet Antonius cæſari:qui ſuperius dixerat:primo quidē ſe fateri nullā artem facetiaȝ eſſe: & tamē plurimū ualere ad p̄turbāduz aduerſarios. Deinde ſubiūxit: mirari ſe:cum Craſſus in utroq; facetiaȝ genere præſtet: quod p̄bauit exēplis:cur ſe potius in hoc genere dixerit eſſe præſtātiſſimū:q̄. L. Craſſum:cui huius etiā partis: ſicut cæteraȝ oīuz:p̄rīcipatus attribuēdus erat. Nunc igiť reſpōdet. Fateor inqt:quod dicis o cæſar: Craſſum in hoc quoq;:ſicut in cæteris rebus eſſe p̄ſtantez. Sed facere nō poſſum: qn aliquādo īuidia aduerſus Craſſum cōmouear. Nam q; aliquis ſuopte ingenio facetus:& ſalſus ſit: tollerabile eſt. Sed cuz facetiis grauitatē coniunctam habeat: quod paucis concediť: Id in ipſo Craſſo uix pati poſſim.

Venuſtiſſimꝰ: Facetiſſimus. Vrbaniſſimus: Salſiſſimꝰ. Grauiſſimuz: Singula ſingulis redde. Grauiſſimuz: Venuſtiſſimo. Seueriſſimuz: Vrbaniſſimo. Hic cum arriſi: Craſſus ubi per iocum audiuit Antoniuz dicere q; ſibi inuideret. Id cum riſu excepit. At Antonius cuz cæſare ut īſtituerat loquēs: q̄uis inquit neges ullaz eſſe facetiaȝ artem: tamen cum dixeris:locum:tempus:& p̄ſonas eſſe conſiderāduz: nō nihil de facetiis præcepiſſe uideris. Aperuiſti: Oſtendiſti. Quidaz: Rem aliquā. Habere enim dixiſti: .ſ. mihi conſentiēti. Decerperet: Derogaret. Grauitate: Aut dicentis:aut audiētis. Quod quidez: Vt ipſe tēporis:rei:& p̄ſonaȝ: dignitatis conſideratiōez habeat: ut in exēplis ſupra me moratis facile cōprehēdi poteſt. Sed hoc p̄ceptū: Quod iubet habēdā eſſe rōez tēporis:rei:& p̄ſonaȝ:facetiaȝ p̄ceptuz eſt:nō inuēiendaȝ:ſed omittēdaȝ. Præcipit

enĩz his: qui ratõez habeant rei: tẽporis: & ꝑsonaꝝ: ut se abstineãt a facetiis.

Cum his nihil opus sit: .i.cum ꝑter dignitatez rei: temporis: & ꝑsonaꝝ fieri uidebũtur: nihil opus est his facetiis. Nos aũt: Sed nos quærimus a te ꝑcepta des: nõ quo tẽpore omittẽdæ sunt facetiæ: sed quo modo his uti debeamus. Et maxime si eius stultitia: .i.si stolidus fuerit: ut facile ad iracũdiam salib⁹ irritet. Vbi enĩz semel aliquis lenitate quadã animi facete dicta pati non poterit: ira excandescit: & ita ꝑturbat: ut ipsa ꝑturbatiõe sine ulla oratiõe confundat. Et maxime agitari: Vt in testem. Si testis aliqs stultus ꝓductus esset: & eum salibus morderemus: facile pturbaret: ita ut confusus in testificãdo nesciret prorsus quid diceret. Cupidum: Vt facile corrũpi possit. Lenem: Ad id: quod dixit stultum. Si facile: Neqꝫ solum ꝑsonæ: in quã facetiæ dicunt: sed etiã iudicuz: & eoꝝ: qui ĩterfunt: habenda est ratio dignitatis. Ideo dicit: si etiam ꝑsona: in quã dicimus patiet: ut facetiis in eam utamur. Tamen considerãda est etiam ꝑsona iudicis: & cæteroꝝ: ne duz aduersarios: aut testem urbanitate urgemus: Fortasse etiam iudices: aut reliquoꝝ auditoꝝ aĩos offendam⁹. Præsunt: Vt iudices. Interfunt: Vt reliqua multitudo. Omnino: Sed hoc ꝑceptuz urbanitatis sine dubio uidet esse potissimuz: ut nunq̃ utamur uel raro urbanis dictis: nisi cum ab aduersariis fuerim⁹ ꝓuocati. Duo cõmoda nobis offerũtur. Primuz commodũ est: ꝙ ingeniuz nostrũ laudabilius uidet: qui continuo salsum aliquod dictum aduersus eos paratuz habuerimus. Alteꝝ: ꝙ ab eis: qui audiunt modestiores dicimur: quippe qui non prius aduersarios offendere uoluerimus: q̃ lacessiti. Petulãtes: Si priores salsa dicta dicim⁹. Nam & ingenii: Nam cum respõdemus ꝓuocati: nostri ingenii celeritas uidetur esse maior in respõdẽdo. Nemo enĩz existimare potest nos respõsuz illud salsum antea ꝑparasse: quippe qui nesciebamus an aduersarii nostri nos ꝓuocaturi essent. Humanitatis: Sicut ꝓuocatio est petulãtis: ita responsio est humanitatis. Prouocare aliuz est petulãtis: ꝓuocatũ respõdere humanitatis.

Videmur: Vt in ipsa concione. Et redit rursus ad exempla Crassi in concione illa: quã habuit aduersus Domitium. Ab hoc: Quod facete dictum uideatur a Crasso in Domitium nihil oĩno inuenit in ea concione: quod non facete dixerit. Et hoc ꝑceptuz secutus est Crassus: quod est modestiõis. Erat autem: Et dicit necessariũ qnodãmodo fuisse Crasso bonestis uti facetiis in. Cn. Domitiuz: ꝙ uir tanta grauitate: tantaq̃ auctoritate esset: ut aliter ĩfringi non posset. Lauandum: Lepore. Frangendum contentiõe: .i.infirmãduz. Tum Sulpitius: Quãdoqdez igitur inquit Sulpitius tantaz uim habent facetiæ: patiemur ne cæsarem: qui in his tãtũ studii posuit: ne dicat qd de huiusmodi sentiat? Vrbanitatis: Festiuitatis. Quid si inquit? Cæsar quasi hanc disputatiõez a se repellens. Tu inquit Sulpiti negabas esse patiendũ: quominus ego quæ de facetiis sentiam disputare. Sed quid erit: ꝙ me de hac re loqui cogatis? Si ego assensero Antonio nullã facetiaꝝ artem esse. Hic Sulpitius quasi ignarus quid responderet: obticuit. Sed sermõez excepit Crassus: etiã si negas ullam artez esse: non tamen iusta ratio est cur taceas: quãdoqdez quæ disputata sunt de arte elo-

quentiæ: non arte ſed uſu: & exercitatiõe conſtare ab Antonio diſputatũ eſt.

Artem nullam: Nullo artificio facetias contineri. Nam de quo artem negat eſſe ullam: de eo diſputare non poteſt. Antonio: Sic enim Antonius in fine oratiõis ſuæ depoſuerat: nullaꝫ artem in facetiis contineri. Salis: Vrbanitatis. Hic: Pro tũc. Cuꝫ his dictis Sulpitius reticuiſſet: quaſi nõ habens quid reſpõderet cæſari: Craſſus excepit ſermõeꝫ dicẽs: quaſi ars ulla ſit horũ ipſorũ: de quibus Antonius locutus eſt. Sicut nec ars eorũ eſt: quæ Antonius tãdiu diſputauit: ita etiam de facetiis: & ſi nulla ars eſt: tamen diſputandũ uideť. Obſeruatio enim nõ eſt ars: Quæ ad dicẽdi ratiõeꝫ ꝑtinet: quia cum multi ſuopte ingenio clari oratores euaſerint: eoſq; diligẽter obſeruauerint nõnulli: exinde non artem: ſed idoluꝫ artis conficere: non eſt tamẽ ars: ſed obſeruatio ab aliis ſuſcepta. Nam quod uidimꝰ in aliquo ꝑclaro oratore in dicendo ualuiſſe: id quoq; diligẽter obſeruatũ nos imitamur. Et hoc modo potiꝰ obſeruatiõe: q̃ arte fit eloquẽtia. Quis? Quaſi dicat multi. Si oĩa in hac obſeruatiõe dicendi conſtarẽt: quæ ad eloquẽtiaꝫ ꝑtinẽt: nemo non eſſet eloquens. Facile eniꝫ obſeruarẽt: & ꝑdiſcerẽt: quid oratores boni facerent. Sed minime in hoc ſunt oĩa. Nec enim ſi ingenio aliquis nõ ualuerit quãtũlibꝫ alios obſeruauerit: id cõſequeť: quod eſt oratoris. Et ita oſtendit eloquẽtiaꝫ non oĩno artem eſſe. Hæc enim: Videlicꝫ quæ ad obſeruatõeꝫ dicendi ꝑtinet. Sed ego: Sed in his ꝑceptis: quæ ex alioꝝ obſeruatiõe ꝓcipiũtur: non uidenť mihi illud conſecuti oratores fuiſſe: quẽadmoduꝫ ea iuenirent: quæ dicenda ſunt: Sed quæ natura: & ingenio iueniſſent: cuiuſmodi eſſent cognoſcere poſſent. Quo? .i. ad quod genus referẽda ſint. Cuꝫ eniꝫ eos primũ obſeruaſſent hoĩes: qui cæteris melius: & ornatiꝰ dicere uidebantur: & ex ea obſeruatiõe quãdaꝫ quaſi dicẽdi ratiõeꝫ cõfeciſſent: ipſaꝫ ueluti artem in genera diuiſerũt: & ea: de quibus diceret: ad quod ipſius genus referenda eſſent: facile intellexerũt. Vt ꝟbi gr̃a. Materiaꝫ in tribus generibus uerſari .ſ. demõſtratiuo: deliberatiuo: & iudiciali: Deinde cuiuſcũq; generis materia fuerit: eam poſtea: innentiõe: diſpoſitiõe: elocutiõe: memoria: & pronunciatiõe tractari. Cum igiť quæſtio ꝓpoſita fuerit oratori: cõtinuo uidet ad quod genus oratiõis ſit referẽda: ſiue iudiciale: ſiue demonſtratiuũ: ſiue deliberatiuũ. Et cuꝫ genus ĩtellexerit: tunc incipit cõueẽienter: quæ ad ipſuꝫ materiæ genꝰ ꝑtinet: inueĩre: iuẽta diſponere: & cætera: quæ ſeqũtur. Sed ego: Hoc eſt ego dicerẽ non artem efficere: ut hæc repiamus: ſed ut reperta ad aliquod ipſius artis genus referre poſſimꝰ. Vim: Proprietatẽ. Non ut: Non ut ars ſit nobis uia quædã: & ratio ad ea: quæ ĩuenimꝰ. Sed ut ea: Sed ut quæ ingenio: ſtudio: aut aliqua exercitatiõe ĩuenerimꝰ: ad quod artis genus referẽda ſint: cognoſcamus. Natura: Ingenio. Studio: Induſtria: quia ingeniuꝫ ſine induſtria nihil: aut paꝝ ualet. Exercitatione: Ideſt uſu: uidelicꝫ ut ad induſtriaꝫ exercitatio etiam coniũgať. Recta: Si ſecũduꝫ artem uidebũtur eſſe repta. Praua: Si a ꝑceptiõe dicẽdi fuerint aliena. Quo? .i. ad quod genꝰ artis ſint referẽda. Quare cæſar: Quãdoqdeꝫ hæc ꝑceptio dicẽdi non arte conineť: ſed obſeruatiõe quadã ꝓcipiť. Et tamen Antonius de ea pleraq; diſeruit: Tu quoq; idem de facetiis agas:

ut de his quid ſentias haud grauatim aperias. Vt uoluiſtis: Sic enĩ ab initio cõſtituerũt. Accurato: Diligenti. Ego uero: Confutata ratõe Iulii cæſaris: ne ab hac diſputatiõe deſiſteret: & ſi eam nulla arte cõtineri cõ cederet: ſe tamẽ paratum eſſe inquit ſatiſfacere Craſſo: & his qui ĩtererant.

Collectam: Antiquo more oſtẽdit ſe ſatiſfactuꝝ Craſſo: qui mos etiam apud nos nunc ſeruaẽ. Collectam: Pecuniaꝝ intellige: quas antiqui ſolebant in cõuiuiis colligere de cõuiuis: quã collectã appellãt: quod nunc quoq; quibuſdã in locis fieri uidemus in nuptiaꝝ cõuiuiis. Hoc eſt quod nunc inquit cæſar Craſſo: quaſi quãdaꝝ collectã hanc de iocis diſputatiõeꝝ tibi ꝓſoluere paratꝰ ſuꝝ: ne tu item recuſare poſſis: cuꝝ abſte aliquid repoſceẽ. Tibi recuſandi dem: Ego ſatiſfaciã tibi poſcenti: ne poſtea cum a te repoſcẽ id facere recuſes. Quanq̃ ſoleo: Similitudine utiẽ Mimoꝝ: qui ꝑſente Roſio aliquid in ſcæna imitari nõ audent: ita & ſe ĩpudentẽ eſſe dicit: qui ꝑſente Craſſo de facetiis audeat loqui. Quẽadmoduꝝ inquit ĩpudẽtes ſunt cæteri Mimi: qui ꝑſente Roſio Mimoꝝ oĩuꝝ ꝑſtantiſſimo audent in ſcæna aliqd agere: Ita ĩpudens mihi uideor: qui ꝑſente Craſſo aliquid de facetiis audeaꝝ dicere. Soleo ſæpe mirari: .i. ſoleo ſæpe admiratiõe duci. Seſe cõmouere: .ſ. in ſcæna. Roſium enĩ ꝑſtantiſſimũ fuiſſe legimꝰ Mimoꝝ oĩuꝝ. Vnde eum delicias ſuas Cicero appellare ſolebat. Sus: Prouerbialiter dictuꝝ eſt: contra eos: qui puros ĩpuri ipſi alios docere audent. Et eſt ꝓuerbiuꝝ ſus Mineruas. Impurus puꝝ docet: ut ſus ſpurca eſt: ita Minerua ĩtemerata eſt: utpote uirginitatis dea: Ideo quia ĩſulſus ſalſus: & ĩdoctus doctuꝝ docere uult.

Fœnum: Fœnum oportere exiſtimari alios oratores reſpectu Craſſi: cuius oratio tanq̃ flos uideẽ ſemꝑ redolere uerbis: ac ſentẽtiis. Duas enĩ uirtutes flos habet. ſ. uiriditatẽ: & colorem. Viriditatẽ uerbis: Colorem ſententiis comparat. Et ideo dicit Cum Sulpitius Craſſum audiſſet: cæteros oratores reſpectu Craſſi fœnum putabat eſſe. Eſt enĩ fœnum herba arida: quæ nec colorem: nec uiriditatẽ habet. Tum ille iocabatur inquit: Sibi ĩuicem cedunt: alter alteꝝ ſibi ꝑferendo. Dicit enim per iocum: accipe cæſar quod de me dixit Craſſus: & eo maxĩe ꝙ ipſe ambroſia ali debere uideaẽ. Alluſit ad id: quod ille fœnum dixerat. Ambroſia diuinæ genus eſt herbe: ac ſolis equos: hæc deos ipſos ueſci poetæ ſcripſerũt. Plinius artemiſiã credit. Diaſcorides item dixit: Ambroſia quam multi artemiſiaꝝ credunt. Sed tamen: Quãuis mihi pauca ſupſint: interea tamẽ in ſermõe cæſaris quaſi diuerſorio quodã ꝓlixa diſputatiõe defeſſus requieſcã. Itinere: .i. quaſi quadaꝝ itineris longitudine fatigatus.

QVID INQVIT SVLPITIVS: Caput quartũ decimuꝝ: ubi de materia ridiculoꝝ agiẽ: qũo quærẽda ſint: & ſimul etiã quot ſint ridiculoꝝ: & facetiaꝝ genera tractanẽ. Primuꝝ igiẽ de materia loquiẽ: Deinde de ipſoꝝ ridiculoꝝ: ſiue facetiaꝝ generibus. Sed reſpõſuꝝ Iulii cum ſupiore oratione Craſſi ita coniũgiẽ. Dixerat enĩ Antonius: ſe fatigatũ longitudine diſputatiõis: quare itineris labore reqeꝝ quãdã quærere: & ſe in diſputatiõe cæſaris quaſi quodã diuerſorio quietuꝝ eſſe. Ad id igiẽ reſpõſiõeꝝ ſuã cæſar accõmodat. Dicit enim. Tu quidẽ quæris Antoni requieſcere in oratiõe mea quaſi

diuersorio quodam. Sed tibi respõdeo: Hoc meuꝫ diuersoriũ non ualde tibi liberale uisum iri. Nam simulac pauca dixero te in itineris laborẽ denuo retrudã. Ac si dicat: te ad reliqũ disputatiõis compellaꝫ: ut quod reliquisti tandeꝫ pficias. Non nimis: .i. non ualde liberale: q̃ in eo perexiguuꝫ tẽpus morabere. Liberale hospitiũ: Persistit in trãslatiõe ab hospite: qui uẽientes ad se hospitio suscipit: susceptosq̃ cibo: & potu reficit. Dicit ergo simulac perpauluꝫ gustaueris: hoc est simulac de nostra disputatione libaueris: cõtinuo te laboribus: & longitudini disputatiõis dedam. Nam te extrudam: Expellam. Eiiciam: .i. extra diuersoriũ te mittã. In uiam: In laborẽ uiæ. Paululũ: .i. pexiguũ mei sermonis. Gustaueris: Libaueris: leniter attigeris. Ac ne diutius: Incipit nũc de ridiculis: & facetiis suã exponere sentẽtiam: & facit attẽtos. Dicit enim se de hac re breuiter esse dictuꝫ.

Omni isto genere: .s. urbanitatis: & facetiaꝝ. De risu q̃nq̃ sũt: Hæc oĩa ad materiã ptinẽt ridiculoꝝ: uidelicꝫ quid sit: unde sit: & nũq̃d ad oratorẽ ptineãt: & quousq̃ etiã risus ꝓcedere debeat. Postremũ uero est de genere ridiculoꝝ. Quintilianꝰ hæc oĩa pulcherrime libro sexto ĩstitutiõuꝫ explicat: & nos in commẽtario: quod scripsimꝰ in illud opus: latius de facetiis: & eius speciebus diximus. Quid sit? Quãtuꝫ ad naturã ipsius. Vnde: .i. ex quibus locis manet. Oratoris ne sit? .i. cuius officiuꝫ sit .i. an ptineat ad oratorẽ. Quatenus? .i. quousq̃ ridicula: & facetiæ ꝓgredi debeant: quia quẽadmodũ in cæteris rebꝰ modus seruãdus est: ita in his potissimũ. Genera: .i. qualitates. Atq̃ primũ: Sed quod ad uim: naturã: & ꝓprietatẽ risus ptinet: quod est philosophoꝝ: id nobis minime disputãdũ uidet̃: qn potius philosophis ipsis relĩquẽdũ: q̃ de his rebꝰ disputare ꝝsueuert. Quid? Idest quæ natura sit risus. Hoc eniꝫ dixerat quæ rẽdũ esse. Vbi sit? .i. in quo loco positus sit: ut in splene: quod physici dicũt. Erumpat: .i. exeat: egrediat̃: primo qdeꝫ quæ rẽduꝫ uidet̃: quo in loco positus sit: deinde qũo ex quo loco erũpe soleat. Existat: & erũpat: .i. ui quadã exeat. Risus eniꝫ in nostra uix est potestate. Sæpe eĩꝫ ad risuꝫ quispiã eta concitat̃: ut etiã si prudentissimus sit ab eo se tẽpare non possit. Os: Vno eodẽq̃ tẽpore risus: latera: os: uenas: oculos: uultũq̃: comp̃hẽdat. Venas: Gutturis. Viderit Democritus: Ac si diceret disputẽt philosophi: quæ materia nostra non est. Nec sine ratõe dixit Democritus. Nam ut scribit Athenodorus Hippocrates physicus admiratus est Democritũ q̃ pacutus adeo esset in cognoscẽdo reꝝ naturã. Itaq̃ cũ ei ꝓpinasset poculũ lactis ĩterrogauit: ut diceret cuiꝰ aĩalis esset: Democritus cũ illud uidisset: cõtinuo respõdit capræ: tũc primũ fetæ: & nigræ. Deinde cũ uidisset pedissequã: primo qdẽ salutauit eam dicẽs: Salue puella. Postero die occurrẽti dixit: salue mulier: eo q̃ p̃cedẽti nocte cum uiro cõcubuerat. Scripsit librũ de natura unuꝫ. De natura iteꝫ hoĩs: tam corporis: q̃ animi: & simul hoꝝ oĩuꝫ libꝝ qdaꝫ de aĩa ĩscripserit. Hoc: .s. qd sit risus. i. quæ natura sit risus. Nescire me tñ: Ego tñ sine pudore. i. ĩgenue faterer me nescire: q̃nq̃deꝫ nec ipsi philosophi sciunt: & se scire policent̃.

Est: .i. ptinet ad hoĩeꝫ: ridiculũ. i. ridẽdi dignuꝫ. i. hoĩs: quẽ ridere debeamus. Nam id proxime: .i. secunda quæstio est. Turpitudine: Et est

diffinitio ridiculi. Nam etiã ſi neget ſe dictuꝝ de ridiculis: quid ſit riſus tñ per trãſitũ quodãmodo diffinit. Ridiculũ eſt turpitudo aliqua non turpiter dicta. Cum eniꝫ aliqd: quod turpitudinẽ ſignificet: non turpiter dicit̃: ad riſum hoĩes cõmouent̃. Sicut Iulia Octauiani filia: quã cõſtat ĩpudicã fuiſſe: cuꝫ ex ea quæreret̃: Dic mihi Iulia: quid ita patri Tiberio ſimiles filios ꝓcreas: cũ habeas etiã cũ aliis uiris ꝓſuetudinẽ. Tuꝫ illa: Nauis inquit ſum: niſi plena uectorẽ nõ accipio. Locus: Si quærat̃: quis ſit locus: & regio riſus.

Notant: Verbis. Significãt: Geſtu ipſo. Eteniꝫ: Et ut certũ exequar: quod de ridiculis quærẽdũ eſſe ꝓpoſui: placet eſſe oratoris: riſuꝫ audi toribus cõmouere. Illud: Quod dixi eſſe quærẽdũ. Eſſe: Pertinere: Et reddit rõeꝫ cur oratori cõueniat cõmouere riſuꝫ. Quo? .i. quia audito res exhilarati facetiis beniuoli efficiant̃. Vel quod: Alia ratio. In uno uerbo: Sicut illud. Quid latras? quia fureꝫ uideo. Maxime reſpõdentis: Sicut illa fuit reſpõſio. Etiã laceſſẽtis: Sicut de Cicerone multa dixim⁹.

Aduerſariũ: .i. ſtultũ. Naꝫ ſi aduerſarius paulo ſtultior fuerit ꝓturbat̃: niſi ab oratore facetiis: atq; ridicul⁹ urget̃. Impedit: Si cupid⁹. Quod eleuet: Si dicẽdi petulãs fuerit. Deterret: Si fuerit ĩſtabilis. Eleuet: Auctoritatẽ minuẽdo. Deterret: Mores ĩſectãdo. Refutat: Incõſtãtiã arguẽdo. Vel q̃ ipſuꝫ oratorẽ: Etiã oratoris eſt mouere riſuꝫ. Politũ: Lepore. Eruditũ: Humãitate. Quod urbanũ: Sale: & facetiis. Maxímeq; : Et maxĩe oratoris officiũ eſt: mouere riſuꝫ: quia ſi auditores audiẽdo defatigati fuerĩt: triſticiã illã: & miſeriã quodãmodo ridiculis: & facetiis oĩno repellũt. Mitigãt: Singula ſingulis redde. Mitigãt: Triſticiã.

Relaxat: Seueritatẽ. Odioſas res: Et etiã oratoris ẽ officiũ. Quas: Scilicꝫ res odioſas. i. quædã ab aduerſariis noſtris dicta: quæ in nos odiũ concitẽt: cũ ea nõ ſatis poſſim⁹ argumẽtis diſſoluere: ſi faceti fuerim⁹: ea nõnũq̃ ioco diſſoluem⁹. Quatenus: Ratiõibus ꝓbauit oratorẽ poſſe riſuꝫ mouere. Nunc ad aliã quæſtiõeꝫ trãſit: quouſq; riſus ꝓcedere debeat. i. ad queꝫ finẽ. Dicit aũt hoc maxĩe exqſitiſſimæ eſſe rõis: uidere quouſq; riſus ꝓcedere debeat. Naꝫ ſi lõgior fuerit: auditorẽ potius lædit: & offendit. Per quã diligẽter: Per iũgit̃ poſitiuo: ut ꝓpulchrũ: q̃ pro ualde ſuꝑlatiuo: ut q̃pulcherrimũ: perq̃ rurſus poſitiuo: ut perq̃ pulchrũ: & hoc loco perq̃ diligẽter: ſi aliter apud idoneos ĩueneris: librariuꝫ erit culpa. Nam: Reddit rõeꝫ: cur diligẽter ridiculuꝫ modus ſit cõſiderãdus. Nam: Non enim eouſq; debem⁹ eſſe ridiculuꝫ cupidi: ut eos ridiculis offendam⁹: qui offendẽdi nõ ſunt. Nam ſi eiuſmodi hoĩes: qui aut ĩſigni ꝓbitate p̃diti ſunt: aut miſeria affecti: Si hos hoĩes inq̃ dictis facetis læſerimus: nullã urbanitatẽ oſtẽdem⁹: quia alii ſunt grauius uulnerãdi: alii uero nec qdeꝫ attingẽdi. Cuꝫ eĩꝫ uidemus miſeros irrideri: nõ ad riſuꝫ: ſed ad cõmiſeratõeꝫ ducimur. Inſignis: Magna: excellẽs: p̃cipua. Scelere iũcta: .i. cuꝫ ĩpietate: ut parce pias ſcelerare manus. Scelere: Sicut ꝓditio patriæ: quæ eſt ĩprobitas excellens: & ſcelere iũcta. i. ĩpietate. Miſeria agitata: .ſ. ab oratore. Miſeria: Vt de eo: qui ex regno in ſeruitutẽ ceciderit: Qui ergo illuderet hoĩeꝫ tanta miſeria circũuẽtuꝫ: nullam delectatiõeꝫ moueret. Facinoroſi: Et reddit rõeꝫ:

cur huiuſmodi hoīes ſalibus mordēdi nō ſint. Facinoroſos: Sceleſtos. Sic Saluſtius dixit: flagiciis: facinoribuſq; coopti. Maiore quadā ui: .ſ.orōis uehemētia maiore quadā. Niſi ſe forte iactēt: Quod gen⁹ eſt uani hoīs: qui nec in miſeria qdez gloriari deſiſtat. Parcēdū eſt maxīe: Sed p̄cipue abſtinere debemus a ridiculis in eos: qui diligūtur ab auditorib⁹. Nam ſi ir ridere uoluerim⁹ eos: qui diligūtur ab auditorib⁹: nō modo beniuolētiaz no bis: ſed odiuz etiā cōcitabimus. Caritati hoīuz: Qui cari ſūt auditorib⁹: ſi in eum ſalſa: urbanaq; dicta iacerem⁹: hoc etiā non poſſet auditoribus pla cere. Caritati: Intellige de his: qui diligunt̄ ab oībus. Hæc igit̄ adhi bēda eſt moderatio: .i.hic modus adhibēdus eſt: ut ītelligam⁹ quouſq; ꝓce dere debēt ridicula: ne ad hoīes: aut ſceleſtos: aut miſeros: aut caros noſtra ur banitas ꝓuēiat. Itaq; : Bene ergo cōcludit: quādoqdē inquit nec facinoro ſos lædere debemus: nec caros: neq; miſeros: cōſequēs eſt: ut eos lædere debea mus: qui ſunt: nec cari: nec miſeri: nec uulgo oībus diligant̄. Quāobrez materies: Cōcludit ex his: quæ ſupra uidiſtis. Quādoqdē inquit uidimus quaten⁹ ridicula ꝓcedere debeāt: q̄tuz ad ꝑſonas: in quas eiuſmodi dicta tra ctent̄. Cōcludit ergo: ridiculoz genera placere poterūt: & ꝓbari: ſi nec in cala mitoſos hoīes: nec in facinoroſos dicent̄. Deinde ſimul etiā aīaduertēduz eſt: in quo aliqd fuerit deformitatis: & uitiū corporis: in eum plerūq; ridicula conuēire. Nec carox: Videlicz qui nō diligūtur uulgo ab oībus. Cala mitoſox: Qui nō in extremā aliquā miſeriā ceciderint. Neq; eox qui ob facinus: .i.facinoroſox: ut parricidax: proditox. Belle: Eleganter ſcite.

Agitata: .i.uulnerata.ſ.ab oratore eiuſmodi hoīuz uitia. Eſt etiaz de formitatis: Præterea eſt etiā alia materia: in qua ridicula: & facetiæ uerſari poſſunt: uidelicz ſi alicui⁹ īſignez deformitatē: aut uitiū irridere poterim⁹.

Deformitatis: Vt naſi ſimi: ut grippi. Et corporis uitiorū: Vt ſtru mæ: ut gibbi: claudi. Nam in eiuſmodi hoībus elegās ſolet eſſe urbanitas: ſi forte in eos aliqd dictū fuerit. Vitiox: Vt balbi: luſci: & claudi. Nam & in luſco: & in balbo: & in claudo facile irridere poſſemus. Sed quærimus: Diceret aliquis: Nūne etiaz ſupius dixit aduertēduz eſſe: quatenus ridicula procedāt? qūo repetit? non eſt iteratio: Sed ſuperius dixit aīaduertēduz eſſe quouſq; ꝓcedāt ridicula: q̄tuz ad ꝑſonas: ne oēs ꝑſonas ridiculas eſſe putare mus. Nunc aūt dicit quærendū eſſe quatenus. i. quouſq; ipſa dicta ſalſa ꝓce dant. i. q̄longa eſſe debeant. Nam illud ſupius quoſcūq; ad hoīes pertinet.

Quærendū eſt: .ſ.in ridiculis. Quatenus: Quouſq; ꝓcedāt: & q̄lon ga ſint ridicula. In quo? .ſ.modo ridiculi: quē modum habere debeant: ideſt quatenus ꝓcedere debeant. Perridicula: .i.ualde ridicula: quia etſi aliquid ualde urbanū diceret̄: & longius ꝓcederet: non eſſet ridiculū: quia ſi longuz nimis diceret̄: q̄tūcūq; urbanum eſſet: urbanū eſſe deſiſteret: Vnde etiam uulgo dicit̄: iocus longior minime iocundus. Vitanduz eſt oratori utrūq; : Et bono ordine ꝓcedit: quod ſæpe iam dixi: Sicut omnes qui p̄ci piunt. Primo oſtendit: quibus uitiis abſtinere debeamus: Deinde quæ faci enda ſunt: oſtendit. Scurrulis: Vulgaris: & ſcurræ idoneus. Nam ſcurra eſt: qui riſus ab audientibus captere ſolet: non habita ſuæ dignitatis ratiōe,

Aut inimicus: Ideſt ne inimice aliquid dicatur: Quia etiam ſi aliquid per ridiculum iniquo animo ſimul & uoce diceremus: ridiculum eſſe deſiſte ret: ſed hilaritate uocis uultus ſeruata dici poteſt uel debet. Quæ: .ſ. ui tia oratori uitanda in ridiculis. Cum ad ipſa genera: .i. cum de generi bus ridiculoꝝ tractare cœperimus. Duo ſunt enim genera: Et repetit: quod ab initio dixerat cæſar: genera ridiculoꝝ duo eſſe. Vnum perpetuuꝫ: Alteꝝ breue. Perpetuuꝫ re continet. Alteꝝ ſcilicꝫ breue: dicto. Re: Perpe tuo: & longo. Dicto: Scilicꝫ pacuto: & breui. Re ſi quãdo: Nunc inci pit per exempluꝫ oſtẽdere: qũo ꝓpetuuꝫ illud ſalſe dictum tractaꝫ. i. aliquid iocunditate plenum: quaſi fabula narratur: tunc facetum illud conficitur: quod continet in re. Vt olim tu Craſſe: Exemplũ ponit: quod a Craſſo ſumitur. In: Ideſt contra Memium. Fabula talis eſt: Quia cum ridicula tractamus: quæ re continentur: non uera ſolum dicimus: ſed pleraq; fingi mus ipſi: Sicut fictum eſt a te o Craſſe. Fabula inq̃ eiuſmodi eſt. Largius: & Memius cohæredipetæ fuerunt: & ſummisſtudiis cum anicula quadam di uite agebant Teracinenſi: ut in hæreditate ꝓponerent alter alteri: Tandem res eo euaſit: ut Memius ira percitus Largii lacertum morſu laceraret: quod negare non poterat Memius: ut Craſſus dicebat: quia uidelicꝫ parietibꝰ per omneꝫ urbem Teracinæ inſcripta eſſent .L.L.L. M.M. Quæ ſenex interro gatus reſponderat ſignificare: Lacertum Largii: lacerat Memius mordax.

De annula: Videlicꝫ diuite illa: cuius hæreditatẽ uterq; petebat. At tamen a te ipſo ficta: Quia uera nõ erat: & ut ueram eſſe ꝓbares: addidiſti clauſulam. Tota Teracina: Ideſt tota urbe Teracinæ. Parietibus: Omniuꝫ ædificioꝝ. Oppidanum: Videlicet Teracinẽſem. Perſpicitis: Laudat nũc hoc genꝰ ridiculi: quod nõnunq̃ fingit: ſicut hoc fuit a Craſſo.

Facetum: Vrbanum. Elegans: Scitum. Oratorium: Non ſcur rule: Non nugatorium. Siue habeas uere: Ideſt ſiue uera ſit: ſiue ueriſi milis. Si uera: aſpergẽda eſt mendaciis. Si ficta: & ueriſimilis: multo magis: cum ſit tota mendax. Mendaculis: Diminutiuuꝫ eſt a mendax. Eſt aſpergendus: Vt ex eo oportunitas riſus offeratꝫ. Siue fingaꝭ: Siue ue riſimile ſit: ut non ueꝝ: ſed ueriſimile ſit: Sicut intelligimꝰ feciſſe Craſſuꝫ.

Eſt enim huius generis: Et quæ in hoc genere ſeruanda ſunt docet. Di cit enim hoc ridiculi genus multum iuuari geſtu: & uoce ꝓnũciantis: Sicut intelligimus feciſſe Craſſum in Memium. Vt uultus omnes: Ideſt oĩs ſpecies uultus: & imago oris. Geri: Non narrari: ſed geri uideanꝫ. In re eſt item: Ruiſus etiam ridiculum in re eſſe dicit: quod fit in imitatiõe deprauata: ſicut etiam generis huius Cicero ponit exempluꝫ Craſſi. Depra uata imitatio dicitur: ubi cuꝫ fidis diffidere: ubi ſperes timere: ubi gaudes dolere ſimules: ut Craſſus faciebat: ſicut in hoc exemplo uidebitis: qui cuꝫ cõfideret: diffidere uidebatꝫ. Deprauata imitatione: Ideſt corrupta. Cn. Domicius cenſor orta altercatione: Lucio Craſſo collegæ ſuo obiecit: q̃ colũ nas hymeticas in porticu domus haberet: emptas centuꝫ milibus: queꝫ cum continuo Craſſus q̃ti ipſe ſuam domũ exiſtimaret interrogaſſet: atq; ut ille reſpondit ſexagies ſextertio: Quo inquit ergo eam minore fœnore æſtimas?

Si decem inde arbuſcula ſuccidero: tricies inquit Domitius ſextertio. Tum Craſſus: Vter igiť luxurioſior eſt: ego ne: qui decem colūnas centuꝫ nūmoꝝ milibus emi: an tu: qui decem arbuſculaꝝ umbraꝫ tricies ſextertiuꝫ ſummā compenſas? Deinde conuerſus ad orationis genus commiſeratione plenum: quaſi ſupplicabat Domitio per irriſionem: ne uſq; adeo ſæuiret. De hoc etiā alio loco dicem⁹. Deprauata: Ideſt falſa imitatione. Quid aliud fuit? Videlicet cuꝫ Craſſus hæc uerba diceret. Concio: Ideſt multitudo: quæ aderat: uidelicꝫ populus. Vultus: & uocis imitatio: Qui timidum ſe ſi mulabat: cum tamen nihil timeret. Per tuas ſtatuas: Primo quidem di cebat non extenſo brachio: ſed in ſe contracto: ſicut timidi facere ſolent. Cum uero dixit ſtatuas: tunc extendit brachium. Ex hoc genere eſt ego tibi: Meminiſtis enim apud Terentiuꝫ hæc uerba eſſe Demeæ aduerſus Antipho nem adoleſcenteꝫ iracunde: & minaciter dicta. Ergo dicit cum hæc uerba Roſius in ſcæna pronūciaret: uoce: & uultu adeo ſenem exprimebat: ut non Roſius: ſed Demea ſenex loqui uideretť. Ex hoc genere: Scilicꝫ ridiculi.

Aſſero inquit: Cum concuſſione capitis: uultu toruo: & minaci: uerba hæc pronūciabat. Senium: Ideſt tantuꝫ imitatione Roſius ualet: ut non ſenex: ſed ſeniuꝫ ipſuꝫ uideaťť: ſenis cuꝫ ꝑſonaꝫ ſuſtinet. Atq; ita: Sed ad uertēduꝫ eſt: ꝙ uſq; adeo imitatione hoc genus ridiculi uniuerſuꝫ conficiť: ut niſi caute tractetur: biſtriōibus ſimiles eſſe uideamur. Non enim uocem: & geſtum ſimilem Mimis: & biſtrionibus habere debemus: ſed oratoribus.

Mimoꝝ: Videlicet ne ſupſtitioſa ſit imitatio. Mimoꝝ ethologoruꝫ: Quēadmoduꝫ ſi quis ruſtice ꝓnūciaret reprehēdereť: Ita etiam ſi quis nimi um uenuſtus eſſe uellet: reprehēſione non careret. Ethologoꝝ: ἦθος mos: & λογος ratio. Deinde ꝛ uertiť in e longuꝫ: poſtea latine proferť ethologus: ideſt moris expreſſor: qui geſtu ipſo corporis: & ſono uocis: ita exprimit mo res hominuꝫ: ut geſtus corporis: mores hominū loqui uideanť. Hinc fit etho logia: de qua diximꝰ in cōmētariis: quos in Fabium Quintilianū ſcripſimꝰ.

Orator ſurripiat: Quia genus hoc ridiculi totum imitatione conficiť: & caute agendum eſt: ne biſtrioni ſimiles eſſe uideamur: ideo bene ſubiun git. Surripiat: Ideſt latenter rapiat imitationeꝫ: quaſi non ꝑuidētibus: qui audiunt. Imitationeꝫ: Scilicet eius: in queꝫ iocamur. Vt is qui au diet: Ideſt auditores inquit ab ipſa imitatione plura mente concipiant: q̄ oculis uideant. Nam ut fit: aliquādo in geſtu tanta uis eſt: ut in ipſo motu multo plura cogitemus: q̄ auribus audiamus: qui aliquid ſimul & uerbis dicit: & motu corporis oſtēdit. Duo præcipit: quibus intelligi poſſit. Vnuꝫ: quod auditur: ſcilicet in uerbis. Aliud: quod uideť: ſcilicꝫ in motu. Præ ſtet: Ad hoc etiā orator curare debet: ne petulāter faciat: ſed rubore quodā: atq; pudore. Nam ingenui pudor eſt: cum aliquid non ſatis honeſtum dici mus. Suum: Ideſt ꝓpriuꝫ ingenuitatis. Præſtet: Ideſt præſtet inge nui dignitatē. Ingenuus enim debet a ſeruili hominis indignitate diſſimilis eſſe. Verboꝝ: Vt nec uerba turpia ſint: nec etiam res obſcœnitateꝫ quā dam oſtendant. Vnuꝫ ex altero ſequiť. Nam ubi uerba turpia ſunt: nec res quideꝫ poteſt eſſe honeſta. Ergo hæc duo: Concludit ergo: quādoquideꝫ

exemplo Craſſi oſtendimus illud ridiculum: quod ꝑpetuuꝫ eſt: nunc in narratione uera: aut ueriſimili continet: nunc imitatiõe ſequit: quia huius ridiculi genera duo ſunt. Vnum: quod in narratione. Alterꝝ: in imitatione conſiſtit. In re: In ꝑpetuo ſermone. Propria: Ideſt lepidi ſermonis: atq; feſtiui: quod prolixum dicitur: In quibus declarat: quæ ſint duo illa genera: breue uidelicꝫ: ac ꝑpetuuꝫ. Effingũtur: Ita formant: atq; fingũtur quodãmodo: atq; pingũntur. Vt aut re narrata: Singula ſingulis redde.

Re narrata: Ad id: quod dixit: effingũtur: Vt ipſa genera: quæ in ꝑpetua feſtiuitate conſiſtunt: nobis ante oculos poneret. Breuiter: Vt ſi moderate: uel claudum imiteris: uel balbum: ut qui uoluerit in aduerſarium iocari. Si dixerit: Cum hic noſter per forum incedit ſingulis grãdibus adorare uidetur homines: & ita nõnihil & uoce: & geſtu corporis ſignificaret hunc eſſe claudum. Etiam Craſſus in ſuperioribus exemplis imitatus eſt hæc duo genera: Cum fictam illam fabulam Memii mordacis lacerantis Largii lacertum narrauit. Deinde alterꝝ genus: quod in imitatione conſiſtit imitatus eſt: cum uidelicet nobilitatem Domitii implorabat: per tuam nobilitatem: per tuos liberos: per tuas uxores: per tuas denicꝫ ſtatuas. In dicto autem: Hactenus declarauit: quid ſit ridiculum: quod in perpetua oratione uerſatur. Nunc tranſit ad aliud ridiculum: quod non in perpetua oratione: ſed in dicto peracuto: ac breui perſiſtit. Sed anteq̃ ad genera ipſius perueniat: dicit aĩaduertendum eſſe oratori multum differre inter dicacitatem: & urbanitatem. Vrbanitas: ingenui hominis eſt: Dicacitas autem ſcurrilis. Et quia non poteſt lucidius: nec planius q̃ exemplo intelligi: aliquot primuꝫ exempla proponit dicacitatis: Deinde quæ a dicacitate ſeparata ſũt.

Quod uerbi: Cum uerbum aliquod adeo urbanuꝫ ꝓnunciat: aut ipſius uerbi ſententia adeo erit faceta: ut ſine magno ingenio non potuiſſe dici uideatur. Sed ut in illo: Ecce quõ oſtendit urbanitatem a dicacitate ſeparatam. Et per ſimilitudinem oſtendit: cuiuſmodi debeat eſſe hoc ridiculum: quod in dicto: aut ſententia ꝑacuta conſiſtit: ut inquit in illo genere: quod in narratione: & imitatione conſiſtit: Cauenduꝫ eſt ne mimis ethologis ſimiles ſimus: Ita hoc uitandum eſt: ne dum urbani eſſe uolumus: dicaces eſſe uideamur. Qui igitur: Et quia non poteſt melius oſtendere aliis rationibus: Quid interſit inter dicacitatem: & facetias: Ad exempla continuo ſe confert: dicens Craſſum: & Catullum omnes urbaniſſimos eſſe conſentimus. Quid igitur differunt a Granio: & Vargula? quos dicaces fuiſſe conſtat. Deinde dicit quaſi dubitans: Non mihi uenit in mentem: quõ hæc poſſit diſtinguere: & ſtatim quaſi id ſibi oblatum ſit diſtinguit continuo alterꝝ ab altero. Granius: & Vargula: Romanorum ciuium nomina ſunt: qui dicaces erant. Granio: Sed dicacitate Granius ſuperabat Vargulam.

Hoc opinor primo: Re uera hæc eſt differentia. Opinor: .ſ. diſtinguemus a Craſſo: & a Catullo: & a cæteris urbanis. Ideo tam copioſe de facetiis Cicero noſter tractat: q̃ ſatis ꝓſtat eũ: ut Fabi⁹ teſtat: in hoc genere fuiſſe ꝑcipuuꝫ. Dicaces: Dicacitas eiꝫ lõge debet eſſe ab oratore remota: qđ ita ꝑcipit Quĩti. Dicacitas iqt: & ſcurrul: & ſcænica huic ꝓſonæ alieniſſima eſt.

Primo: Prima ratio distinguendi urbanitatem a dicacitate hæc erit: ut si urbani esse uelimus: non semper iocemur: sed tunc cum tempus: aut perso na requirere uideatur. i. cum nobis: aut clientibus nostris ꝑdesse poterit: q̄ si p̄ter loci: & personæ qualitatem iocaremur: tunc nobis non modo prodesſz: sed etiam plurimū officeret: non urbani: sed dicaces diceremur. & id uidelicet quod prodest exemplis ostendit. Ne quotienscunq̄: Ne existimemus ne cessarium: quia non quotiens aliquid facetum dicere possumus: dicere debe mus: sed cum aut nō obest: aut prodest. & exemplum ponit: quō aliquando Philippus faceto dicto usus fuerit: & licz risum mouere potuerit: tamen ipse multo plus damni cōtraxit: q̄ utilitatis. Pusillis: Philipp⁹ accusator erat: cōtra eum ꝑductus est testis pusillæ staturæ: interrogauit quæstorem: qui de more p̄erat iudicio: quos iudices capitales uocamus: quasi inquisitores. Quæ storis enī officiū est: in suo officio unūquēq̄ detinere: ut re⁹ nihil aliud agat: q̄ defēdat: & accusator nihil aliud p̄terq̄ accuset. & ideo si aliquid p̄mitteret ab officio discederet. Ergo ut supra memoraui philippus petiit ex quæstore: nunquid liceret interrogare testē: cui quæstor: licet: modo breuiter roges. Tū Philippus Facete dictum hoc ꝓtulit: nihil me accusabis: nam perpusillum rogabo. Nam dupliciter intelligi potest perpusillum: uel breue aliquid: uel hominē ppusillū. Sed dicacitatis fuit: quia huius iudicii iudex breuior erat: & oēs credētes in iudicē illud dixisse: in eundē oculos conuerterunt. Licet: .s. rogare Nō accusabis: .s. me o quæstor ne hoc breuiter faciā. Quid: Quō eiusmodi dictū iudicare debemus. Scurrule: .i. ex omni parte uul gare: & non liberale. Ergo hoc nobis: Sicut hoc dictū cecidit in iudicez. Bella elegantia: scita: & benedicta. Ipso genere: Quia etiam in alios in cidunt: in quos nolles. Vt iste: Ponit altez exemplū: ut etiam Apius cuz se dicacē ingenue fateret. & ꝑfecto ita est. Multa enim dicit: quæ nō soluz in alios: quos nollet: sed etiam in se ipsum cōuertuntur. Vitiū: Vulgare: & illiberale: cuiusmodi est hoc facete dictum. Cœnabo: Appius in quendā sextiuz iocatus est ī hunc modū. Sextius luscus erat: quē cū uidisset Appi⁹. Coenabo inqt apud te Sexti: naz uni locū uacuū uideo esse. hoc ideo dicebat: quia monoculus erat. Nam uni locū uacuū uideo esse significat alterius ocu li orbem uacare. Improbat hoc dicacitatis genus. Sed laudat id: quod sine mo ra respōdit Sextius. laua: & cœna. i. purga te ab infamia tua: quia repetunda rū accusatus fuerat. Locū: .i. orbem alterius oculi uacare dixit. Tem poris igitur ratio: Id est: quod superius dixit: quia non usq̄quaq̄ facete di cto uti debemus: sed quando ꝑdest: uel nihil nocet. Meditata: Præcogi tata. Nam omnes putare poterant: būc Appium p̄cogitasse hoc facetū: quod non ex tēpore dixit. Manus laua: .i. te ab īfamia purga. Tēporis igit: Concludit igitur: ratio temporis habenda est. Tēpantia: & raritas: Ne omnia frequentia sint. Ridiculi: Qui risum mouere possunt. Totuz: Nūq̄ dicere sperāt. Quid enī est uargula? Nunc altez exemplū dicaci tatis proponit. Aulus Sempronius magistratū petebat: & ambiendo ap̄p̄hēde rat uargulam: & amplectebat eum rogans: ut suffragiis suis uellet se ad ma gistratum prouehere. Tunc ille uocauit puez: & inquit. puer abige muscas.

Cãdidatus: Prætură petens. Nam Romani magiſtratum petentes ambi re ſolebant populũ. Abige puer: .i. pelle a me: ac ſi diceret nolo hũc iuua re. Vt tenuiſſimus: Nam etiã tenuiſſimi ingenii hõ poteſt riſum moue re: ſi diligentius in ea re obſeruare uoluerit. Prudentia: Vt dicam⁹ quæ ꝓſunt. Grauitate: Vt dicam⁹: quæ nõ obſunt. Quaꝝ: .ſ. prudẽtiæ: & grauitatis. Sed domĩa natura eſt: .i. hæ uirtutes ſub natura cõtinẽť. Mã has uirtutes in poteſtate tenet. Nunc exponam⁹: Poſtq̃ dixim⁹ diffe rentiam eſſe inter dicacitatẽ: & urbanitatẽ: & illam diximus eſſe ſcurruliũ: & uulgariũ hominũ: hanc oratoris: & exemplo oſtendim⁹: Nũc ad genera fa cetiaꝝ tranſeamus: & quot modis facetiæ fieri poſſint ꝑcurram⁹. Hæc igi tur: Hic cognoſcimus in tria genera partiri facetias. Nã unũ facetiaꝝ gen⁹ eſt in re: aliud in dicto: tertiũ in utroq;: & hoc poſtremũ dicit eſſe anteponen dũ. Re: Videlicet cũ narram⁹ aliquod ridiculũ. Verbo: Cũ acute: ac breuiter dicim⁹ aliquid. Coniuncte: Videlicet utroq;. Sed hoc memẽ tote: Sed aliud ꝑceptũ: anteq̃ ad ipſa facetiaꝝ genera ueniat exponẽda: dat: uidelicet aĩaduertendũ eſſe ꝙbuſcunq; locis res iocoſæ ſumũť: exiiſdem etiaꝝ ſeria ſumi poſſe. & aliqua exẽpla ponit: quib⁹ ĩtelligitur eadẽ ratione ioca fie ri: ac ſeria. Deinde ad ꝓpoſitũ reuertiť. Locos: Quos ſuperius genera ap pellauit. Vnde: A quibus generib⁹: ex iiſdẽ locis: & grauia: & iocoſa ꝓfi ciſci. Tantũ: Sed hæc differentia ẽ: quod altez quidẽ res honeſtas: alterũ iocoſas magis reſpicit: quia iocus ſemp nõ nihil ab honeſtate declinat: modera te tamen. Seuere: Grauiter: ſtudioſe: & cum ſeueritate. In turpiculis: Qui: ſi plane turpes eſſent: iã nõ urbanitas: ſed obſcœnitas diceretť. & põit exemplum. Quẽadmodum inquit poſſum⁹ iiſdẽ uerbis & frugi ſeruum lau dare iocoſe: & furẽ ſeruum uituperare. Neq̃: .i. ſi fugitiu⁹: ſi ĩfid⁹: ſi ebri oſus ridiculum ẽ. & ꝓbat exẽplo Claudii Neronis: qui facete dictum ꝓferẽs in ſeruum furacẽ: dixit. Hic ſeruus ſolus ẽ: cui nihil domi ſit: nec obſignatũ: nec clauſum. ſi affirmatiue acceperis: bon⁹ ſeruus: cui domin⁹ adeo fidit: ut oĩa ſibi aperta relinquat. Si negatiue: intelligis malum eſſe ſeruum: cui quia dominus diffidit: nihil apertum reliquit. Namq; ſpurio Caruilio: Dicit duas differentias eſſe in una eademq; ſimilitudine. Similitudo eſt: q; ex iiſdẽ locis ſumantur & ſeria: & ioca: q; ab eadẽ origine & ſeria: & ioca trahanť. Alia ſimilitudo eſt: q; nõ ſolum eadem origine: ſed etiã iiſdẽ uerbis nõnunq̃ trahũ tur: ſed nõ oĩa biſdẽ uerbis: ſed biſdem locis. Nãq; ſpurio caruilio: Hæc duo exempla ſumunť ex claudicatione: unum graue: altez uero ridiculum. Sed graue caruilii plane ẽ. Caruili⁹ glaucia iocabať in Caluiniũ claudium: & ubi eum uidit: Nõ claudicat inquit: ſed clodicat. differẽtia ĩ ſyllaba. v: ꝑ: o: ponere ſolebant: ut plauſtrum: ploſtrum. clauſtrum: cloſtrum. Ratio ridiculi hæc eſt: q; dixerit clodicat. i. clodii mores imitatur. Nouimus clodium flagi cioſiſſimum fuiſſe: qui multa ſtupra: & ſcelera cõmiſit. At uero Caruilii gra ue: & ſeuez. Caruilius dum pro re. p. pugnaret: crure ſautius ſemp claudica uit: & cum in publicum ꝓdire erubeſceret: Mater facete: & ſeuere eum admo nuit: q; nihil timeret: ſed potius auderet. Nã ſi in publicum prodiret: quoti ens gradum faceret: uirtutis ſuæ ſibi uenirent in mentẽ. Et notandum eſt di

cendi modus: quo. Ci. interim utitur: ut alibi. Cum mihi illius diei uenit ī mentē ſubitelligit uel cōdicio: uel ſtatꝰ: uel tale aliqd. Grauiter: Graue enim uulnus acceperat. Clodicat: .i. clodio ſimilis eſt: non corpore: ſed aīo clodicat. Vtrūq;: Videlicet & ſeruū Caruilii: & iocoſū caluinii. Vtrūq;: .i. in utrunq;: claudū: & illud graue aīaduertendū in Caruilio: & hoc ridiculum in Caluinio. Quid hoc neuio? Alterꝝ exemplū eſt ridiculi: qđ ſumitur ex eodē genere: ex mutatione litteraꝝ. Primū eſt ſeuerꝝ: quia ſeuere iuſſit Neuiū Scipio. Cum Scipio īpium hoīez: & ſocordem uidiſſet: dixit. nihil iſto Neuio ignauius. At uero ridiculoſe dixit Philippus in quendā mali odoris hominē. Cū quidā ad philippū ueniſſet male olentis ſpiritus: ita iocatus ē: nō cōuenior inquit a te: ſed circūuenior. Cōuenire eſt colloqui: circūuenire autez ſignificat inſidioſe obſidere. quia malo a te odore circūuentus ſum: ita ut hīc me libenter eriperē: ſi modo liceret. Philippus: .ſ. inquit. Verbi ad litteraꝝ īmutatis: Quia & mutanť: & addunť litterę: ut in ſuperiore. Similitudo: Similitudinē quoq; dicit nōnūq; ridiculū facere poſſe: qđ eiuſdez generis etiā cū ſuperioribus: ut uidelicet ex eo non ſolum iocus: ſed etiā grauitas: ridiculum: ſiue facete dictum trahi poſſit: quod etiā exemplo demonſtrat. Ex ambiguo: Videlicz quę trahitur ex ambiguo. Accutiſſima: Subtiliſſima. Sed ſimilitudo: Quia: ſicut etiā quę ſuperius diximus: ridicula utrunq; habere poſſunt grauitatem: & iocum: ita etiā ſimilitudo habere poterit: & ꝓbat exēplo. Africano illo maiori: Oſtēdit ſimilitudinem ex ambiguo ductam poſſe facetū habere: in quo iocus ſimul: & grauitas continetur: ꝓbat exemplo. Africanus ille ſuperior in conuiuio erat: & cū ipſi bonoris gratia. P. Licinius uarrus: uel quidā alius coronam capiti imponeret (Coronati enī epulari ſolebāt maiores) & cum ea ſæpe frāgereť (erat enī ex frōdibus ſerta) unus ex his: qui aderat reſpōdit: noli inquit admirari ſi ſæpe frāgitur: Caput enim magnum eſt: & ideo crebro frangiť. locatus eſt in ſcipionez his uerbis: ſed hoc facete dictum eſt laudabile: & graue. i. habet in ſe grauitatem. Caput magnum dixit: quia prīceps populi romani: ſed hæc ſimilitudo ab ambiguo duciť. Nī ex eōdē genere notať etiā caluities cum dicit magnū caput dico hominis laudabile eſt: poſſumꝰ quoq; caluum irridere: Naz calui fere omnes naturaliter caput magnum habent. & caluiciem nouimus datam fuiſſe turpitudini: aut re uera magnū caput dixit: quaſi cerebroſum. At: Sed caluus eſt etiā ex eodē genere. ſed ſi dixiſſet in caluum riſus fuiſſz propter caluiciē. Aliud exemplum ex ambiguo ponit. Sed hoc ambiguum pronunciatione iuuatur: de docto: & īdocto dici ꝓpteſt: ſed alterum ab altero diſtīguitur hypodiaſtoli: qui eſt accentus: qui ſuppoſitus dictioni: eam ab alia diſtīguit. Nam ſi hoc modo legeris. ſatis eſt quod didicit. Nam non parum multa didicit. i. ſatis multa: Si legeris cum grauitate de docto intelligetur. Sed ſi uis eum paꝝ didiciſſe: ſic dices. Satis eſt quod didicit paꝝ: & ne pro nō multa: qa non curauit. Satis: Ideſt multum eſt: quod didicit: non eſt cōtemnendum: deīde īferas parum ne multa? doctum eſſe ſignificas. At ſi dixeris eo quo ſupra dixi modo: erit ſenſus. Sufficit ei: q; paruz didicit: & nō multa. Nullum: Concludit ergo Cicero ex his: quæ dicta ſunt facetа: nulluz

esse: ꝙ non ex omni genere ridiculi alia seria: alia iocosa interpretari possint.

Seria: Quæ iocis sunt contraria. Atq; hæc Sed aliud p̄cipit anteq̄ ad ipsoꝝ ridiculoꝝ genera ueniat. Dicit enim hoc quoq; diligenter conseruā dum est: non solum ex eodem genere ridiculoꝝ grauia dici: atq; iocosa: uerū etiam non omne: quod ridiculū est: id oīo facetū. Sæpe enim multa ridicula sunt: quæ non sunt faceta. hoc modo igitur distinguit̄: Si facetū ergo ridiculum: non si ridiculū etiā facetum. Samiones: Samiones dicti sunt a samiis populis: qui ī dictis: & factis fatui sunt: & dicunt̄ samiones eo ꝙ īsamo insula nascūt̄: q a græcis dicūt̄ μωροι: ut Nonio Marcello placet: & hi sunt: ut nani: ut gibi: ut strumosi. Eiusmodi enī hoībus: qui īterpolati sunt natura delecta ri solent principes. Vnde Terentius. Solus samio seruat domum. & Ci. in epistolis libro nono epistolaꝝ ad papyriū petū. Salis satis est: Samionum paꝝ: & hi samiones sunt ridiculi: non tamen faceti. Nam cū uidemus: risum cōtinere non possumus: nō tamē faceti sunt. Ore: .s. deprauato: si latiori fuerint ore. Vultu: si uultum distortum habuerīt. Moribus: Qu in eis sūt moribus nonūq̄: cum ab ore saliuā mittūt: nares digitis: aureſq; fodiūt: quæ aliis risum: aliis horrorē mouent. Corpore: .i. ipsa etiā breuitate: & deformitate corporis. Salsum: Quia risum moueret. Salsum hunc: Sed si quis fuerit: qui imitet̄ samionem: poterim⁹ hunc dicere sallum: non tamen esse facetum. Nā facetia oratori conuenit: at uero samiones: scurris: ac histrionibus magis. Nam si min⁹ imitetur samionem: hoc sibi congruet: & qđ erit officii sui adimplebit. Nō est nostrum: .i. nō ptinet ad oratores. Moro sum: .i. difficilē: & moribus puersis. Supsticiosum: Sine causa timidū. Supersticiosus dicitur: qui deum timet ī rebus etiā nō timēdis. Vel suspiciosum: Vt nonnulli habent: qui simulac uiderīt colloquētes cōtinuo eos de se loqui suspicantur. Gloriosum: Iactabundū. Alteꝝ genus: Et ratio nē ostendit: non eiusmodi homines facetos. Nos enim oratores: si uiderimus aliquem eiusmodi hominē: eum agimus illudendo: nō autē sustinemus imitādo. Agitare: .s. illudendo persequi. Sustinere: Imitando: sicut histriones: & mimi in scæna. Nam qui psonam aliquā imitatur: illius psonaꝫ sustinere dicitur. sicut est apud comicos. Alteꝝ: Sed hoc inquit genere debemus uti latenter: & breuiter: quia simulac īgressi fuerim⁹ ad imitationē: continuo eam oportet succidamus: ut Crassus contra Domitiū: per tuam nobilitatem: per tuas statuas. Furtim: Latenter. Cursim: Celeriter. Alterū: De quo paulo ante dixi. Deprauatio: Quod est samionū. Obscœnum: Cum obscœnum aliquod dicimus: sicut illud Appii cum in luscū iocaretur: & si respōsum satis dignum fuit: cum dixit cœnabo: Vni enī locuꝫ uacuum esse uideo. Liberale: Quæ faceta nō modo sunt in foro tractanda ab oratore: sed uix in cōuiuio a libero homine dicenda uidēt̄. Liberale: Quantum ad urbanum: qui nihil dicit nisi libero dignū. Detractis:

Ergo quādoquidē quattuor genera facetiaꝝ sunt: ex qbus tria sunt ab oratore aliena: uidelicet deprauatio oris: nimia imitatio: & obscœnitas: reliquuꝫ est: ut uideamus unde potissimum originem ridicula habeant: & ea per genera diuidit: ut certam quandam uiam habeat orator: tam & si multa sint.

Detractis: Videlicet imitatitiõe:oris deprauatiõe:& obscœnitate. Ex hoc loco: .i.ex hoc oratorio officio. Reliquæ Diuisit omnes facetias: aut in re:aut in uerbo. In re: Si perpetua fuerit. In uerbo: Si breuis. Sed primo uideamus quomodo distingui possint facetiæ ab his:quæ sunt in re:& in uerbo Nam quod quibuscunq; Omne: quod quibuscũq; uerbis statim dicitur:tantum facetũ est in re positum. At uero quod uerbis mutatis aliud efficitur:in uerbo:ut uerbi gratia:Cũ Cicero dixit:quem fugiã habeo:quem sequar non habeo. Si dixisset ducem habeo: cuius fugã imitari possum:non autem cuius uirtute duci ualeã:mutatis uerbis: non mutarent sententiæ.Ergo hoc ridiculũ dicitur esse in re:quia mutatis uerbis remanet tamen ridiculũ.At uero quod mutatis uerbis nõ est facetũ:id dicitur esse in uerbo.Cuj dixit ille:quid latras? Respondit:quia furem uideo: Sed si mutares:& dicere.: quia uideo bonoꝝ alienoꝝ p̃datorẽ:non esset facetũ:quia mutatis uerbis desineret esse iocosum: neq; cõueniret. Nam quia latrare ꝓprie est Canum: Canes autẽ in Fures latrãt:optima fuit responsio.Ergo ex hoc differentiã cognoscere potestis inter facetias:quæ in re:& quæ ĩ uerbo sunt. Leporẽ: Festiuitatem. Ambigua sunt: Nunc incipit tractare genera ridiculoꝝ.Primũ genus dicitur esse:quod sumit ab ambiguo:de quo nõnihil supius tetigit:ita eferũtur: ut in diuersas sententias trahi possint:quæ non tam laudãtur:quod ridicula sunt: q̃ ꝙ falsa:& scita:accuta:subtilia:& ingeniosa.

In uerbo: Quia uno uerbo eiusmodi dicta pficiuut. Ambigua: .i. ridicula ex ambiguo dicta. Belle: Elegãter. Litterate: Scite:& docte.

Vt in illuj ticiniũ: Hoc potuit etiã risum mouere belle:& litteratum ẽ: tamen habet in se ridiculũ: quod risum auditoribus mouere possit. Ticiniꝰ quidã adolescens optime pilla ludebat:sed nocte etiam p urbẽ lasciuiens statuas frangebat.Cuj æquales eius in campũ ueniissent:& pilla ludere cœpissent: quærebant ubi Ticinius esset.Vnusꝰ Terentiꝰ uespa:qui cũ eo noctu fuerat: respondit:nõ adest:quia brachium fregit:non suum:sed statuæ intelligebat: & ideo dixit nõ adest:quia brachiũ fregit. Ludo pilla: Ludo tesseris sẽp cum ablatiuo construit.Nam ludo ludũ aliud significat. Signa sacra: .i. simulacra deoꝝ sancta. Gregales: Idest sodales de grege suo: qui pilla ludebant. Vt illud africani: Hic locus uidetur obscurior: sed pridiculus.

Vt: Pro sicut Licinius introducit Africanũ his uerbis utentẽ. Quid Decius: Vnculam:an cõfixum uis facere.Decius cum puella suspectus collocquebatur:hunc cum uidisset Africanus ita locutꝰ est.unculã: an cõfixũ uis facere.i.utrum cogitas cõplecti:an cõiungi. ĩtelligitur.satis dixi. Nõ essj sextantis: Hoc etiam ambigue dictum sextantis: dupliciter intelligi potest non sufficere sex tantis:ut sint diuisæ hæ dictiones: sed potuit etiã ĩtelligere sextantis.i.hominis nulliꝰ p̃cii.Nam sextans pars est assis. Et si quæritis:

Et si quis est:qui uelit cognoscere dicacitatẽ in uno granio cognoscere poterit. Sed risus mouẽt alia: Hæc quidẽ ridicula: quæ ex ambiguo ducunt falsa sunt:ac litterata.Sed tamẽ alia ridicula magis risum mouere possunt: q̃ quæ ex ambiguo ducũtur:nisi forte hoc timebit:ne in aliud ridiculi genꝰ transeant.hic ostendit magis mouere risum:cum ab ambiguo ad aliud ambi

guum transit. Maiores: Quã ambigua. Quãuis inquit ambigua sint scita: & litterata. i. ingenioſi: ac litterati hominis: non tamẽ tantũ riſus mouẽt: quantũ cætera ridicula. In his enim magis ingeniũ dicẽtis admiramur: q̃ ad riſum cõcitemur. Alia: Preter ea quæ ex ambiguo ducunt. Ambigu um per ſe: Videlicet cũ uidemus aliquẽ id: quod dictum eſt: in aliã ſignifica tionem ducere poſſe: q̃ is qui dixerat. Ingenioſi: Nõ quia ſit ridiculoſus .i. riſu plenum: ſed quia ingenioſi uidetur eſſe poſſe uerbũ: quod dictum fu erit in aliã ſignificationem trahere: q̃ dictum ſit. Ingenioſi enim uidetur. Ideo per ſe ipſum laudatur ambiguũ: quia nemo niſi ingenioſus facere pote rit: ut quod dictum fuerit in aliud: q̃ quod dictũ ſit itelligatur. In aliud: Ideſt in aliam ſignificationẽ. Sed admirationez magis: Sed hoc acumẽ ingenii in ambiguo magis eſt admirationis: q̃ riſus. Niſi ſi quando: .i. niſi forte contigit: ut in eo quod ambiguũ fuerit: aliud quoq; genus ridicu li conſpiciatur quõ ante dixi. Quæ genera: .i. genera: quæ ex ambiguo in aliud genus ridiculi tranſeunt: proſequar inquit iulius. Sed ſcitis eſſe notiſſimũ: Primum genus ambigui: quod ad aliud ridiculũ tranſit: eſt cuz aliud dicitur: & aliud expectatur: ut uerbi gratia. Cum expectamus ab eo: q̃ loquitur: aliquid & faceta oratione aliter atq; expectatur: rem exire p̃cipim⁹: tunc nobis error noſter riſum aliquando mouet. & ponit exemplũ. Error noſter: Quia dicimus inter nos: ego crediderã illum aliud dictuz quod mi bi placeret: & nunc intelligo me mea ſpe eſſe deceptum. Etiam ambiguũ: .i. p̃terq̃ q; nobis præter expectationẽ noſtrã contigit: ſi aliud dictũ fuerit: tamen ambiguũ tunc fiet urbanitas. Vt apud Neuiũ: Didiciſtis apud Ti. Liuiũ: quõ hic mos etat Romæ: ut qui ſoluendo nõ fuiſſẽt addicerent fœ neratori: cui ſeruirent: quoad debitũ perſoluerẽt: & hi Nexi appellabãt. Neui us hic cum uidiſſet nexũ quẽdam æris alieni cõuictum duci a fœnetatore i ergaſtula (Nam illuc mittebant ad p̃ſoluendũ) quaſi miſericors iterrogauit ab his: quanti æris alieni iudicatus eſt iſte reus. Illi reſpõderũt: mille nũmis. & ſteterunt expectantes: ut ipſius: qui ducebatur miſericordia ductus ſe ſpon ſorem pro eo fateretur. Ille reſpõdit nihil addo: ducas licet. Iudicatus. .i. damnatus eſt a p̃tore. Duci: Scilicet in ergaſtula. Addictus: Aſtrict⁹ æris alieni fœneratoribus. Nam addicti dicebant: qui p̃toris iuſſu cum ſol uendo non eſſent creditoribus tradebant: ut tam diu detinerent quoad exo luiſſẽt: aliquãdo addict⁹ ſignificat deſtinatũ morti. Addicere etiã ẽ p̃cium d̃ ferre in auctione: cum alius alio maius p̃cium policetur. Nihil addo: .ſ. ad illud: quod obligatus eſt: uel nihil addo. i. plura nõ loquor. Addict⁹: mille numum: Quæ ad defenſionez: ad accuſationẽ: ad abſolutionẽ p̃tinẽt: cõſtruuntur cum genitiuo: ut hoc loco plane uidetis. adictus mille numum: pro numoz. Sed addidiſſet: Ideſt reſpondiſſet tantũmodo. Præter ex pectationẽ: quia expectabat ille: ut miſericordia ductus p eo ſponderet: & hic dixit ducas licet: & falſus fuit: qa nihil addidit ultra: niſi quod dixit: nihil ad do ducas licet. Nam ambiguum eſt: qa poſſumus dicere nihil addo .i. nihil reſpondeo: uel nihil addo æri alieno: qd̃ debet. Hoc tamẽ eſt uetuſſimum: Quãuis hoc ambiguum: quod dixit ſit faliſſimum: tamen hoc qd̃ ſuperi⁹

dixit:& nunc quoque admonebo uidetur mihi aptius ad risum: cum ex uerbo aduersarii per metaphorā aduersarii responsū arripimus: sicut illud Catulli in Philippum. Quid latras? quia furē uideo: arripuit per metaphorā. In altercatione Videlicet in cōtentione: quia hæc magis est cauillatio: quæ ī uerbo: uel in dicto uersatur. Nā altercari est mutuo iurgia iactare. Ab aduersario: Idest ab eo: quod dixerat aduersarius: uerbū per metaphorā ducitur.

Arripitur: .i. raptim capitur: sine ulla excogitatione: quia danda est obnixe opera: ne excogitatū uideatur: quod respōdetur. Infligitur: Impīgitur. Lacessiuit: Prouocauit. Sed cum plura: Hoc præceptū generale est: ut in quocunque genere ridiculi a nobis uerba diligēter obseruāda sint: ut non uideantur a nobis quæsita: sed ultro oblata: sicut in dicto Catulli in Philippum. Doctrina: .s. sophistarū: qui amphibologias tractare solent. Nam ambiguū est pars dialecticæ: in qua amphibologiæ tractantur. Amphibologia enim nihil aliud est: q̄ ambigue dictum. Aucupari: .i. latenter: & callide: & quasi per īsidias inuestigare. Vt: Quāuis nō oīa dicamus: quæ offeruntur: ne quid insulsius dicamus: quod Sophistæ facere solēt. Sed diligenter aīaduertamus: ne quod dictū fuerit: uideatur esse quæsitum: nō oblatum. Et enī cauendum est: Post hoc præceptū generale in omnibus ambiguis seruandū: transit ad aliud genus. Est autē eiusmodi: quod in mutatiōe litteræ cōsistit. & duo exempla Catonis ponit: quæ ridicula consistunt ex ambiguo per mutationē litteræ. Nobilis Fuluius ciuis Romanus appellabatur Fuluius nobilior: & quia leuitatis uitium sæpe īcurrebat: Cato cum uidisset eum: O Fului inquit mobilior magis q̄ nobilior. Alterum eiusmodi est: & ē duplex. Quidā īuitauerat æqualē suum: hoc modo. eamus inquit deambulatū. Qui inuitatus erat dixit: Quid opus est de? quia tu dixisti deambulatū: nūne satis fuerat dixisse? ambulatum. Cato: qui tunc ibi aderat: audiuit hos inter se colloquentes: & huius secundi orationē excipiēs cōtinuo ait. Quid opus ē te: & cum ille dixisset cur? tum Cato: quia tu auersus: & aduersus īpudicus es. In quo dicto maxima est obscœnitas. Significat enim ex anteriori: & posteriori parte muliebria pati. Sed aliquis fortasse posset Catonē arguere: quod hæc uerba tam scurrulia diceret. hac uero excusatione eum defendemus: quod cum ipse uir modestissimus: & tempatissimus esset: libidinosum: & impudicū: atque intēpantem adolescentē: iure: & merito: uel his uerbis reprehēdit. Te: Quia societas tua nulli est admittenda. Accersitum: Exquisitum. i. ne ambiguum exquisitum uideatur esse: sed sua sponte potius nobis oblatum. Positū in littera: Quia græci dicunt ἐν τῷ στοιχείῳ. Tamē: Quamuis hoc ridiculi genus: quod per paruam uerbi mutationem fit sit urbanum: tamē plus urbanitatis habet tunc. cum ostendas alicuius nomīs causam esse ridendam: sicut fecit Iulius Cæsar cum uidisset quēdam numiū puerorum corruptorem: ita appellauit. o Numi est quod gaudeas tibi nomen īpositū fuisse diuisoris. Nam sicut Pyrrhus ad troiam fortiter pugnando nomē Neoptolemū ē cōsecutus: ita & tu in Campo martio nomē comparasti diuisoris .i. puerorū corruptoris. Cicero ad Papyrium petum plane ostendit in hoc uerbo inesse obscœnitatem: his uerbis. Quid enim non honestū est uerbum diuisor? At

ineſt obſcœnū: cui reſpondet intercapedo. Proprie tamen diuiſores dicebant: qui in una quaq; tribu pērāt diuidēdis æqualiter oībus: quæ tribui darēt: quos per largitionē corruptores fuiſſe Cicero pro Planco oſtendere uidet iis uerbis. Sed tu doce ſequeſtrē fuiſſe: largitū fuiſſe: conſcripſiſſe, tribules decuriaſſe: unam tribum delige, tu doce quod debes: per quez ſequeſtrē: quo diuiſore corrupta ſit. De iis Aſconius etiā hæc. Veꝝ legitimos habent omnes tribus diuiſores ſuos: quos Plautus curiarū magiſtros in aulularia uocat iis uerbis. Nā noſter: qui eſt magiſter curiæ diuideret argentum. Dicit ergo quēad modum Pyrrus fortiter pugnando: Neoptolemus dictus eſt: ita tu pueros corrūpendo numi .i. diuiſoris nomen es conſecutus. Habet acumen: .i. non ſine acumine fit. Cum ad ridiculum: .i. cum alicuius nominis cauſam oſtendis eſſe ridendam. Sæpe etiā uerſus. Eſt etiam aliud genus ridiculi: quod fit cū uel uerſus talis: qualis eſt: aut paꝝ admodū īmutatus: uel oratio interponitur de ea re: qua de agitur. nō ſolum ambigua facete dicūt: ſed etiā uerſus facete interponitur. Vt eſt: .ſ. ut eſt a poeta ſcriptꝰ. Vel paululum: Vel ſi non ita ſcilicet his uerbis: ut eſt ſcriptus a poeta. Aut aliqua pars: Vel ſi nō ponitur uerſus integer: alia pars uerſus: dūmodo conuēiat rei: de qua agitur. Vt ſatis ſcauro ſtomachanti: Negligentia hiſtoriæ facit hunc locum uideri obſcuriorē. Cæteꝝ ita res ſe habet. Varrus hiſpanus tribunus plebis legez tulit: ut quæreret in eos: quoꝝ opē cōſilio ue Italici ſocii contra populum romanū arma ſumpſiſſent. Varrus tri. pl. qui hāc legem tulerat: ut gratificaretur. L. Cepioni: cuius inimicus erat ſcaurus: ipſum ad tribunal ſuum adeſſe iuſſit: Scaurus cum nondū a morbo leuatus eſſet: amicis diſſuadentibus: ne uellet in ea ualitudine: & ætate in iuidiam populi incidere: Ille accerſitus per uiatorem: nobiliſſimis iuuenibus innixus in foꝝ pdiit: & accepto dicendi loco Stomachans hæc uerba dixit. Quintus Varrus hiſpanus: dicit Marcum Scauꝝ principē ſenatus ſocios in arma cōuocaſſe. Id Scaurus princeps Romanus negat: Teſtis eſt nemo: Vtri uos quirites credere oportet ſatius? Neuii hunc uerſum interpoſuit. Tacete: quid hoc clamoris? Quibꝰ nec mater: nec pater eſt: tanta confidentia eſtis. Auferte iſtam ſuperbiaz: Qui uerſus in nobilitatem compoſitus eſt. Nam totum illud: quibus nec mater: nec pater eſt ſignificat nobiles eſſe. Hos enim: quibꝰ nec mater: nec pater erat: terra natos fingebant. Sicut etiam Liuiꝰ noſter oſtendit in pfatione opis ſuæ: prolem e terra natā mentiendo. Ci etiā .Cn. octauius: an. Cn. Cornelius tuus quidē familiaris ſūmo genere natus terræ filius. Craſſe: Hic. L. Craſſus: de quo loquitur: & Mutius conſules Cū ſūma cupiditate urbis Romæ tenerētur italici populi: & ob eam rem nōnulli eoꝝ ſe pro ciuibꝰ gererēt: neceſſaria lex uiſa eſt: quæ id eos uetaret. Erat autem lex de regendis in ſua ciuitate ciuibus .hanc ergo Craſſus: & Mutiꝰ rettulerūt: quæ ita inſcribebatur: ut ait Cicero: Legem liciniam: & Mutiam de ciuibꝰ regūdis uideo conſtare īter oēs: quā duo cōſules omniū: quos uidimꝰ ſapiētiſſimi tuliſſent: non modo inutilem: ſed pernicioſam fuiſſe rei. p.. De ciuitate: Vt ad ſuæ cuiuſq; ciuitatis ius ciues redigerent: ut in hoc iudicio Scauri: qui pductꝰ erat a tribūo ad populū: eo q; ſocios ad arma conuocaſſet. qui ciuitatē romanam quærebāt .i.

quī ſe ciues romanos fieri cupiebāt: ideo ex hoc iudicio natāz nōnulli dicunt exiſtimare hanc legez craſſi de ciuib⁹ in ſua ciuitate regūdis. Satius propriū nomē eſt. Tuam legem: .i. legem de regēdis ciuib⁹ in ſuis ciuitatib⁹. Nā in cælio: Hoc qdē facete dictū fuit cōtra nobilitatē ſcauri & cæterorū: qui aderāt. Sed hoc qđ ſequit̄. i. tūs hic uerſus: quē ī cauſa dixiſti: ē eiuſmōi Cælius: cui filꝰ erat parū ꝓbatæ: ac luxurioſæ uitæ: teſtis ꝓducꝰ erat ī meretricem: quæ adoleſcentes expillauerat. Cum igit̄ hic in iudiciū producꝰ eſſet: ita reſpōdit ſe ꝓbe ſcire. ꝙ pecuniā illā accepiſſet: ꝙ uidelicet a ſe ꝓfecta eſſet: Quæ cum dixiſſet continuo abiit: & cū diſcederet: antonius uerbū illū terentii interpoſuit. Sentin ſenem eſſe tactū triginta minis? In hoc genus coniiciunt̄: .i. in hoc genere ridiculi: quod fit per uerbū facete dictum: cōtinentur & prouerbia: uidelicet quæ uulgo dicūt̄: & unius ꝓuerbii ponit exemplum. quod eſt eiuſmodi. Quidam nomine aſellus ciuis romanus oſtentatione quadam gloriabatur: ꝙ omnes ꝓuincias ſtipendia merendo ꝑagraſſet: id eſt nullam ꝓuinciam populi romani eſſe: ī qua ipſe ſtipendia nō meruiſſz: (Erat autem hic obtuſi ingenii: & ſenex admodū) quod cum audiret ſcipio: reſpōdit: Agas aſellū uidelicet pelle nudādū: & hoc ideo dicebat: quia nōnulli ſunt iuuenes: qui uiribꝰ multū ualuerūt. Senes aūt nihil omnino nec uiriuz: nec cōſilii habēt: quē admodū aſellus iuuenis & ipe mꝛta onera: & labores fortiter tulit: Cum ſenio aūt confectꝰ eſt: nihil in ſe boni habz niſi pellē. igit̄ hoc prouerbiū dici ſolet in obtuſos ſenes: qui in Iuuentute ſua ſe maxima facinora edidiſſe glorianť. In hoc genus: .ſ. ridiculi: quod in uerbo cōſiſtit: uel quod aduerſuū interpoſitionē ꝓtinet. Aſellus: Nomē propriū ciuis romani. Merētē: .i. rem militarem exercētem: ut apud Iuuenalē. Aere merent paruo. i. militant. Quare ea quoꝙ: Et hæc ridicula: quæ aduerbum: uel aduerſum interpoſitum: ꝓuerbia interpoſita ſpectant: ridicula in uerbo dicuntur eſſe: & non in re: quia ſi uerba minueris nō retinēt eandē urbanitatem: quam habebant. Eſt etiā in uerbo poſitum: Dicit etiam genus ridiculi eſſe: cum ſententiā referas aduerbum non ad rem: non im ꝓbādum: ſed mimis idoneum magis: q̄ oratori. & hoc genere mimicum quendam uerſuz dicit plurimum ualere: igitur dicit ex hoc genere exempla mimis non oratori ſumenda. Nos enī oratoria agimus non mimica. Non inſulſum: Immo urbanum. Ad uerbum: .i. ſecundū uerbum. Tutor: Nomen mimi.

Ex quo uero genere: Videlicet cum reſponſum accipitur ad uerbum: nō ad ſententiā. Tutor mimus: In hoc genere totus uerſatur tutor mimus.

Oppido: Valde ſignificat: ut ſæpe didiciſtis apud comicos. Cum enī agricolæ ueniētes ad urbē quærerent̄: quæ fœcunditas in agris eſſet: Interrogati reſpoōdebant: oppido: Significabant bonā fœcunditatē eſſe: quæ uel oppido ſufficeret: non ſolum agro: ſed etiam oppido: & inde cōſuetudo inoleuit: ut oppido ſignificaret ualde. Oppido: Quia ſolent frequenter uti hoc genere ridiculi: quod non ad ſenſum: ſed ad uerbum accipitur. Ab eo: Tutore mimo: ac ſi dicat mimi a mimis exempla: nos a Craſſo: & ab aliis oratoribus exempla ſumamus. Non inſulſum: Ideſt uenuſtiſſimum ſit hoc genꝰ ridiculi. Inſigni: .i. uolo a mimis ſumere īſignis: notæq; rei exemplum: &

q̄ mimis hoc̄ ridiculi genus magis conueniat: q̄ oratoribus exemplum p̄bit.

Est autem ex hoc genere illud: Quidā quæsiuit ex Crasso: dic mihi Crasse: Si ad te ante lucē uenero: molestus ne tibi ero? Tum ille: non eris molest⁹. Ille respondit. Te igitur suscitari iubebis: & hoc responsum dedit: quasi dixisset q̄ molestus esset. Ex eodem hoc uetus illud: Nunc aliud exemplū ponit. Scipio maluginensis ex tribu sua acidinum consulem cū renunciaret: Tū p̄co dic mihi Scipio. Quid censes de. L. manilio? utrū tibi uideatur cōsul creandus: nec ne? Tum ille. Egregius: bonusq̄ uir mihi esse uidet̄. Respondere enim debebat: aut est creandus: aut non creandus. Excenturia sua: .i. ex suæ classis centuria: In qua positus erat censor. Præco: Qui p̄erat suffragiis: dixisset: nunquid censes consulē esse creandum? Ciuez esse arbitror:

Non declarauit uerbis suis nunquid illum creandū esse censeret: an nō: & ideo risus est motus his: qui aderant: q̄ non ad sententiā illius: qui interrogauerat respōdisse uideret̄. Ridicule etiā illud: Hoc quoq̄ ridiculū eiusmodi ē: qđ L. porti⁹ nasica catōi cēsorio dixit: q̄ sui uillici filiā duxit uxorē. Cato maior cuz admodū senex esset filiam uillici sui duxit uxorē. & cū esset in cāpo martio Dixit portius: habes inquit uxorē ex tua sentētia. Tum Cato: non hercle inqnit. Ille intelligebat habes ex tua sententia. i. quam maxīe uolebas: & Cato respondit. Non hercle inquit habeo uxorem mihi cōsentientē. i. male morigerā. Hæc aūt frigida: Eiusmodi dicta: quoz sentētia accipit̄ ad uerbum: non ad rem: partim frigida: partim salsa sunt. Salsa: Cū p̄ter expectationē dictum est: sicut hæc omnia: quæ supra memorauit: sed si huic dicto respōderet: sicut expectabat interrogator: nullā in se festiuitatem haberet:

Frigida: .i. uulgaria: & obtusa. Aliud: q̄ respōdet̄. Natura enim nos ut ante dixi: At cum p̄ter expectationē nostrā aliquid respōdet̄: nō possum⁹ facere: quin naturaliter moueamur ad risum: sicut de fœneratore illo: qui seruum ducebat in ergastula: nihil addo: ducas licet:. In uerbis: Nō soluz in uerbis ridicula posita sunt: & uerbis: quæ supradixim⁹: sed etiā: quæ fiunt ex immutata oratione: aut ex unius translatione: aut ex inuersiōe uerborum. Ex īmutata oratione: Cum oratio respondentis non mutat̄ ab oratione interrogantis: uel unius: uel pluriū uerboz. Ex īmutatiōe: Vt olim rusca. M. pinarius legem ferebat de annalibus: uidelicet de libris: ubi gesta populi romani cōtinebant̄: ut in his diligenter scriberēt̄: cū nōnulli cōtra dixissent ei. Ille aūt irat⁹ cū male omnib⁹ dixisset: Tunc seruilius. Dic mihi rusca nō mihi etiā maledixeris: si tibi contradixero. Tum ille. Sicut sementē feceris: ita mētes: quia si cōtradicendo maledixeris: male audies. est aūt semen tis ipsa satio. Ex trāslatione: Scipio Africanus ille superior: cum Carthaginem tributariā populo romano fecisset: ab oībus ciuitatibus: quæ populo Romano cōfœderatæ erāt honores meruit. Inter cæteros Corinthii policebātur se statuā honoris gratia posituros: ubi essent cæteroz īperatoz. respōdit turmales. i. uulgares statuæ. i. quæ ī ordine alioz positæ sunt: sibi displicere. ac si diceret: se nolle statuā suam in cæterarum ordine poni: sed in aliquo celebriori loco seorsum ab aliis cum ipse omniū imperatoz p̄stantissimus esset. est translatio a turmis eqtum. i. ab ordine equitum: qui socii & cōiuncti sūt:

Inuertunt: Modo docet: quomodo īuersione fieri possit ridiculū. Crass⁹ apud perpēnam īpatorem defendebat aculeonem accusatū apud .M. ptorem. contra hunc dicebat .L. Lælius lamia pro gracidiano quodā amico suo. hic autem lamia erat deformis corpore. Cum Crassus dicere cœpisset: hic sæpe orationem eius interpellabat. Crassus cum bis terq; huius lamiæ importunitatē sustinuisset: tandem indignatus ait. Audiamus inquit pulchellum pueꝝ. Risus continuo motus est. Tum lamia. Non potui mihi formā fingere: Ingenium potui. Tum ille audiamus inquit disertū: & tunc multo maior risus cōsecutus est. Qui: .s. Lælius lamia. Ingeniū: Quia etiā si corpus sit deforme: tamen ingeniū est optimum. Multo: .s. q̄ antea: quia sicut deformis erat: ita incōptus: incultus: & indoctus in loquendo erat. Sunt etiaꝫ illa uenusta: Quēadmodū ex ambiguo dixit duci eosdem locos ioci: & seueritatis: & multa exemplā demōstrauit: eodem modo fieri ī his ridiculis: quæ supra memorauit: quia plerūq; ioco: plerūq; serio dicere possumus. Vt in grauibus: Idest eosdem locos ioci: & seueritatis esse. Ornauit igit̄: Nūc aliud genus ridiculi tractat̄: quod fit ex uerbis cōtrarie relatis: cum aliquid dictum fuerit: & e contrario respondetur. In quo non solum est quædā quasi refutatio dicti: uerūetiam faceta nōnunq̄: & purbana: sicut exemplo patebit.

Igitur: Quādoquidē una eox est ratio: quæ tam ridicule: q̄ seuere dicūtur. Quod idem: In hoc inquit dicto duæ uirtutes insunt: unum: qđ ornat orationem: alteꝝ quod non solum ornat. sed facetam: & urbanaꝫ reddit orationem. Vt Seruius ille galba: Seruius galba cum scribonio tri. ple. litem habebat: sed pro scribonio libo dicebat. Ergo libo condicionē fecit .L. galbæ daret iudices: quos uellet. Ille iudices inuenit familiares suos: cum quibus sæpe cœnitare solebat: & quia cōbibones: & sodales iudices tulerat galba: qui pro scribonio tri. pl. dicebat: ita ī eū locatus ē: quādo de triclinio exibis? ubi uidelicet cum familiaribus cœnitare solebat: ac si diceret: nec in iudicio quidem obliuisci potes cōbibonum tuotū. Tum ille. Ego inquit exibo de triclinio: cum tu de alieno cubiculo exibis. i. cum tu alienas uxores attrectare desistes &. ita ille intemperantiam obiecerat: hic per iocum adulteriū. De triclinio: .i. de cōpotatione. Nam apud antiquos hæc cōsuetudo erat ut stratis tribus toris epularentur. De cubiculo: .i. de cubili cū alienas uxores attrectare desistes. in cubiculo .n. cubile est. A quo genere: Dicit huic generi: quod superius dictum est: simile esse hoc quod sequitur. Glancia iocatur in metellum. Villā in tyburte habes: cohortē īpalacio. Cohors: Varro de lingua latina exponit etimologiā cohortis. Dicit enim. Cohors quod ut in uilla ex pluribus tectis coniungitur: ac quodbā fit unū: sic his ex manipulis copulatur. Cohors: qdē in uilla q̄ circa eū locum pecus coercetur. Villam intyburte: obiiciebat ei factionem. q̄ diceret cohortem militum in palacio contineri edicto metelli: quotiēscūq; uallet & sediciones facere. Ac uerbo tum quidem: .Nunc transitione utitur: ostendēs quib⁹ de rebus dixerit: & quibus de rebus dicturus sit. Dixi de facetiis: quæ in uerbo cōtinentur: nūc de his: quæ in narratione cōtineantur dicam. Eaq̄: quæ re continentur

Magis q̄ ea quæ ante dixi. Res sane difficilis: in his ridiculis: quæ re

continentur:duo difficilia sunt?Primum quia oportet narrationem uerisi
milem esse:secundū q; eandē oportet sub turpem habere nōnihil latentis tur
pitudinis. Nam si plane:& aperte esset turpis:urbanitatē nō haberet. Ex
primenda: Exponenda auditoribus. Subturpia: .i. quæ latentē habent
turpitudinem:quod est proprium ridiculi. Subturpe: .i. latēter turpe:
quando id:quod natura turpe est: uerbis tamen honestis dicitur. Veriſſi
milia: .i.ea quæ sumimus si uera nō sunt saltem sint uerisimilia. Cui?
exemplū: Exemplū huius ridiculi: quod narratione continetur: sufficiat il
lud:quod superius de Memio dixi:qui morsu largii lacertum dilacerauerat.
Nam exemplo illius alia quoq; nobis fingere possumus. Exemplū: .s. ri
diculi:quod est in narratione. Et ad hoc genus: Sed ad narrationes ridi
culi:quæ finguntur:possunt etiam adiungi narrationes fabularū: quæ sunt
nec uerę:nec uerisimiles;ut fabulæ Esopi de leone:de uulpe. Apologi sunt
fabulæ:in quibus bruta animalia ītroducuntur loqui. Trahitur ex histo
ria: Nōnūq; etiā historia poterit tibi ridicula subministrare. Vt cū Sext?
titius: Nota est historia:quō capta Troia Aiax oileus in templo Mineruæ
Cassandrā uiolauit:qua propter pœnas dedit. Irata enim dea ipsum fulmīe
ad saxum caphareī montis affixit: sed cum significare uellet Sextus Titius
se diuinare insidias:quas aduersus se fabricarent dixit Cassandra sum.i.diui
no.tu; Antonius.& ego nominare possum multos aiaces oileos. Sextus titi?
dicebat se esse Cassandram:hoc est diuinare quēadmodū cassandra: quæ de
nūciauit bellū Troianum. Hoc cum audisset Antonius:Recte īquit te cassan
dram appellas. Nam cognosco multos tuos aiaces oileos:qui te stuprauerunt:
quēadmodum oileus aiax dicitur cassandram in tēplo palladis uiciasse: Ipsi
uero stuprum obiiciebat. Collationē: Idest compationē:Inter collationē:
& imaginem collationis hoc interest:quia collatio est rerum: quæ ueræ sunt:
Imago autē:quæ non sunt sed esse possunt. Vt ille gallus: Gallus testis
pduct? in pisonē:qui accusabat repetūdarum:hoc modo arguebat: q; magio
pfecto successori suo pecuniam maximā dedisset: ne iniurias socioꝝ ad se de
latas aperiret. Sed Scaurus:qui Pisonem defendebat: Ita argumentabat:q; di
ceret illum inopem:& tenuem esse:nec ꝓpterea uerisimile uideri: ut qui in
opia:& paupertate extrema laboraret tantam pecuniam accepisset. Tunc gal
lus subiecit:Falleris inquit Scaure. Nam non dico eam pecuniam magiu; cō
seruasse:sed inopem omnia consumpsisse. Ita īquit de tenuitate magii dispu
tas:quasi dixerim pecuniā sibi datam conseruasse:cum eas deuorasse dica;:
quēadmodum qui nudus nuces colligit: non habens ubi reponat: eas in uen
trem mergere solet. Vt ille. M. Cicero senex: Hoc loco. M. Cicero Cicero
nis pater uoluit nequiciam græcoꝝ per similitudinē mordere. Dixit enī eos
qui optime græce scirēt esse syros uenales. Nam fixi ipsi populi asiæ per se
improbi sunt:sed improbiores efficiunt diu cum græcis uiuendo. Nam cu;
optime græce sciunt:deteriores sunt:Sicut etiam dicebant de Romanis simi
les esse seruoꝝ syroꝝ:quia quēadmodū syrica seruitia consuetudine græcoꝝ
se ipsis deteriores efficiunt:ita Romanos ignauos effici:si græcam linguā pro
be tenuerint.i.si cōsuetudinē cum græcis habuerint. Nam nemo peregrinam

linguam discere potest: nisi diu ī eorum ciuitate uersatus fuerit: quoꝝ līguā optime tenet. Vt quisq; optime: Ideſt ut quisq; diu cum græcis uixiſſet.

Valde autem ridentur etiam imagines: Sed hoc ridiculi genus est pulcherrimum: quod etiam breuiſſimum eſt. Valde: Non ſolum ridentur: quæ ex ſimilitudine quandam collationem habent: ſed etiã quæ de deformi alicuius uitio in deformius trahuntur. Corporis: Ideo dixit corporis: qa ſuperiora uitia in animo uerſantur: ſed hoc quod ſequitur in uitio corporis conſiſtit. In deformitatem: Deformitas eſt turpitudo corporis. Vitium: Vt cæcitas: uel claudicatio. Vitium animi potius eſt: q̃ corporis: ut placet Venuleio: ueluti ſi quis mẽdax ſit: ludoſq; aut tabulas ſtudioſius uelit ſpectare. Modeſtinus uero ait uitiũ eſſe perpetuũ corporis īpedimentũ: ueluti ſi luſcus ſit. Morbum autem eſſe temporalem corporis imbecillitatem. Cuꝫ ſimilitudine turpioris: Ideſt cum alicuius hominis turpitudinem cũ maiori aliqua turpitudine comparas. i. cum turpis imago in turpiorem ſimilitudinem trahitur. Vt meum illud in helmium: .i. ut ego Iulius Cæſar iocatus ſum in helmium. Cæſar cum helmio mancio litem habebat: & cuꝫ acrius obſtaret: Cæſar iratus iam inquit oſtendam qualis es: Credebat Helmi⁹ Iulium apertuꝫ flagitia: reſpõdit. oſtende quæſo. Tunc Cæſar omnib⁹ ibi aſtãtibus ſcutum oſtendit: quo uſus erat Marius Cimbrico bello: in quo Gall⁹ q̃dam depictus erat uinculorum anguſtia diſtortus: qui præ nimio dolore linguam eiecerat: & labia profuderat. Gallum: .ſ. captiuum. Cimbricũ: Quo uſus fuerat aduerſus cimbros. Diſtortum: Reuinctum. Buccis fluentibus: .i. labiis ꝓminentibus. Nihil tam mancio ſimile: q̃ gallus ille. Vt cum teſtio penario: Teſtius quidam penarius: hoc uitio laborabat: ut mentum cũ loqueretur ītorqueret. Tum cæſar: prius frange nuces: deinde loquere: turpitudinem cum maiori turpitudine comparauit. Vt diceret ſi quid uellet: .i. prius nucem frangeret deinde loqueretur. Etiã illa quæ minuendi: Non ſolum quæ ſupradiximus uenuſta ſunt: ſed ea etiã quæ dicuntur per hyperbolẽ. Nam ea afferũt nõ nihil feſtiuitatis cũ in tẽpore dicuntur: & exemplum ponit cuiuſdam memii: qui ſe adeo magnũ putabat: ut cũ per arcum tranſiret fabii: īclinaret caput. Ita ſibi ipſum magnũ uideri memium: Memius inquit adeo ſe magnũ eſſe exiſtimat: ut cum per fornicem fabii tranſit: caput inclinet. Ad fornicem: .i. ad arcum triũphalem: quem Fabius ad memoriam reꝝ geſtaꝝ cõſtrui fecerat. Illa: Scilicet ſunt ridicula. Vt tu Craſſe: Sic Craſſus augendi cauſa dixit in iudicio: quotienſcunq; in foꝝ deſcendit ad Fabii fornicem caput demittit. hæc uerba dicebat illudens inanem ꝓceritatis gloriam memii. Ad fornicem: .i. ad arcum in memoriam rerum geſtaꝝ Fabii fabricatuꝫ. Ad huc etiã Romæ nõ nulli eiuſmodi arcus extant. Demitteret: Inclinaret. Ex quo genere etiam: Scipio per hypbolẽ hebes momordit ingenium dicẽs ſi quintus tibi partus ſuccederet: etiam tardioris īgenii futurus es. adeo hebes ingeniũ tuũ eſt. ac ſi diceret: cum tu quartus adeo obtuſi ingenii ſis: ſi quintũ paritura eſſet mater tua: profecto aſinum peperiſſet. Nam ex omnib⁹ fratribus ipſe metellus quartus tardiori erat ingenio: ut ſi quintus ſequeretur tardiori futur⁹

esset. Obtusi: Cum aliquem obtusi ingenii ostendere uolumus: asinum appellare solemus: ut Iuuenalis: Sed culpa doctoris. s. arguitur: q̄ læua in parte mamillæ Nil salit arcadico iuueni. i. asinino. Scipio: Scilicet æmilian⁹ īferior. Ex quo genere: Quod per hyperbolen ridiculum facit. Stomacharetur: .i. irasceretur. Si quintum: Quādoquidē ex omnibus fratribus quartus ipse tardioris esset ingenii: si quintus mater peperisset. asinū paritura erat. Arguta etiā significatio: Illa etiam significatio: quæ nō p̄ hyperbolen fit: sed parua re spectatur uerbo declaratur: res obscœna arguta est: & subtilis. Vt cum Cn. Fabritio. P. Cornelius: .P. Cornelius Scipio auaritia laborabat: & peculator erat. i. bonoꝝ publicoꝝ depēdator. Cum cādidatus cōsulatum peteret: & bellum graue: ac periculosum esset cōtra Carthaginenses. C. Fabritius cōsulatū ei demādauit. Hic cum sibi obuiā fact⁹ esset gratias egit: q̄ quā uis inimicus sibi esset consulatum demādauerit. Tuꝝ ille. Nihil est quod admireris. Compillari enī malui: q̄ uenire. i. cum aliis ciuibus pillari: q̄ uictus uenire ab hoste. Nam quia belli peritus es: & bellum graue: & periculosum ē: mallui abs te pillari: q̄ ab hostibus uendi. Fabriti⁹: q̄ comicia habebat superioris anni consul. Bello magno: Ex quo magnā gloriam consequi posset. Graui: Periculoso. Cōpillari: Scilicet a te uicto re cum cæteris ciuibus expillari. Quā uenire: Idest uenūdari ab hoste.

Vt asello africanus: Hoc quoq; ridiculū eiusdem generis est. Nam uerbis paucis africanus ostendit: q̄ sceleſtus esset Mumius. Scipio Africanus īferior censuram egit cum hoc Mumio. Sed cum sibi sorte daretur in censura collega Mumius: sicut apud ualeriū Scipio dixisse fertur: se omnia ex dignitate populi romani gestuꝝ: si uel collegam dedisset: uel non dedisset: dedisset unum censura dignum: uel non dedisset hunc: quia hic Mumius tam & si nobilis esset & patricius tamen uitæ erat minus p̄batæ: & ideo ineptus huic magistratui. igitur censoria nota ciues romanos notabant hoc modo: qui senator erat: senatu eiiceretur: qui eques: equum publicum perderet: Qui plebeius in ceritum tabulas referetur: & ærarius fieret: & in albo non esset centuriæ suæ. Ad hæc ciuis non esset tantū modo pro capite tributi nomine æra p̄solueret. Dā natus igitur a Scipione asellus erat: & ærarius factus: Mumius collega hunc ærarium a Scipione factum ex ærariis dum lustrum conderet liberauit. Sed eo anno ciuitas pestilentia laborauit. Cum igitur Scipioni lustrum infœlix obiiceret asellus: Respōdit Scipio: Nihil est q̄ mireris lustrum illud in fœlix fuisse. Nam a mumio conditus est: qui te ex ærario exemit: ut ostenderet piaculum ingens cōmisisse mumiū hoc ipso: q̄ euꝝ ex ærariis exemerat. Lustrum: Appellabatur: quia cōplecto quinquēnio lustrabant ciuitatem: & taurilia sacra. de sue: oue: & tauro faciebant: taurilia dicebanť a potiore hostia sacra illa sunt appellata. In fœlix: Quia pestilentia illa multos ciues romanos assumpsit: & quia pauca ciuiū romanoꝝ capita censa erant. Exemit: Liberauit te a censoria nota. Cerites scripti erant non ciues Romani: sꝫ tantū modo in censu ponebantur: ut tributum pēderent. Ex ærariis exemit: Idest: qui te ex ignomia eripuit: & damnatione exoluit: qua rei publicæ obligatus erat. Tanta suspicio: Scilicet hoc uerbum īmolauit. Tauꝝ:

immolauit: Idem est quod dixit lustrum condidisse. Verba etiam dissi mulata: Nunc aliud genus ridiculi prosequitur: quod græce Ironia appella tur: cū aliud dicimus: & aliud sentimus. Ac: Pro q̄ sentias. Vt lamiæ: Scilicet Crassus dixit: audiamus pulchellum puerum. Cum toto gene re: Ideſt tota natura: & forma oratiōis. Seuere: Grauiter. Aliter sen tias: .i. alium sensum habeas: q̄ dicas. Cum pro. C. Gracchi capite: Hi storiam hanc sæpe diximus. Quomodo. C. gracchus leges fratris sui excitare uoluit: eumq; .L. Opimius facto grege bonoꝝ ciuium persecutus est donec ī ponte Miluio deprehendit: & occidit. Edicto autem p̄mium prepoſuerat: ut qui caput ad se ferret: tantum auri acciperet. Cum igitur Scipio profecturus esset in Asiam: & ab eo peteret scæuola. ut se cum ipso in asiam duceret: dixit nescis quid petas. Mam si Romæ manseris: tanta est multitudo sedicioſoꝝ hōi num: ut magnam pecuniam consequi possis. Ad maximas pecunias: .s. occidendo eos: ut pro capitibus tantundem auri rependatur. In hoc gene re: Dicit in hoc genere ridiculi adeo præstantem fuisse Scipionem africanuꝫ inferiorem: ut certo nomine ironiā ipsam: & non ironicum: ac si diceret non ironicuꝫ: sed κατ᾽ ἐμφασιν .i. per expressionē ironiam ipsam appellet. In annalibus: .i. in historiis suis: quas scripsit de rebus gestis. Annales enim di cebantur: in quibus annua gesta continebantur. Vno uerbo: qa φρονεω græce: latine nihil aliud significat: nisi aliter dico: & aliter sentio. Sed ut ferunt: Quod hic de africano sentit: idem de Socrate legitur. Nam in omni bus operibus suis Plato introducit Socratem loqui per ironiam: sicut legim⁹ in libris de re publica: ubi cum Trasimacho disputat: & itidem ubiq; intro ducitur ironice multa dicere. Qui melius hæc norunt: Quasi se non ual de doctum litteris græcis ostendat esse. Dissimulantiaq;: Expressit qd sit ironia. Præstitisse: Excelluisse. Lepore: Vrbanitate: festiuitate. Humanitate: Doctrina. Genus est perelegans: Laudat hoc loco ironi am Cæsar. Dicit enim plurimum elegantiæ: plurimumq; grauitatis habere cum urbanitate quadam: nec solum conuenire sermonibus quotidianis: sed etiam perpetuæ orationi: cum causæ aguntur. Cum grauitate salsum: .i. habet urbanitatem cum grauitate quadam. Oratoriis dictionibus: Ideſt forensibus actionibus. Vrbanis: .i. quotidianis: & familiaribus colloqis. Accomodatum: Quia utriq; conueniunt generi dicendi. Et hercle omnia hæc: Nunc dicit quid utilitatis habeāt ridicula. s. ea non solum ora tori conuenire: uerum etiam quotidianis sermonibus: q; uenustam reddere possīt orationem in causis forensibus: uenustum etiam quotidianum sermo nem in colloquiis: quod etiam sentire uidetur Cato dum dixit. C. publitiuꝫ solitum dicere Mumium quid uis tempori hominem esse: significat ipsum in omni sermone quendam habere leporem: & urbanitatem: quæ ipsum face ret omnib⁹ iocūdiorem. Sed diligenter aduertere debemus: ut fugiam⁹ quæ ridicula sunt: non autem faceta: quod etiam superius ipse docuit: ne sannioni bus similes efficiamur: & quāq̄ nos ex opinione quorundam diximus superi us: Samiones a Samo insula dictos: Littera uidetur esse corrupta: dicendum est igitur sannio. Est autem sannio: qui distorto uultu: & naso risum mouere

solet: a sanna dictus: unde & subsannare. Forensium actionum: .i. non magis ornant orationes: quæ in foro habentur: q̃ ornãt sermones quotidianos: quibus inter familiares utimur. inter actionẽ: & sermonem hoc differt. Actio enim est perpetua oratio: sermo uero cum audimus: & respondemus. Nam quod apud Catonem: Probat auctoritate Catonis. Dicit enim perscitũ sibi uideri id quod dixit: hominem esse quid uis tempori. i. cuiuslibet ingenii: q̃ non ineptæ insulsus esset. Perscitum: Perelegans. Quid uis tempori: Idest esse hominem cuiuslibet p̃cii: qui pro tempore insulsus non esset. i. q̃ urbanitatem suam non p̃ter tempus accomodaret: sed eam cum tempore ferret: ut omnibus esset iocũda: & ideo dicit Catonis auctoritate hæc ridicula cõuenire. Et profecto res sic se habet: Reddit rationem cur laudauerit dictũ illud Catonis: & erit sensus. Nullum est uitæ humanæ tempus: in quo non possimus urbanitate: & facetiis uti. Nullum: Siue publice: siue priuate aliquid agas. Leporem: Festiuitatem. Humanitatem: Idest eruditionem. Sed redeo ad cætera: Nunc ad id redit: quod omiserat: ut cætera ridiculoꝝ genera prosequatur. Est huic: Dixi de Ironia: nunc de alio genere: quod est huic proximuꝫ dicemus: cum aliquid uitiosum aliquo honesto uerbo dicimus. Vitiosa res: Idest res in qua non nihil est uitii honestari uerbo. Vt cum africanus censor: Scitis quod etiam apud Ti. Liuium ẽ: quomodo ad cãnas uicum apuliæ Annibal magno exercitu: cum Paulo Aemilio: & Terentio Varrone conflixit: & cum in aciem eduxissent milites: inuito tamen paulo: & ibi utrinq; acriter pugnatum esset: tãdem Romani cesserũt: & multa milia romanorum in ea pugna cæsa sunt: nõnulli in castris relicti sunt: qui cum uiderent iam laborare romanam aciem: nonnulli fugerũt: nonnulli in castris manserunt: quorum Mumius quidam centurio: quẽ africanꝰ censor ærarium faciebat: q̃ auxilium non tulisset: & cum moueret e tribu: Ille se purgabat dicens ideo in castris remansisse: q̃ ibi ĩ custodia ab imperatoribus relictus esset. Tum africanus. Non amo nimium diligentes: eo q̃ in tanto periculo opus non fuit tanta diligentia. Nam cum uideret laborare aciem Romanam fuisset diligentior: si relictis castris eis succurrisset: & ideo quam ille custodiam: africanus nimiam appellauit diligentiã. Tribu mouebat: Idest ærarium faciebat. i. in cæritum tabulas referebat: ut non esset in albo centuriæ: sed pro capite tantum census tributi nomĩe æra pẽderet. Nimiũ diligentes: .i. qui nimium diligentes esse uolunt. i. segnes: & ignauos: Ignauia quæ est res uitiosa honesto uerbo. s. diligẽtia appellauit. Accutũ: Hoc etiam laudatur: quod ingeniosum est: cum id: quod dicitur: aliter accipitur: ut Quinto Fabio maximo: qui tarentum ab Annibale liberauit respondisse dicitur salinatori: qui arcem amiserat: historia nota est. Hoc idem in Catone maiore rettulit Cicero. Amisso: Per proditionẽ. Ex eo: Quia retinuerat arcẽ. Præclara: Scilicet in ꝓpulsandis hostibus: qui arcem oppugnabant. Quid ni? Quasi dicat obliuisci nõ possum. Nam nisi perdidisses: non opus fuisset recuperari. Sed etiã quædam subabsurda: eo ipso: q̃ absurda sunt: ridicula nõnunq̃ efficiuntur: quæ tamen mimis magis: q̃ oratoribus conueniunt. Homo fatuus: Hoc ridiculum est ex eo genere: quod

ſubabſurdum eſt. Nam primo ſubabſurdum eſt hominem fatuū hūiſſe rez: Deinde etiam abſurdum hominē dum pauper eſſet uixiſſe: poſtq̄ diues factꝰ eſt interiiſſe. Nam ſi fatuus eſt: quomodo rem adeptus eſt? Deinde ſi pauper uiuebat: quomodo diues factus mortuus eſt?. Rem: .i. pecuniā: ueꝝ rei appellatio latior eſt: q̄ pecuniæ: ut paulus de uerb. ſig. ſentit: qꝫ etiam ea: quæ extra computationē patrimonii noſtri ſunt: continet: Cum ſignificatio pecuniæ ad ea referatur: quæ in patrimonio noſtro ſunt. Quid ē tibi iſta: Secundum exemplum abſurditatis: dicitur de moroſo homine: qui moroſaz habebat uxorem. Eſt moroſus quidam: qui conqueritur uxorem habere moroſam. i. grauem: & difficilē ipſe difficilis. Cuz ergo diceret ille moroſam habeo uxorem: Reſpondit: mulier iſta uxor tibi ſimilis eſt. i. quēadmodum tu moroſus es: & grauis: ita uxor moroſa eſt: & grauis. Abſurdum enim eſt: ut quod tibi ſimile eſt: ſit moleſtum: Si ergo uxor ſimilis eſt tibi: quomodo moleſta? qꝫ ſi moroſa: ergo ſimilis: ſecundū illud. omne ſimile appetit ſuum ſimile.

Quid tu: Qui dicis te uxorē habere moroſam. Quā diu ad aquas: Hoc ridiculum in piſcatore infringitur. Quidam piſcator quoad uerſatus eſt in aquis: uixit piſces ſemper capiendo: ubi uero aquis exēptus eſt: & diues factus continuo interiit: abſurdum eſt. Leuius: Ideſt minus grauitatis habet. Mimicum: .i. mimis idoneum eſt: ſicut ſupradictum eſt. Leuiꝰ: q̄ oratori conueniat. Vt dixi: Vbi dixit non ſolum mimis: ſed nonnūq̄ oratoribus conuenire. Vt uel: Sed aduertendum eſt: cum uolumus hoc genere ridiculi uti: ſimulare debemus nos non intelligere quid dicamꝰ: quia ſi oſtenderemus nos intelligere quid diceremus: non haberet tantum iccūditatis: ac uenuſtatis. Vt uel non ſtultus: Ideſt tanq̄ ſtultus intelligere non uideatur: ille etiā qui ſtultus non eſt: q̄uis ſtultus non ſit: tamen ſtulte dicat oportet: tanq̄ id: quod dixerit: non intelligere uideatur. Vt tibi Antoni: Scilicet hoc non ſtulte: ſed quaſi ſtulte uidetur eſſe dictum. Vt tibi Antoni. Vide: quō acriter mordet Antonium. Antonius cenſor ſæpe de moribꝰ ciuium in cenſura egerat. Ipſe deinde accuſatus: cum de ſuis moribus agēdum eſſet: Mancia in eum ita luſit. O Antoni aliquando tibi tuū negocium agere licebit: quēadmodum cum cenſor eras: de alioꝝ moribꝰ agebas: ita tibi nunc de tuis agendum erit. i. aliquando de aliis negociis agere deſiſtes: & de tuo agere incipies. Poſtulatum: Accuſatum. De ambitu: Ambitꝰ: & ambitio differunt. Nam ambitio in aīo eſt: ambitus in actu: qui enim largitione aliquez corrūpit: is ambitū cōmittit: ſed qui p̄ter modū cupit honores: aut laudem: ambitione peccat. Valde hæc ridentur: Dixit ſuperius hoc etiam ridiculi genus eſſe: quod mirifice placet: cum aliquid uidemur temere dicere: cuz id tamen intelligamus. Sed hoc differt a ſuperiori: qꝫ in ſuperiori diſſimulamus intelligere: quod ītelligimus: In hoc uero uidemur plane non intelligere: & in illo ponitur abrutus ſermo quaſi incōſideratus: In hoc uero grauius ridiculum facit. Vt pontidius: Quidā Pontidiū iterrogauerat: qualem exiſtimas: qui in adulterio deprehenditur? Reſpondit Pontidiꝰ. Tardum. ſ. exiſtimo eſſe: & qui audiuit uiſus intelligere ſegniorē ad fugam: ſed hic intelligebat frigidum in uenerem. Vt ego qui in delectu: Metelliꝰ cū

delectum acerrimū haberet :& cum citare iuſſiſſet Iulium Cæſarem : ille nomen ſuum non dabat. Tum ille.Quid non reſpōdes ad nomen? Tum Iuli⁹: quia non poſſum militiam agere: nam ſum obtuſiori acie. Tum ille: ergo nihil uides? Tū Cæſar.Ego īquit a porta exq̄lina uillā tuā uideo: & arguebat luxuriam ædiuꝫ illius: q̄ tātæ celſitudinis eſſent: ut uel cecutiens uidere poſſet. Delectu: Delectus militum: quos acerrime deligebat iuſſu ſenatus.

Ego uero inq̄: Quia excuſabā oculoꝝ aciem: ut obtuſam dicerē. Ego: Reſpondit quaſi conſulte: tu adeo in ædificando luxurioſus es: ut ego etiam cecutiens domum tuam a porta exquilina uidere poſſim. Vt illud naſicæ:

Aliud genus ridiculi: quod eſt ſuperiori ſimile. Hoc exemplum per ſe intelligitur: quod ridiculoſiſſimum eſt .Naſica uenerat ad ianuam Ennii: quam pulſans magna uoce clamabat: nunquid domi eſſet? Ancilla Ennio nūciauit naſicam eſſe: illa deinde rediens dixit naſicæ domi non eſſe. Naſica ſenſit domini iuſſu dixiſſe: & illum intus eſſe.Haud ita multo poſt ad naſicā Ennius uenit: & cum a lanua quæreret: Exclamat naſica ſe domi non eſſe. Tū Enni⁹. Quid ego: nunne uocem tuam agnoſco? Reſpōdit naſica. Impudentiſſimus homo es: qui mihi non credas: cum ipſe ancillæ tuæ crediderim te domi non eſſe. Eſt bellum illud: Ad aliud ridiculi genus tranſit: cum id: quod dicitur in alium: in eum: qui dicit retrudi poteſt: quod tale eſt. Quintus Opimius in adoleſcentia ſua paꝝ pudice uixerat: cum iam conſularis eſſet: ægilium quendam laſciuum: & ob eam cauſam ueluti molliorem muliebri noīe appellans ait: O ægilia mea quando colo lana inſtructa ſuccinctus ad me uenies. Tum ægilius uetari ſe reſpondit parentis imperio. Non audeo inquit: quia mater mea uetuit me ad famoſas accedere. i. ad mulieres: quæ infames ſunt. Obiiciebat ergo molliciem in eum: cum dixit imperio matris uetari ad famoſas accedere. i. infames. Qui adoleſcentulus male audiſſꝫ: .i. de quo adoleſcente mala fuiſſet fama. i. cuius pudicitia ſuſpecta fuiſſet: & eſt honeſtus dicendi modus. Feſtiuo: Vrbano. Mollior: Effœmīatior. Famoſas: .i. molliciem: quā ſibi obiiciebat in eundem retruſit: q̄ & fœminīo genere appellauit .& famoſam. i. īpudicā. Cum tua colu: Lana inſtructa: ſuccinctus. Salſa ſunt: Et hoc quidē plurimū habet ridiculi: atq̄ facetiæ: cum ita reſpondem⁹: ut ſuſpitionē faciam⁹ auditoribus riſus: & feſtiuitatis plenā :ſicut hoc loco. Siculus quidā conquerebatur: q̄ uxor ſua ſe de ficu ſuſpendiſſet. Tum hic ſiculus: qui moroſam hebebat uxorem. Amabo. i. amice mi: obſecro te: da mihi ex hac ficu ſurculos: ut ego quoq̄ ex hac in horto meo habeam. Ridiculum facit: q̄ ideo uidetur optare ex ea ficu ſurculos habere: ut uxor ſibi moleſta ex eadem ficu pendeat. De ficu: Ficus pro arbore apparet quartæ eſſe declinationis: pro fructu autē ſecūdæ: ut Plinius ad octauum Ruffum. Quæ nunc cum ficis: & boletis certamen nondum habent, & in Catone maiore. Ci. ex tantulo grano fici: in qua declinatione accipiť: etiaꝫ pro arbore: Iuuenalis. Ad quæ diſcutienda ualent ſterilis mala robora fici. & eſt maſculini generis. Pro morbo uero. i. tuberculis in capite quartæ eſt declinationis: cum a ſimilitudine eiuſmodi fructus denominetur. Quo in genere: Scilicet ridiculi abſconditi. In eodem genere: Eiuſdē generis ē.

Quidam malus: & indoctus orator: cum ſuam orationem poraſſet per con queſtionem: ipſe qui orauerat credebat magnam miſericordiam auditoribus commouiſſe. Interrogauit ex Catullo nunquid oratio ſua miſericordiæ plẽa fuerit. Tum ille: Maxime inquit. Nam neminem audiſſe credo: qui non eam miſerandam crediderit: eo q̃ inepta fuerat. In epilogo: Ideſt in concluſi one. nam quas nos concluſiones: eas græci epilogos appellant. Miſeranda: Ideſt adeo inepta erat: ut omnes miſerati ſint eam. Me quidem hercle: Aliud ridiculi eſt: cum aliquid moroſum: atque ſtomachoſum dicitur: dũmõ nõ dicatur ab eo: qui moroſus ipſe ſit: & ſtomachoſus. Nam ſi quis ſtomacho ſus natura aliquid ſtomachoſum diceret: non id: ſed natura eius rideretur. Cum uero ab homine qui natura eſt facilis: & feſtiuus aliquid moroſe dicit bene ridetur: Neuius poeta inducit filium commiſeratione ductum iterroga re patrem quid ita ploret. Filio pater reſpõdet: Mirum ni cantem: qui damna tus ſum: quaſi ineptam filii interrogationem reprehendit pater: qui neſciat ĩ damnatione plorandum: non cantandu3 eſſe. Stomachoſa: Ideſt quæ cũ ira dici uidentur. In quo ut mihi uidetur: Scilicet genere ridiculi. Nimirum: Scilicet eſt ni cantem: & cum ſtomacho quodam reſpondit. Huic generi: Scilicet urbanitatis. Eſt aliud quod uidetur contrarium: cum ab homine læto: ac placido: uel patienti dicitur: ut illud Catonis. Quidam humeris arcam geſtabat per medium forum: & Catonem obuium arca per cuſſit: deinde dixit caue. Tum ille. Eſt ne aliud quod feras? ac ſi diceret: habes ne aliam arcam: qua me percutias. Nam ab arca mihi cauere non poſſum: qa iam me percuſſiſti. tale aliquid legitur de Diogene: ut eſt apud Laertium. Nam ad eum: a quo trabe percuſſus fuerat: ac poſtea dixiſſet caue: ait. Nun me iterum ferire uis? Lenti: Placidi. Vnde. M. Cicero lente fert iniurias ideſt placide. Etiam ſtulticiæ ſalſa: Etiam reprehenſio: quæ fit ĩ ſtulticiis plurimum urbanitatis habet: ſicut hoc exemplo comprehenditur. Siculus quidam litem habebat: huic p̃tor patronum dabat hoſpitem ſuum nobilem quidem: ſed ualde ſtultum. Tum ille o prætor quæſo te: hunc patronum ad uerſario meo dederis: mihi autem neminem: quia admodum ſtultus erat: ut non timeret eum. Mouent etiam illa: Etiam ſi quid ſcriptum propoſitũ fuerit: quod interpretetur aliter atq; ſcriptum ſit: ſolet mouere animos audi torum ad riſum: ſi non fuerit acutũ: & concinũ. Scaurus: & Rutili? cõſulatus cõpetitores erant. Rutilius Scauro conſulatum ceſſit. Sed rutilium nihilomi nus ſcaurus accuſabat crimine ambitus: quo agẽdo produxit ipſius rutilii ta bulas de renunciatione magiſtratus ideſt conſulatus ſui: quaru3 præſcriptio erat. A. F. P. R. Itaq; arguebatur. P. rutilius in manibus ſuis habuiſſe ſuffra gia: q̃ ita præſcripſiſſet. Rutilius in renunciatione conſulatus: ſic enim inter pretabatur. Actu3: Fide: Publii: Rutilii: quaſi ipſe ſcaurus conſul fieri nequi uerit nolente rutilio. At rutilius has litteras alio modo interpretabatur: di cebat enim eas ſignificare. Ante: Factum: Poſtea: Relatum. i. primo factũ eſſe. Deinde ad populum relatum eſſe: utrum id populus fieri uellet: an non. S3 Caninius: qui patrocinabatur Ruffo: clamauit neutru3 illis litteris ſignifica ri: ſed illud potius. Aemilius fecit ideſt corrupit populum plectitur. Rutilius

.i.punitur. Explanantur: Aperiuntur:declarantur. Atq; Pro q̃.

Concine: Congrue ad id: de quo agitur. Esset factus: Quia primo fit:deinde renunciatur. Repulsam tulisset: Ideſt æquo animo tulisset:ut ille cõsul fieret. Adesset: .i. patrocinaretur Ruffo. Aemylius: Pre. A. Aemylium significari uolebat. Naꝫ Aemylius per æ diphtongon scribitur.

Ridentur etiam discrepantia: Etiam illa:quæ sibi ipsi discrepant.i. dissẽtiunt risum mouent. Est quidam qui quasi uelle laudare aliquem uidetur: & dicit. Quid huic abest? dicere uelle uidetur ipsi omnia esse abũde:ideſt nihil deesse:postea subiungit nisi res: & uirtus: & plane ostendit boni nihil ad esse. res:& uirtus.i.pecunia:& scientia. Discrepantia: Et illa etiam:quæ inter se discrepare uidentur. Quid huic abest? Videtur interrogare:quasi abunde omnia sint. Nisi res:& uirtus: Hoc uero discrepat a superiori: quia uidebatur nihil deesse: sed cum diceret nisi res: & uirtus: significabat nihil boni esse. Nam ubi non est res: ideſt pecunia:& uirtus: ibi sine dubio nihil boni potest esse. Bella: Cum Albutius quidam litem cum granio haberet:& cum causam suam defenderet: probauit sibi ad iudicandam esse causam tabulis.i. legibus scæuolæ. Cum ergo absolutus est albutius sceuolæ legibus: & scæuola huic obuiꝫ factus congratulatus esset:q; suis legibus causam obtinuisset: Hic granius: Gaudes inquit ingnominia tua: eo q; q̃uis tuis legibus hic causam obtinuerit:tamen tuæ leges a iudicibus iniustæ:& iniquæ iudicatæ sunt. hic igitur familiaris ẽ reprehensio. Quod cum eis tabulis: Scilicet scæuolæ. quid illud fuerit:quod in tabulis sceuolæ scriptum fuerit sciri non potest:sed fingamus nos. Vt si tabulas scripsisset: in quibus iuberet primum:qui iniuriarum conuictus fuerit carcere pœnas luito. Deinde ĩ aliis Qui conuitii conuictus fuerit:de tergo pœnas dato: quas omnes reprehenderunt. Naꝫ qui maioris criminis conuictꝰ erat:leuiore pœna plectebatur:quæ ipsa quoq; nimium grauis:ac seuera iudicabatur. Huic similis: Et hoc ẽ ridiculum superiori simile. Granio consulenti: ut patronus quidam obtusus uoce diutino sermo ne mulsuꝫ frigidũ biberet: respõdit ille. Quid uis bibã? Nam si frigidum mulsum bibero: quicquid est uocis penitus amittam. Tum granius. Melius est uocẽ perdas: q̃ tot reos. Mulsum frigidũ. Mulsum est genus suauioris poculi ex aqua: & melle confectum: & mulsum a promulcendo dictum: q; hoc si calidũ bibatur uocem permulceat: si frigidum exasperat. Melius: Eo q; multi eo defendente causa cadunt. Bellum etiã: Etiam bellum est: cum in aliquem dicitur: quod ei conueniat. Nam si dictũ dixeris in aliquem: quod ei conuenire uideatur: potest risum non mediocrem mouere: quemadmodum illud: quod in scaurũ dixit Caius memius facetũ fuit. Vt cũ scaurus: Scaurus hæreditatem habuerat cuiusdam: qui mortuus erat ab intestato: ex quo magnam sibi inuidiam cõflauerat. Cum igit lis esset inter bestiam: & C. Memiuꝫ: & Scaurus bestiæ aduocatus esset: forte ita accidit: ut funus eferetur: ergo Memius: ut scauri inuidiã augeret: ubi interagendum causam duci pompam uidit. Surge inquit Scaure: funus effertur: uide si bonorum eius potes esse possessor. Hoc dictum est: quod scauro cõueniret: quia sicuti bona pompeii frigionis sine testamento arripuerat: ita

nũt ut eiꝰ auariciam denotaret eiꝰ mortui: cuiꝰ funꝰ ducebaꝫ bonoꝝ possessorem fieri iubebat Sine testamento: Quia hæres intestatus hæreditatem adierat pompeii. Bestiæ: Qui accusatus fuerat a Memmio. Sed ex his omnibus: De his inquit ridiculis: quæ in re posita sunt: nullum est quod magis risum moueat: q̃ illud quod p̃ter expectationem pronunciatur: quod appellaꝫ παραδοξια: uel ut noster Cicero in epistolis παραπροσδοκια appellat: idest p̃ter expectationem: sicut etiam ipse multis exemplis probat. Nam hæc omnis lectio consumitur in exemplis: quæ in re posita sunt. In his omnibus: Scilicet quæ in re sunt: hoc genus ridiculi: quod est præter expectationem in utroq; est. i. in re: & in dicto. siue in re: siue in dicto fuerit: ualde ridetur. Vel Appii maioris: Ad differentiam minoris: sicut africanus superior: & inferior. hic est ille appius cæcus: qui pacem fieri cum Pyrrho uetuit. De agris publicis: Idest de lege toria. Lex Toria est a Toro proprio nomine quodam appellata. Lex thoria est quæ prohibet cuiuslibet pecꝰ in agris publicis pasci. Agebatur ī lucullum: cuius pecus pascua publica depasceretur Ibi aderant: qui utranq; partez defenderent. Tum Appius maior defendenti similis. Non sunt inquit pecora luculli. Omnes expectabant cuius essent. Tum ille. Nam pecus illud nullius est mancipium: sed liberum: ergo libere pascitur: quia pro libidine sua ubi uoluerit pascitur. Erratis: Falli mini O patres conscripti: si putatis pecora illa esse luculli. Qua lubet: .i. pro libidine: & arbitrio ubicunq; uoluerit pascitur. Liberum: Idest nullius hominis mancipiū. Placet mihi etiam illud: Prosequitur alia eiusdē generis referre exempla: ut copiosiores esse possint: qui eiusmodi tractare uoluerint: & propositis multis exemplis alia inuenire: & hoc quoq; exemplum est ridiculi: qđ præter expectationem risum mouet. Flaccus comes seditionis eius: quam Tiberius gracchus lege agraria concitauerat: quæ libertati populi Romani periculosa esse uidebatur: ea beniuolentia: & gratificatione iter sibi ad regnum struere uidebatur: & cum consules dixissent se nihil contra leges esse facturos: Tunc Scipio nasica iratus ait. Quandoquidem consules legibus obtemperando Tiberium tollere nolunt: Quicūq; rem publicam uult esse saluam me sequatur: & simul his dictis Bracchio toga inuoluto in subsellia tribunorum cum bonis uiris impetum fecit: & parte subselii fracta percussit Tiberium: quo ictu eum interfecit. Multis obrobiis: Cum. C. Flaccus multa obrobria iactasset in nasicam: nec ei propter uiri auctoritatem credere tur: dixit se iudicem Scipioni fore uerborum suorum: & eum sibi inimicum esse iurauit: Iudicem inquit fero. P. Mutium: & iuro mihi inimicum esse. Patres labi cœperunt: & inter se mussitare: ut fit. hoc cum sentiret Scipio: respondit. ha patres conscripti: ille. P. Mutium sibi inimicum esse iurauit: ego non illum mihi inimicum esse iuro? illi expectabant: ut aliqd diceret: cur ostenderet eum esse bonum uirum: Deīde subiunxit: sed omnibus scilicet iuro esse inimicum. Ecce quomodo præter expectationem dixit. Ha: Probibentis interiectio: quasi populum Romanum castigat: q; tam cito mutatus sit: & aliquid sinistrum de eo putauerint. Ab hoc: i Aliud exemplum eiꝰ generis: quod est præter expectationē: & Crassi dictum est. Piso accusabatur

iniuriarum in socios: q̃ prætor expilassẽt socios. Silus testis productus dicebat se audiuisse ab alio. Tum secuta est hæc interrogatio Crassi: Potest ne inquit fieri: ut qui hæc dixerit: iratus dixerit? Tum ille ita potest etiam fieri: ut non recte id intellexeris? ille etiam annuit: quasi se totum huic sententiæ Crassi daret: Postremo subiunxit: potest etiam fieri: ut quod te audiuisse dicis nunq̃ audiueris? ille quia omnino concesserat: rubore perfusus negare nõ potuit. Potest ne fieri? Et ita hoc Crassus dixit: quasi amice dixerit.

Pisonem læsisset: Quod prætor socios expilasset. Vnde: Idest a quo. Virgilius. Genus unde latinum: idest a quo. Obrueret: Opprimeret: cõfunderet. Nam per inductionem cogebatur hoc fateri prioribus concessis.

Huius generis: Neuius tragoediaꝝ scriptor in hoc genere ridiculi præter expectationem plurimus est. & laudat hoc genus ridiculi. Dicit enim urbanissimum esse. Familiaris: Vnde ridiculum familiariter sumitur. & est aduertendum: quia fallere potest: nisi quis diligenter animaduerterit hoc exemplum: quod sequitur: si algebis: cum ille hoc dixisset: expectabat: ut sibi remedium aliquod frigoris afferret: ille uero subinnxit: tremes. hoc est præter expectationem. & suspendendum est: Cum dixeris: Si algebis: deinde: facta expectatione: subiunges: tremes: Sæpe etiam facete: Est etiam generis huius ridiculorum præter expectationem: cum aliquando concedis aduersario id: quod aliquando tibi detraxerit: ut quidam sordido loco natus dixerat Lælio nobili uiro: Indignus es maioribus tuis. & quod detrahit Lælio: Lælius cõcedit: Vere inquit tu tuis dignus es. i. sordidus es: quemadmodum maiores tui. Nam ille sordido genere natus erat. Mali: Idest sordido loco. Vt. M. cynthius: Cynthius: sicut Cornelius cælsus dicit: legem de donis: & muneribus tulit: qua causidici donum munusue ob agendam causam accipere prohiberentur. Hanc legem. M. cento grauiter ferebat: & prodiit in mediũ: & ait. Quid Centiole in medium fers? Tum ille cum grauitate respondit: ut emas si quid uis. i. fero legem: quæ te coget emere: quibus uti uolueris: & prohibebis dona accipere. Vt emas: Quia cum eum lex a douis: & muneribꝰ prohiberet: cogebatur prædo emere. Sæpe enim falsi: Prosequitur alia quædam genera ridiculorum: quorum primum est: cum ea optamus: quæ fieri non possunt: ut hoc exemplo. Forte præludia quædam in campo martio fiebant adolescentum: ut in re militari fortiores simul: & habiliores redderẽtur. M. Lepidus forte in herba iacebat: & aliis se exercentibus in campo martio inquit. Vtinam hoc esset laborare. hoc fieri non potest: ut labor sedendo exerceatur. Vellem: Optantis est. Salsum: Etiam salsum est: cum his: qui nobis irati sunt: quærentibus aliquid ex nobis respondemus leuiter & placide. Sicut hoc exemplo ostendit: solet etiam risum auditoribus commouere. Lepidus censor ademerat equm cuidam. M. Antistio pigensi. Amici: qui aderant: magna uoce clamabant: indigne esse ademptum equm: & cum quærerent: quid patri respondebit: qui parcissimus est? Tum ille: placido: ac tranquillo animo respondebit: se nihil istorum credere. Quærentibus: Quærere est leuius: q̃ percontari. Nam percontari est diligenter aliquid scisciteri: atq; exquirere: si spectet ad finem coarguendi. & est tractuꝝ a conto

pertica:qua maris:aut fluminis profunditas tentatur. Lente: Idest patienter:& placide. Vociferarentur: Idest magna uoce clamarent. Amici: scilicet ipsius Antistii. Nibil istorum: scilicet nec optimum:nec patissimum esse. Ademptum: scilicet censoria nota. Colliguntur a græcis: Hic admonet Iulius alia etiam ridicula colligi:& in unum compillari a græcis:quæ tamen cum his generibus continentur: & ideo se pretermisuruꝫ esse. Satis est enim scire enera rerum quibus parati esse possimus ridicula alia confingere:si modo ingenium fuerit. Exercitationes: magis ex uoce cognoscuntur: cum aliquid intensius dicitur. Admirationes: Cum aliquid mirabundi dicimus:& ī uultu:et in gestu melius cognoscunt̄. Admirationes: ut si increpare uoluerimus aliquem:& excitatiori uoce utamur risum mouet:ut uerbi gratia. Quid uis bellua? Admirationes: cum aliquid mirabundi:aut minabundi dicim9: ut si dixeris.o.q̄tū uirtutis in hōine apparet. ideo admirationes magis in uoce cognoscuntur. pari ratione si mihi non satisfeceris:cognosces qui uir siem. Nam illa quæ in uerbo: scilicꝫ ridicula:quæ in uerbo consistunt:sunt pene certa:& diffinita:ambiguū:præter expectationem:mutatione litterarum:īterpositus uersus. Minationes: Cū aliquid minabundi proferimus:& excitati:ut dixi in uoce magis continentur admirationes:et minationes in uultu: et gestu: Laudari magis: quia ut in superiorib9 dixit:quæ belle: & erudite dicūtur magis laudari solent:q̄ irrideri. Partibus: Idest speciebus:quia pars est ueluti species:quæ generi subiicitur. Generibus: Quia magis complectitur pars:quia si specialiter complecti uolueris: hæc ridicula īnumerabilia erūt:sed si generaliter pauca admodum. Expectationibus. cum aliud dicere uidemur:& aliud sentimus:& ea cōmemorat:quæ in uerbo:& sententia posita sunt:quæ superius tractauit. Naturis: ut cum irridemus uel gibbum: uel strumosum: uel gripum. Similitudine turpioris: sicut ille gallum in scuto marii depictum ostendit ad similitudinem illius. Subabsurda: Idest quæ non nihil absurditatis habeant Et stulta: quæ uideātur temere dicta:quæ omnia superius dicta sunt. Itaq; imbuendus est is: Nunc ergo concludit: quando quidem his generibus continentur ridicula:danda est opera:ut orator his rebus instructus sit:& si ingenioſus fuerit:facile hæc omnia:quæ risū mouere possint:& aliquid salsum habeant:scire poterit. Quasi natura: Ideo dixit natura:quia nisi ingenium fuerit ad eiusmodi ridicula procliuius:nulla arte poterit urbanus fieri. Natura: Vt naturæ addatur exercitatio cum arte coniuncta. Vultus etiam accomodentur: Qui enim naturam suam ridiculis longa exercitatione accomodauerit:hic uultum:& gestū accōmodabit:ut nō minus gestu corporis ualeat:q̄ ridiculo. Quiqdē: Accidit inquit: ut si quis ridiculum dixerit: quāto plus seueritatis: & tristiciæ habuerit:tanto id:quod ridicule dictuꝫ fuerit: urbanius esse uidebit̄. Salsiora: Vrbaniora. Sed iam tn Antoni: Redit ad illud:quod in ꝓpositione suæ orationis dixerat Antonius. Ego a longa inquit disputatione in oratione Iulii Cæsaris quasi in diuersorio conquiescam. Nunc etiam commemorat uerba Antonii: dicens. Scito iam nunc tempus esse:ut post meam hanc

disputationem: in qua non ualde gratum dixeram fore diuersorium: sed tãq̃ in pontinũ ueniſſes: & ita ad orationem ſuam progreditur Antonius. In pontinum: Sic finge animo ut in hoc diuersorium orationis meæ ſit. Nam pontino palus uolſcorũ eſt ut Vibius ſcribit haud longe a Teracina: de qua Iuuenalis. & pontina palus: & gallinaria pinus. Ibi Craſſiorẽ: & ꝓpterea minꝰ ſalubrẽ aerem fuiſſe conſtat.

EGO VERO ATQ VE HILARE: Sic Cæſar: quaſi diuersorium ſuum .i. oratio ſua non fuiſſet diuersorium Antonio dignum: ubi conquieſceret. Nunc Antonius laudat orationem illius: quam de facetiis habuit: dicens ſe ĩ ea periocunde: & hilariter conquieuiſſe. Deinde ſe ad reliquam diſputationẽ ꝓparat. Eſt autem caput decimũ quartũ huius tractatus: quæ ſint in oratione noſtra cuſtodienda: & quæ in aduerſariorũ refutanda. Prima pars huiꝰ capitis erit: ut præcipiat tres illas uirtutes diligentius eſſe perſpiciendas: uidelicet docere: conciliare: & mouere. Deinde ubi ea diligenter: & exquiſite conſideraueirmus: præcipit quid in una quaq̃ ſit faciendũ. Ego uero: Tu dicis orationem tuam de facetiis fuiſſe quoddam diuersoriũ minime ſalubre: Sed ego dico hilare fuiſſe. Hilare: Certe iocunde: ſuauiter. Nam unũ ex his: quæ p̃cipue requiruntur ab hoſpite ẽ uultus hilaritas. Hilare: Quippe qui in tua diſputatione de urbanitate: ſalibuſq̃ tractaſti. Doctior: qa tria genera iocandi in diſputatione tua propoſuiſti. Audacior: Quia oſtẽdiſti urbanos uiros fuiſſe: quorum dignitas: & auctoritas maxima fuit: ut ſi tãtæ grauitatis uiri uſi ſint ſalibus: ego id audaciꝰ facere poſſim. Nõ enĩ: Et probat ſe eſſe factum audaciorem. Quoniam: Quãdoquidem inqt dinumeraſti maximos ciuitatis noſtræ uiros: qui in hac urbanitate præſtantiſſimi fuerunt: ego quoq̃ uideor exemplo eorum hanc poſſe urbanitatem ſequi. Protuliſti: Pronunciaſti in exemplis facetiarũ. Fabritios: Qui & ipſi uſi ſunt eiuſmõi ſalibus. Sed habetis ea quæ uoluiſtis: Snbaudi ut ad propoſitum redeam. Nunc redit ad id: quod diſputandum eſt Antonius: uidelicet ad reliquũ diſputationis ſuæ: quod intermiſerat diſputãte Cæſare de facetiis. Accuratius: Diligentius. Nam cætera: Vere inq̃ habuiſtis ex diſputatione mea: quæ maiori cura animaduertenda ſunt: quia ſequentia ſunt facilioca. Ego enim: Et oſtendit id ita eſſe. Poſtq̃ inquit conſidera ui in cauſa tria argumentornm genera eſſe. Primum quo docentur: Secũdũ quo conciliantur. Tertium: quo mouentur auditorum animi. Conſidero deinde quid cõmodi cauſa habeat mea. & primum quod uoluimus: & quid in cõmodi eſt illius: quo aduerſariis noſtris reſiſtere poſſimus. Cum mihi occurrit: quod cõmodum eſt: in his moror: in his habito: nec unq̃ ab eis diuellor. Quod uero obeſt non refugio penitus: ſed illa pene obruo: ut uix apparere poſſint. Ego aggreſſns: Ideſt cauſam ſuſcepi a clientibus. Atq̃ oĩa: Quæ in cauſa continentur. Et argumenta declarat: Ideſt tot locos: de q̃ bus octauo capite dixit: ubi argumentorum locos: i& ſedes explicauit: quia primo quidem locos docuit docendi: deinde conciliandi: poſtremo mouendi.

Argumẽta: .i. non ſolum argumenta: quibus cauſa ꝓbatur: atq̃ docẽt.

Cõciliant̃: Si forte fuerint nobis infenſi. Promuoẽt̃: Ad indignatio

nem contra aduersarios nostros. Cõstituo: Diiudico: discerno: diffinio.
Boni: .i:cõmodi ad probandũ. Mali: .i. incõmodi ad refellendum.
Nulla enim: quia occurrebat illud:quõ non potest accidere:ut aliqua sit causa sine incõmodo?dicit nullã causam adeo honestam esse: quæ non utrũq; habeat. Disceptationem: Iuris. Controuersiam facti. Refert: Ad rem pertinet. Vtrunq; .s.bonum:& malum. Quantũ: Scilicꝫ boni: & mali. Mea: Hæc inquit mea ratio est in agenda causa: quæ bona sunt: ita tractem:ut ab his nunq̃ ferme discedam:ea quæ obsunt opprimaꝫ:ut uix apparere possint:& ab auditoribus cõprehendi. Boni: Cõmodi. Quæ habeat: .i.quod cã suggerit. Exornem: .i.& uerbis:& rebus amplificẽ.
Exornem: Verbis. Exaggerẽ: Rebus. Ibi: Videlicet in eo bono: quod est in causa mea. Cõmoror: Ne discedam. Habitem: Ne relinquam. Hæream: .i.affixus sim. A malo: Quod malum est in cã nõ ita fugio:ut relinquam:sed tango non nihil:ut diminuam: & non magni faciendũ sit. Fugere: Quasi metuã ne causa turpis uideatur. Ornãdo: Copiosius augendo:diutius:& amplꝰ tractando. Et si causa in argumẽtis: Sed si causas eius generis fuerit:ut uel conciliare per cõmiserationẽ oporteat auditorum animos:uel mouere per amplificationẽ: tunc eam partem potissimum capio:quæ mihi potior uidetur:ideſt ad cõmoditatem meam pertinet. In conciliatione: Et ad misericordiam:& ad indignationem pertinet: utrunq; enim complectitur. Summa deniq; huius generis hæc est: Sed huc inquit omnis orationis meæ ratio confertur: ut si uidero causam meam magis confirmare posse:q̃ aduersariorum refellere:omnia tela in aduersarios intendam: sed si e contrario:ut magis refelli possint aduersariorum dicta: q̃ causam meam probari:omnia argumenta mea conferam:ut eoꝝ omnia dicta: uel rationes deleam:atq; infirmẽ. Deniq;: Duo genera cãrum sunt.Vnũ genus:in quo nõnunq̃ possumus argumenta nostra ꝓbare:q̃ aduersarioꝝ infirmare.Alteꝝ genus est: in quo non tam possumus refellere aduersarioꝝ: q̃ nostra confirmare. Omnia: .i.non pugno:ut me defendam:sed ut aduersarium uincam. Si nostra: .i.si non tam possum refellere aduersarioruꝫ argumẽta:q̃ mea ꝓbare: in eo inquit occupatus:ut aĩos auditoꝝ: qui psuasi sunt:eos ad meꝝ cõmoduꝫ traducã:& in ea confirmanda totus insistã. Deducere: .i.remouere:quẽadmodũ illi causam suam confirmant ualidis argumentis:quibus resisti non possit:ita meam causam æque ualidis: ac ualidioribus confirmem. Redargui: Refutari: refelli: reprehendi. Duo deniq; illa: Nunc Cicero dicit:quæ sunt illa:quæ pro suo iure sumat:duo uidelicꝫ. Primum inquit est:ut si quod molestum fuerit:non repetam:aut si difficile: non penitus omittam:sed per quandam dissimulationem utrunq; faciam.& suum semper meritum extenuat Antoniꝰ:ut uideatur in eloquentia nõ esse tantus:quantum illum Crassus: & cæteri esse dicebant. Dicit enim. Pro meo iure: Ideſt pro mea consuetudine:& potestate. Molesto: Hoc dicit si quis locus fuerit:uel molestus:uel difficilis. molestus:cui molestia insit repetendi.Difficilis:cui insit difficultas soluendi:aut illum omnino prætereo:aut parum adomdum attingo. Argumento: Quia locus est sedes argumẽti.

Aliis: Videlicet uideor nõnullis iure irridẽdus: uel quia moleſto: uel diffi cili argumẽto nihil reſpondeã. & uere inq̃ uideor irridẽdus: ac ſi diceret etiaꝫ ſine p̃cepto facere poterit: uidelicꝫ qđ moleſtũ fuerit nihil reſpõdeat. De niqꝫ: Sed quid alii faciant nõ quæro: quid facere ſoleam oſtẽdo. Confite or Et cũ aliquid fuerit in aduerſarioꝝ rationibꝰ: quod me grauius urgeat: ac p̃mat: facio quẽadmodũ exercitus: qui pugnã aduerſariorũ ſuſtinere non poteſt. Non enim abiicit oĩo: aut reiicit ſcutũ quaſi deſperet: ſed pedem ſenſiꝫ referens ſe in tutiorem locũ recipit: & eſt tranſlatio a pugnantibus pulcherri me ſumpta. Abiecto: Quod faciũt qui oĩo deſperãt. Regeto: Quod faciũt hi: q nõ oĩo deſperãt. Fugere uideor: Quẽadmodũ acies pugnãs: cum grauius oppreſſa fuerit: pedem refert ſeruatis tamen ordinibꝰ. Spe ciem: .i. ſoleo quandã imaginem: & oſtentationem defenſionis proponere .i. oſtentationẽ quandam defendẽdi ſpecioſam. Conſiſtere: Hoc eſt in defen ſionis meæ uiribus. Ceſſiſſe: .i. p̃teriiſſe argũentũ illud ualidius. Fu giſſe: Quaſi uictus. Locos: .i. ueniendi ad locos æque firmos: uel firmi ores. Alterum. Nunc aũt alteꝫ argumentũ explicat: quod ſe pro ſuo iu re ſumere dicit: ut cum diligenter cauſam ſuã conſiderarit: illud magis omit tere elaboret: quod cauſæ ſuæ obſit: q̃ id: quod proſit non enarrare. Si iqt du obꝰ ꝓpoſitis. ſ. quæ faciẽda ſint in cauſa clientũ meoꝝ: ut ea: quæ ꝓſint: & ea quæ obſint: non tã laboro: ut proſim cauſis: q̃ ne obſim. Nocea: Quia ui detur ſi ea non omiſerit: quæ obſunt: q̃ſi non ꝓfuiſſe. Vtroqꝫ: .ſ. ne ob ſim: & ut ꝓſim. Sed quid hoc loco: Et cũ hæc dixiſſet Antonius Catul lus: & Cæſar collatis capitibus neſcio quid inter ſe dicebant. Hoc loco: .ſ. quod dixi enitendum eſſe ſũmope oratori: ut dicat quæ ꝓſint: & uitet quæ obſint. Quærẽdi: iterrogãdi ſi quid obſcurius dixero. Refellendi: Re futandi. Tũ ego me hercules inquit Iulius. Cũ Antoniꝰ diceret ſe in eo potiſſimum elaborare: ut id omitteret quod cauſæ obfutuꝫ uideret: & i hoc magis diligentem eſſe ipſum q̃ ut ea diceret: quæ utilia forent: cœpit Iulius cũ Catullo collatis capitibus neſcio quid dicere. Tum Antonius ubi itellexit illos dicere aliquid: intercogauit ex his quid illud eſſet: qđ inter ſe conferrẽt. Nũc Iulius reſpõdet hãc ſuã fuiſſe ſentẽtiã: hoc in Antonio fuiſſe mirãdũ: qꝫ nihil unq̃ in cã diceret: qđ cliẽtibꝰ ſuis obeſſet: ſiꝫ cũ uideret de hac re ſermo nẽ cũ Craſſo audientibus pleriſqꝫ habere tũ alterius fuiſſe ſententiæ: nõ eſſe laudandum eũ: qui omitteret quod malum eſt: ſed qui quod bonũ ẽ exeque ret. Lectiſſimũ: Pro electiſſimum ex cæteris. Idqꝫ: .ſ. me dixiſſe cũ aliquãdo cũ Craſſo: & aliis pleriſqꝫ colloquerer. Cũ mihi ſermo inſtitutus: Ideſt ſermo eſſet ĩceptꝰ. Cũ cæteris laudibꝰ: .i. ad cæteras tuas laudes: hoc etiã accederet: qꝫ non ſolum diceres: quæ utilia forẽt: ſed etiã omitteres: quæ inutilia futura eſſent. Tum mihi illum: Et in hoc tecum Antoni ſentiebã: qđ ſũmum in oratore uideat: ea diligẽter omittere: quæ cauſæ noci tura eſſent: ſed Craſſus aliter ſenſit. Tnnc Craſſus mihi reſpõdit: laudãdos ſſe eos: q bene dicerent: nõ q male nõ dicerẽt: ꝓpterea qꝫ oẽs ſciunt: quæ ma la ſunt omittere: niſi forte ĩprudẽs fuerit. Nã unuſqſqꝫ hoc facere põt: ſed ta ere: quæ mala ſunt. Boni autẽ oratoris eſſe in cã: quæ bona ſunt: exequi: nõ

nō quæ mala omittere: qa unuſqſq; id facere pōt. Quod alienum: A ſua cuiuſq; cā alienum. Improbi: Iniqui. Perfidioſi: Qui clientē ſuum proderet: & noceret ei. Quare Videlicet nō diceret quæ aliena eſſent: quæ ue incōmoda eſſent a defenſiōe cauſæ. Eum: Videlicet: qui nō diceret ea: quæ īcōmoda eſſent: & quæ nocitura cauſæ. Nunc ſi tibi: Quādo igit hæc ſentētia ē Craſſi: ut nō magnope ſit laudandus orator: q ea omittat: quæ obeſſe poſſunt: ſed nō magnope laudā dū: ut quæ proſint proſequat: nūc Antoni ſi tibi uidet: dic cur hoc tibi uidet eſſe magnū: ac pſtās: Declarauit Iulius Cæſar quæ cā eſſet: q cū Catullo colloqueret. Nūc ad illud reſpōdet Antonius: ſed inter diſputandū id uobis uelim proponatis me nō loq de diuino cuiuſpiā oratoris ingenio: ſed mediocri quadā doctrina: qua uti ſolitus ſum.

Dicā cæſar: Nunc ad eā quæſtionē reſpōdet Antoni⁹ cum ſumma mode ratione: ſicuti ferme cōſueuit. ſed īter diſputandum id uobis uelim propona tis: me non loqui de diuino cuiuſquā oratoris ingenio: ſed de mediocri exerci tationis meæ mediocritate. Mementote: Ideſt hoc uobis ſemp propoſitu; ſit. Craſſi quidē: S; id quod tibi Iuli Cæſar Craſſus reſpōdit ad excel lens quoddā īgeniu; ptinet: cuiuſmodi ipſe ē. Nō igit mirādu; ē: ſi hoc Craſſo ſimile mōſtri uidet. Nā quod in ſe ē: id etiā in aliis deſiderat: quia ſimile Craſſus portenti eſſe exiſtimat: ut orator aliquis ſit: q in cā mala aliqua: aut īcōmoda ſua dicat: & id portētum quoddā: & aliquid ſimile mōſtri eſſe exiſtimet. i. miraculo eſſe aſcribēdum: ut orator aliquod incōmodum cauſæ ſuæ proferat. & ratio: qa a ſe id alieniſſimum eſſe cognoſcit. Facit: Niſi ex eo quod ē idē etiā ī aliis exiſtimaret: ut ſi qs ibecillis ingenii fuerit: credere nō poterit aliquid pſtāti īgenio deprōptum eſſe: Nā de ſe ipſo cōiecturā facit: & quod ī ſe ipſo ē: ī aliis quoq; eſſe credit. Niſi: Ars differt a prudētia aliis rationib⁹: ſed ī hac potiſſimum: q prudētia ſi forte aliqd offenderit uolun tarie magis repēdit: q ſi inuite admiſerit: ut ſi prudēs aliquid uoluntarie peccauerit magis repēditur: q ſi inuitus idē admiſerit: at ē cōtrario ſi qs ali qua arte pdit⁹ ē: & ſciēs aliqd omittit quod ad artē ptinet: nō ignorātia hoc facit. At uero quod ad artē ptineat īuitus omiſerit: ignorātiæ ipſi⁹ aſcribē dum ē. Nunc ergo dicit Craſſi ſnīa; q exiſtīat oratorē nō poſſe aliqd dicere: quod cāe ſuæ obſit niſi uoluntarie. Nā ſi hoc faceret īuit⁹ nō ēēt pfect⁹ orator q ignorātiæ eſſet aſcribēdum: & īuit⁹ quæ ars pcipet omitteret. Sed ego.

Ille qdē reſpōdit: qa de pfecto quodā oratore: atq; ſublimi ītelligebat. pſtātis: .ſ. oratoris: ī quē nō poſſit errot īcidere. & exēplo hāc ſuā rōnē confirmare intēdit Antoni⁹. Dicit enī quēadmodum Themiſtocles ferē mēoria tantum ualuiſſe: ut cum ei diceret quēdā eſſe: qui artem remiſcendi doceret: reſpōderit cupe ſe: qui doceret obliuiſci: nō tamē qa ille ſingulari mēoria fuerit cōtemnenda mediocris memoria. a ſimili ergo dicit. Et ſi Craſſus maxim⁹ eſt orator: nō tamen mediocres cōtemnendi ſunt. Græcos: .ſathenienſes. Vel etiā apud græcos. Nā ei⁹ īgenium ī oī græcia claruit: ut omnes græcos ſui nominis fama compleuerit. Inuenta: .ſ. a ſimonide. Mens: Memoria: & graece locut⁹ eſt: q μνημην dicunt: quod ſignificat mentem: & memoriam.

Infuſum: Inſitum. Cum quidem ei fuerit: Gratius inquit mihi fece

ris:si obliuisci quæ nolī docueris. Acerrimi īgenii: .s. Themistoclis. Sz nec ꝑpter hoc Themistoclis respōsum: Nūc Antonius:suscepta disputatione ostēdit:q̄ magnū sit in oratore:si hoc quoq; habuerit: ut diligēter obseruet: & obseruata fugiat:quæ causæ possint esse detrimēto. Sed nec ꝑpter hoc:

Cōfert similitudinē:quēadmodū p̄stās illud īgeniū Themistoclis: q quæ cunq; uel uidisset:uel audisset facile retinere potuerit: nō debem⁹ tamē negligere artificiū mēoriæ:Ita ꝑp singulare īgeniū Crassi ea: quæ in causis cauēt dicta p̄termittere q̄si nihili facienda. Neq; enī: Nullū exēplū attulerūt: cui⁹ auctoritate ꝓbarēt:qđ dicūt:sz de se ipsis cōiecturā faciūt:qd ualeat:qa nō oīa possum⁹ oēs:ut ait ille. Sz suā significauit: Nā si iusta fortasse cā erat cur disputatiōi suæ aqescerē:nō tamē absurdū fuit dicere q̄ ob rē id faciendū esse censerē. Cautio: ut sibi caueat orator:ne īcurrat offensionem.

Etenī pmulta sunt: Vere inq̄ cautionē meā: & timiditatē nō esse negligēdā.& ita sensim īcipit ostēdere:quæ ī cā obesse possūt:nisi diligēter cautū fuerit ab oratore. Offendas: Delirādo. Irruas: Lacessendo: aut īsultādo. Sæpe aūt testis: Vt uerbi gratia:si testis ꝓduct⁹ fuerit. Testes enī ei⁹ mōi esse solent:q ab auctoritate loc⁹ sumit̄:ut graues:atq; constātes uiri habeāt̄:& si grauius in examinādis testib⁹ aliqd dixeris: ut ipsos testes irrites:fortasse aliqd graui⁹ dicere cōpelles in eū:quem defendes. Nisi lacessat̄: .i. ꝓuocet̄ ad irā. Orat reus: Et ostendit hoc esse difficillimū:ut orator se contineat:ne ipm testem lacessat.Multi enī sunt īqt:q causidicū urgent: & īpellūt:ut uelit hūc testez lacessere:& īsectari:& q̄to maior est ipulsio:tāto magis cautior esse debet. Aduocati: Aduocat⁹:& patron⁹ differūt.Aduocat⁹.n. appellat̄ qcūq; adest alteri ī cā officii gratia:etiā si nihil dicat: neq; agat:sed qui tātū sit parat⁹ defendere.Patron⁹ aūt is ꝓprie est:qui agit cām:sed accusati nō accusantis:qđ etiā apd Q̄uītilianū ita esse ex ipsi⁹ uerbis ostendim⁹: sz ī mutuis:depositis:locato:& cōducto:similibusq; ea ī re:tā actor: q̄ defēsor solet appellari patron⁹. Vt īuebamur: .s.ī testem. Maledicam⁹: .s.testi: quasi si nostris uerbis territi fuerīt:min⁹ offensuri sint clientem: qđ plerūq; fit.Nō enī minis nostris terrēt̄:sed plerūq; irritāt̄:ut dicāt id:qđ nō diceret

Nō moueor: Ita qdē me īpellūt:ego uero hac īpulsiōe nō moueor. Neq; tñ: Et uidet̄ esse difficili⁹:ut ī quo nō laudat̄:sed poti⁹ uitupat̄ orator: in eo ipse fortis:& cōstās esse possit:& q̄uis nō mouear illis īpellētib⁹:rez tñ nullā īde assequor laudē:ac si diceret pluris facio rei defēsionē: q̄ laudē meam.

Hoīes enī īpiti: .i.rez ignari:si qd sapiēter tacueris:te ignorātē dicūt. Dicūt .n.nihil hēt q; rīdeat.si uero aliqd temere dixeris:te stolidū appellāt: nec aliquid cum ratione dicere. Non stultum: qa testes utplurimū ꝓducti solēt esse graues:prudētes:cōstātes:alioquī testīonio eoz fides nō adhibere⁹. Habet enī: Sīgula singulis redde. In īracūdia: ad id:qđ dixit: si īratū læseris. Et uiz in īgenio: ad id:qđ dixit:si nō stultū. Pōd⁹ īuita: Ad id quod dixit:si nō leuez læseris. Nec si hoc: Et q̄uis inquit Crassus hunc errorem non incurrat:multi tamen incurrunt. Quo quidem mihi: Et hoc uitium est eiusmodi:quo nullum inueniri potest turpius ut orator dicat aliquid:ex quo sermo iste oriat̄:qui sequit̄. Turpi⁹: Vitupabili⁹.

Hoc: Scilicet hoc uitium perfidiæ: q̄ hunc errorem incurrant oratores.

Nisi perfidia: Ideſt hoc fieri non poſſe arbitror: niſi ab improbo: & perfido. At uero ego dico etiam hoc ab his: qui perfidi non habentur: ſæpius incurri. Minime malos: Ideſt homines non improbos: Ac ſi diceret homines: qui oratores ſunt non improbi. Et hoc primuꝫ eſt: quod cauſis plurimū obeſſe poſſit: ne orator teſtes irritet. Nunc ad aliud uitium tranſit: in quod orator ſæpiſſime ſolet incidere: ſi negligens fuerit. Hoc inquit maximuꝫ eſt uitium: ſi orator īexpugnabilia aduerſarioꝝ argumenta expugnare contendet. Nam ubi diutius immorabitur in eo quod ſua ui refutari non poteſt: non ſuam: ſed aduerſarii cauſam confirmare uidebitur. Auditor enim: qui uidebit eum argumētuꝫ illud circuire: nec tamen ſoluere: exiſtimabit illuꝫ contra ueritatem tendere: & ideo minus auctoritatis habebit: quod plerīq̄ oratores incurrunt. Et hoc loco ſatius eſſet: ſi firmius: aut æque firmuꝫ argumentum adhiberent. Cederet: Ideſt pedem referret. Aperte: Ideſt manifeſtius dicam. Premerent: Ideſt urgerent. i. quæ ualde clienti meo nocere uiderentur. Verſantur: Ideſt tēptant oppugnare argumenta aduerſarioꝝ: quæ refutari non poſſunt. Nam quēadmoduꝫ qui obuerſantur caſtris hoſtium: ſæpe ea capere non poſſunt: quia foſſa: uallōq̄ circūdata ſunt: Ita oratores: quia argumenta īexpugnabilia refutare non poſſunt: nihil utilitatis conſeqūtur. Præſidia: Ideſt argumenta æque ualida: aut ualidiora non proferūt aduerſariis. Confirmatur: Quia diu īmorando in argumentis: quæ refutari non poſſunt: nihil eſt aliud: q̄ aduerſarioꝝ cauſam confirmare. Inexpugnabilibus: Inuincibilibus. Illa tranſlatio a mīlitibus: hæc a medico ſumpta eſt. Satius eſſe oratori: quæ uinci non poſſunt non oppugnare: ſicut etiam medico: quæ ſanari non poſſunt non attingere. Nam ulcus ſi ſanari non poteſt: ſatius eſſet non attingere: & ſimulac attigeris nihil aliud feceris: niſi q̄ mortem ægro acceleraueris. Quid? Et hoc quoq̄ non mediocre malum eſt. Nam ſi eum defendimus: cui propter potentiam: diuitias: nobilitates: clientelas plurimi inuideant: & euꝫ laudare: atq̄ extollere inſtemus: maiorem ipſius inuidiam concitamus. Nam ea: quæ extenuare debemus: ea etiam in maius efferrimus. Si enim nobilitate: & diuitiis: aur potentia uideatur eſſe cæteris ſuperior: oſtendere debet orator his uti eum non ad alioꝝ inuidiam: ſed potius ad opem: atq̄ præſidium. Et hoc pacto poterit extenuare inuidiam: qua laborant. Rationem non habent: Ideſt non conſiderant. Mitigant: Extenuando: quia etiam ſi potentia: & nobilitas magna eoꝝ fuerit: non modo eam amplificare debemus: ſed leuare: ac extenuare. Sed laudando: Quia ſi diceremus ipſum nemini potentia: nemini nobilitate: nemini opibus: nemini clientelis cedere: Hoc eſt non tollere inuidiaꝫ. ſed potius augere. Quid? Tranſit ad aliud uitiuꝫ: cum orator aduerſarios: qui iudicibus cari ſunt: atq̄ iocundi: grauiori oratione inſectamur ex abruto. Nam primo quideꝫ facienda eſt p̄œconomia. i. præparata quædaꝫ: per quam tibi ad inuehenduꝫ iter facias. Promulciōe orationis: Ideſt ratione ut ad obiurgandos aduerſarios auditoribus caros occulte uenias: ſed ſi ex abruto ueneris: auditoꝝ aīos a te alienabis. Quid

si qua? Nunc transit ad aliud uitium: quod non minus est superioribus: immo maius: cūq; uitia sunt in auditoribus: ea in aduersariis nostris ostendimus odium: & auariciam: quæ in auditoribus fuerint dixerimus: non poterūt non mediocriter moueri: quia iudices quoq; hoc uitio laborant. Inuehi: Idest insectari iudices. Quid si pro altero? Ad alia pergit uitia: quæ obesse possunt causæ: ut ea magnope uitemus: Et id efficiat: quod superius dixerat: non minus laborandum esse oratori: ut ea declinet: quæ nocitura sunt: q̄ quæ profutura sunt eligat. Et uitium hoc eiusmodi est. Cum orator a causa clientis ad suam ipsius iniuriam transit. Hoc ideo nocet: q; uidetur potius odio: q̄ rei ueritate compulsus hanc causam suscepisse: si interdicendum causam: defensiōem clientis relinquas: & de tua ipsius iniuria agere incipias: q; ab aduersariis iniuriam acceperis: plurimū causæ obfueris. Iudices enim existimabunt: te potius odio: q̄ rei ueritate impulsum hoc facere. Si cum pro altero: Idest a causa clientis: pro quo dicis ad tuam ipsius iniuriam transeas: & non alienam: sed tuam causam agere uidearis: uel non alium defendere: sed te ulcisci uidearis. Efferare iracundia: Idest ad indignatiōem inciteris. In quo: Et cum inquit tale aliquid acciderit: ut aduersarii mei aliquādo in me inuehantur: Ego ita æquo animo fero maledicta: ut multi me nimium facilem existiment: ac potius lenem: sed hoc dedita opera facio: quia cum homines hanc de me opinionem fecerint: ut patiens: & facilis existimer: quod plurimū in agendis causis prodest. Si quis mihi maledixerit: oēs me defendent: & illum improbum: & insolentem esse putent. Non quo libenter male audiam: Idest non quia æquo animo maledicta alicuius sustineam. Nam male audire: est alicui? maledicta sustinere: si quis de me maledixerit: tunc recte dixero: male de me audio. Non libenter relinquo: Idest quia inuitus a causa discedo maledictis aduersariorum respondendo. i. nolo inquit occupari respondēdo maledictis aduersariorum: & causam clientis relinquere.

Vt cum te ipsum Sulpiti: Sicuti in ea causa: quam superius de Cepione habitam scitis: q; tri. pl. accusauerat Sulpitius: q; aduersus Cepionem populum concitauerat: hunc ipsum Antonius defendebat. In ea causa Sulpitius inuehebatus est in Antonium. Antonius id uisus est lente ferre. Nihil enim aliud obiurgauit Sulpitium: nisi q; administratorem inquit Sulpitii inuadis: non aduersariū. Non enim inquit aduersarius sum: sed administrator: reprehendebam te: q; maledictis patronum insectando: non aduersarium: sed administratorem inuadis. Administratores dicūtur accusatores: ac defensores: non potuit hamanius respondere. Obiurgabam: Reprehēdebam te o Sulpiti.

Non aduersarium: Quia uterq; ministrat causam iudicibus: quam susciperent. Peteres: Inuaderes: & insultares animo opprimendi: uel offendendi. Ministratorem: Idest me patronum: & causæ ministrum: in quo facile ostendi q̄ essem patiens. Ex quo etiam illud assequor: Illud etiam boni ex hac patientia mihi prouenit: q; si quis me grauiter insectetur: illum oēs improbum: & insolentem arbitrentur. Nam quāto patientior ego sum: tanto ille petulās: & improbus magis uidetur. Petulans: Improbus: Sicut Nonius Marcellus dicit hoc ipso loco. In ipsis aūt argumētis: Aliud uitium

est: quod plurimuꝫ cauſæ obeſſe poſſit: ſi in agenda cauſa: & præcipue in argumentãdo: & in cauſa probanda aliquid dixeris tibi ipſi contrariuꝫ: aut quod ſuperioribus non cobæreat: & ĩferioribus: quod potius infirmet: quia cauendum eſt ne quid dicatur: quod cauſam infirmet: aut aliquid dixeris: ad quod minime ſubiungas. Aperte falſum: Quia ſi plane falſum eſſe cognoſcerent iudices: plurimũ tibi obeſſet. Nam uno falſo uniuerſam cauſaꝫ falſam eſſe iudices exiſtimabunt. Aut: Ideſt nec cum ſuperioribus cobærens: nec cuꝫ ĩferioribꝰ. Aut genere ipſo: Ideſt ipſa ui: atq; natura ipſius argumenti. Quod uſu: Quod etiam Cicero facit pro Archia poeta: cum ipſum defendit ciuitate donatum. Nam de ſtudiis litteraꝝ diſeruit: quod ideo ſibi licere probabat: q; pro eruditiſſimo uiro dicebat: Vnde ipſe excuſationem traxit: q; longius de ſtudiis litteraꝝ diſputaret. Quãuis inquit Cicero id egerit cuꝫ ratione: cum diſputaret de ſtudiis litteraꝝ: quia pro docto uiro dicebat: non tamen id omẽs facere debent. Quin multa. Nunc concludit dicens: Ne omĩa proſequare: quæ incidere poſſunt: quæ cauſæ nocere poſſint: hæc mea ſententia eſt: in agendis cauſis potiſſimuꝫ uidear nihil dixiſſe: quod cauſæ detrimento eſſe poſſit. Verſari: Immorari: inſiſtere: poſita eſſe in hoc. Boni: Sed ſi non poſſum in cauſa mali nihil efficere: Primuꝫ inquit eſt aliquid boni efficere. Secunduꝫ uero nihil mali. Si illud aſſequi non poſſumus: ut boni aliquid dicamus: At uero hoc aſſequamur: ne aliquid mali. Itaq; Meminiſtis: cum de tribus oratoris ꝓprietatibus diſturus eſſet Antonius: explicato exordio: uidelicet de ꝓprietate dicendi: mouendi: & conciliandi: Catullus dixit eum relinquere partem illam: quæ prius tractanda uidebatur. Ex eo quæſiuit Antonius: Quid eſſet? Cui Catullus reſpõdit diſpoſitioneꝫ eſſe. Tum Antonius reddit rationeꝫ: Cur nõdum locus eſſet tractãdi de diſpoſitione: ſed de locis argumẽtoꝝ. Niſi enim prius cogniti fuerint loci argumentoꝝ: non poterũt ſuo loco diſponi: Ergo primũ de locis argumentoꝝ tractauit: Deinde de diſpoſitione: quod nunc facere aggreditur. Itaq; Quãdoqdeꝫ oſtendimus: quæ uitia oratoribus diligẽter uitanda ſunt: & quid obſit cauſæ. Ad ordinem: Et ita incipit quartus huius libri tractatus: ubi agitur de diſpoſitione partiuꝫ orationis: & de demõſtratiuo: ac deliberatiuo genere cauſaꝝ: quæ quaſi ex ſupfluo tractat Antonius: q; ea ſuperius docuerit: cum ea cõſtitutiõibus iuridicialibus cauſaꝝ coniuncta eſſe uoluerit. Et quaſi exordium neſcio quod tangere uidetur. Caput ergo primuꝫ huius tractatus eſt huiuſmodi: uidelicet duplicem eſſe diſpoſitioneꝫ. Primaꝫ ad partiuꝫ orationis: Secundaꝫ ad locoꝝ diſpoſitioneꝫ accomodatam. Et primo quidem incipit dicere de partiuꝫ orationis ordine: qui duplex eſt. Vnus eniꝫ eſt naturalis: Alter artificialis. Naturalis eſt: qui ex artis inſtitutione proficiſciẽ: Alter eſt ad cauſæ rationem accõmodatus. Cuiuſmodi uterq; ſit: iam declarabiẽ. Ad ordinem: Vt eſt reꝝ. Collocationem: Locoruꝫ. Ordo: Eſt partium orationis diſpoſitio. Collocatio: Eſt: ut argumenta ſuo quæq; loco ponamꝰ: ꝓut ratio artificii exigere uidebitur. Duplex natura cauſaꝝ: Videlicet diſpoſitio artis: quaꝫ naturam appellant: quia ars imitatur naturam: ideo poſuit naturam pro arte.

Omẽs ferme cauſæ ita diſtingui uolunt: Vt in primo exordium: In ſecũdo narratio: In tertio diuiſio: In quarto cõfirmatio: Poſtea cõfutatio: Poſtremo concluſio ſit: ſiue poratio. Altera: Videlicet quæ ad caſum temporis accõmodatur. Sæpe enim accidere poterit: ut exordium non ſit in cauſa oratoris utendum. Id autem fiet: cum inſinuatione utendum eſt. Inſinuatiõe aũt utendum eſt: cum cauſa turpis fuerit: quæ auditoꝝ animos a nobis alienat: Aut cum defeſſi fuerint auditores: cum alii prius dixerint. Nam ut aliquid ante: Incipit primo declarare diſpoſitionẽ naturalem. Præſcribit: Præfinit: & conſtituit. Ante rem: Per exordium. Vt rem exponamus: Per narrationẽ. Probemus: Per confirmationẽ: & confutationẽ.

Confirmandis: Scilicet argumentis. Refutandis: Aduerſarioꝝ refellendis. Concludamus: Ideſt ex cõcluſione quid fiet conferamus. Peroremus: Ideſt finem dicendi faciamus. Vt uero ſtatuamus: Sed ut ea: quæ pertinẽt ad tres illas ꝓprietates: ſcilicet docendi: conciliandi: & mouendi uẽiã: Hæc inquit oratoris iudicio reliq̃: atq; prudentiæ: ut intelligat: cum auditoꝝ animi nobis fuerint infenſi: demus operam: ut conciliemus eos: ſeu cum aduerſariis beniuolos eſſe uiderimus: auditores in eos concitemus. Vt uero: Sed cum perſnaſi fuerint oratione aduerſarioꝝ: qui dixerint argumentum aliquod contra eos afferre poſſumus. Dicendi: Ad demonſtratiuum. Perſuadendi: Ad deliberatiuum genus: quia cum aliquid deliberam⁹: opus eſt conſilio: ac perſuaſione. Ideſt: Ideſt pertinet ad prudentiam oratoris. Multa enim occurrunt: Et incipit nunc tractare de locis collocandis: quam dixit alteram partem diſpoſitionis eſſe: ut uideamus quæ quoq; loco ponenda ſint argumẽta. Et ſicut in aliis partibus præcipit: primo: & ultimo loco ualidiſſima argumenta ponenda eſſe: In medio autẽ infirmiota. Profutura: Pro confirmatiõe noſtra. Sed eoꝝ: Hoꝝ argumentoꝝ tria genera ſunt. Vnum genus eſt ualidiſſimum: Alterꝝ leuiſſimum: Tertiũ uero: quod partẽ utriuſq; cõtinet: Sed non pars mala plus nocebit: q̃ bona proderit: Sed ſi argumẽtum fuerit ualidum: in primo: & in ultimo loco ponendum erit. Si leue: ut nihil mali habeat: in medio. Si utriuſq; partem habuerit: aĩaduertẽdum erit: utrum plus boni: an mali habeat: Et ſi plus boni q̃ mali habuerint: omittendum erit. Eiuſmodi: Ideſt eius generis: atq; naturæ. Iungatur: Ideſt comparetur: cum aliquo malo. Tunc enim iungi aliquid dicitur: cum comparatur. Neq;: Ideſt illud adiumenti tantã uim non habeat. Malo: Ideſt comparetur cum aliquo uitio: quod in ipſo argumento ĩeſſe uideatur. Senſus eſt. Si inquit ea: quæ utilia fuerĩt: multa fuerint: arbitror ea eſſe deligenda: ita ut ex his: quæ leuia eſſe uidebuntur a cauſa penitus moueanť: quæ grauiora in cauſa tractenť. Quæ: Si ea argumenta abundauerint: hoc fieri uult: ut hæc ſecernãtur a grauioribus. Nam ſi non eſſent multa: aliud præcipiẽdum uideretur: ut nihil oĩno prætermitteretur: Vt mercatores: qui cum merces multas habuerint: & uehere non potuerint: p̃cioſiores deligunt: Pari ratiõe uult oratores facere: ut cum ſibi maxima copia argumẽtoꝝ firmiſſimoꝝ fuerit: p̃cioſiora: & firmiora deliganr. Conſimillima: Non tamen eius generis: quia aliud eſt eſſe

ſimile: & aliud idem. Et quidem: Bono quaſi epilogo cõfirmat: qũo id faciendum ſit: cum ad argumẽta cauſaꝝ uenerimus. Id quod ego facio: tibi quoq; faciendum præcipiam: ut argumenta potius numeres: q̃ colligas. Et ideo dixit numeranda: deligenda meliora. Nam qui numerat præcioſa deli git: qui colligit omĩa ſumit. Numerare: Tranſlatio ſumpta a nũmula riis: & libripendibus: Numularii: qui pecuniaꝫ numerant: Libripendes: qui expendunt: & librant aurum: uel argentum. Quẽadmoduꝫ in pecunia: ſiue numiſmate inueniũtur mimiſmata nullius precii: ita etiam in multitudine argumẽtoꝝ multa inueniũtur parui momẽti. Sed in auro: & argento: quod penditur: nulla fraus eſſe poteſt: Aurũ quod numeratur plerũq; minus eſt: quod penditur fallere non poteſt. Ita ſi orator ea diligenter exquiſierit: ut li bripens: cum auruꝫ penſat ea eliget: quæ utiliſſima erunt. Numerare ſo leo: Cum inquit argumenta cauſaꝝ conſidero: non tanti argumẽtoꝝ copi am: q̃ grauitatem facio. Non tam operam do: ut multitudo ſit: q̃ grauitas.

Et quoniam: Dicit de collocatione cæteraꝝ partiuꝫ: uidelicet concilian di: & mouẽdi. Simul enim de diſpoſitione eoꝝ dixerit: arbitratur hac ratõe. Nam quia primũ oratoris eſt docere: ad hanc partem quaſi primaꝫ reliquæ duæ partes referuntur: ut ita orator doceat: quaſi nihil aliud in tota cauſa agere uelit: moueat autem: uel conciliet: ꝓut ſe locus in tota oratione obtule rit. Ergo ad hoc quaſi fundamentum duæ illæ ꝓprietates referendæ ſunt: ſcilicet conciliare: atq; mouere. Eſt ergo ipſaꝝ duaꝝ partiũ hæc diſpoſitio: ut utrũq; arbitrio oratoris eſſe uideatur: ut modo conciliet: modo moueat au ditoꝝ animos. Non igitur hanc potius: aut aliam illaꝝ partiuꝫ ꝓprietatem eſſe uult. Et quoniam: Senſus eſt. Quãuis dixerim tres illas ꝓprietates docere: conciliare: & mouere neceſſarias eſſe: tamen ita duabus partibus eſt utendum: ſcilicet conciliatione: & concitatione: ut ſemper uideamur docere uelle. Omnes: Scilicet auditores. Tribus: Scilicet docere: conciliare: & mouere. Docendo: Scilicet confirmatione: & confutatione. Aut con ciliando: Scilicet ad miſericordiam. Aut promouendo: Ad indignatio nem. Vna: Scilicet docere. Ferenda præ nobis: Ideſt præferenda: & oſtendenda. Nihil aliud: Ideſt debemus unam ex his rebus potiſſimuꝫ oſtendere: & eam cæteris anteponere. Et declarat quid ſit illud: uidelicet do cere. Reliquæ duæ: Scilicet conciliare: & mouere. Sicuti ſanguis: Quẽadmoduꝫ inquit ſanguis toto corpore diffunditur: ita conciliatio: & commotio tota oratione diffuſæ eſſe debent. Nam & principia: Et quia dixit ſicut in corpus ſanguis fuſus: ita duas illas partes in oratione oportere eſſe incluſas: & ita dicere uidetur: Nunc in principio: Nunc in narratione: Nunc in confirmatione: Nunc in confutatione: Nunc in concluſione: Ideo ita diſtinguit Cicero: dicens: cõciliare: & mouere exordii: & concluſiõis ꝓpria ſunt: & quanq̃ in omni oratione: ideſt in omĩbus partibus oratiõis facienda ſunt: tamen potiſſimuꝫ in principio: & concluſione hoc fieri ſolet. Hanc uim: Scilicet conciliandi: & mouendi. Permanare: Pertranſire: & plabi:

Vel ꝓmouere: Siue ad miſericordiam per conciliationeꝫ: ſiue ad indigna tionem per concitationeꝫ. Sed his partibus: Sed non negauerim inquit

Cicero: ꝓpriuꝫ locum habꝝ duabꝝ partium esse principium: & conclusionem: nonnunq̃ a narratiõe: confirmatione: & confutatiõe digredi potest orator: & ad hanc promotionem pertransire. His duabus partibus: Scilicet commotioni: & conciliationi. Argumentãdo: Quia cõmoueret: & conciliaret auditorꝝ animos: & nihil de causa doceret. Persuadendo: Quod est conciliantis. Commouẽdo: Quod est concitatiõis. Ab eo quod ꝓposueris: Idest ab eo: quod ꝓpositum fuerit in argumẽtatione: & postea tractare incœperis: ut non solum in exordio: & conclusione: sed etiam in confirmatione facias. Itaq; re narrata: In narratione potes etiam mouere animos auditoris. Vel argumentis nostris confutatis: In confirmatione. Refutatis: In confutatione. Vel: Quia ad ueritatem disiunctionis sufficit alteram partem esse ueram: Ideo subiunxit: uel in utroq; loco. Omnibus: Videlicet in principio: narratione: confirmatione: confutatione: & conclusione.

Si habet: Post confirmationem: & confutatiõem: etiam post narrationem quoq; oportet animus auditorꝝ commoueri. Recte id fieri potest: Dicit considerandaꝫ esse qualitateꝫ: & q̃titatem: uidelicet nũquid copiosa: & uber sit materia: an e contra. Nam si copiosa fuerit materia: poterit in quacunq; parte orationis fieri: ut auditorꝝ animos commoueas: & concilies. Neq; causæ sunt: Et genera eaꝝ causaꝝ: in quibus possumus ad commouendum: & conciliandum auditorꝝ animos sæpe digredi: ubera: & copiosa esse consueuerunt: alioqn non copiam: & dignitatem habuerũt. Ad agendum: Singula singulis redde. Ad agendum: Ad grauitatem. Ad ornandum: Vbertatem. Grauissime: Ad dignitatem. Plenissime: Ad copiam.

Exitus: A causa ad huiusmodi digressionem: & commouendi: & concilandi. Impellantur: Scilicet ad indignationem contra aduersarium concitando. Reflectantur: A nobis conciliando. Atq; etiam in illos: Postq̃ dixit de dispositione mouendi: & concitandi: Nunc redit ad collationeꝫ argumentorꝝ: quæ tripartito diuisit: Scilicet Alia esse leuia: Alia grauia: Alia uero grauioribꝰ similia: non tamẽ ipsa grauia. Nunc ergo dicit: quomodo hæc genera locorꝝ sunt ordine disponenda. Et primo quidem reprehẽdendos esse dicit: qui primo loco confirmationis quæq; leuissima ꝓponunt. Nam cum auditores parati sint ad audiẽdum aliquid graue: ipse uero dixerit aliquid leue: friuolũq; animos auditorꝝ a reliqua oratione alienabit. Et ideo dicit argumenta grauissima in principio orationis esse ponenda. Quẽadmodum inquit reprehendo oratorem: qui primo confirmatiõis loco leuia argumẽta præponit: Pari ratione reprehendo eos: qui cum plures patronos ad causam habuerint: iubent unũquẽq; leuissimuꝫ primo loco dicere. Nam si plures sunt patroni: primus locus ad dicendum dandus est uehemẽtioribus: & potentioribus: qui plurimũ copia: & ornatu indicẽdo ualeant. Quod mihi nunq̃: Quia non sunt in una causa plures adhibendi patroni: Ratio: quia alius aliter causam tuam probat: quo fit: Vt quæ unus patronus dixerit: alius infirmet. Vt in quoq; eorꝝ: Idest quẽadmoduꝫ unũquẽq; eorꝝ leuissimuꝫ proponi oportuerat. Res enim: Et reddit ratiõeꝫ: cur primo loco: ualidiora quæq; argumenta poni debeant: quia qui audiunt: expectant: ut

aliquid dicas: quo cauſam tuam firmiter defendas. Sed ſi leue aliquid dixe ris: auditores ſpe ſua fruſtratus fueris: Et ideo a cauſa tua abalienabis. In reliqua cauſa: Ideſt in reliquo cauſæ: ideſt in fine. Male enim res ſe ha bet: Et reddit ratiõez. Melior: Probabilior: & honeſtior: & firmius eam corroborando. Ergo ut in oratore: Quẽadmodu3 inquit in oratore uo lo: ut optimus quiſq; orator ſit primus in dicendo: Sic in oratiõe uolo quod firmiſſimu3 ſit argumentu3 præponaṫ. In utroq;: Scilicet in oratore: & in oratione. Vt ea quæ: Nolo inquit ut in principio tantũmodo: ſed etiam in confirmatione omĩa argumenta firmiora ponas. Sed quibuſda3 in confirmatione poſitis: aliqua etiam in fine ponas ualida. Quẽadmodu3 eni3 auditor expectat: ut ualidum aliquid dicas in principio: ita etiam in fine: quia poſtremo dictum magis inbæret animis audito4. Quare firma argu menta in principio ponẽda ſunt: ut expectatationi audito4 ſatiſfacias. In fi ne: ut memoriæ eo4 ratiõez habeas. Quiſq;: Sciue orator fuerit: ſiue ar gumentu3: ideſt idem de oratoribus dico: quod de argumẽtis. Vtriuſq; eni3 eadem ratio eſt ad porandum. Si qua erunt mediocria: Ecce qũo nunc docet leuia: & mediocria in medio eſſe ponenda: quæ ſi ſeparatim ponerenṫ: parum uirium haberent: ideſt pa4: aut nihil ualerent: Si in medio: nõnihil tamen ualerent. Hoc etiam Quintilianus præcipit faciendum libro qnto in ſtitutionu3: ubi de ratione argumentorum præcepta tradit. In turbam: Ideſt in multitudinez argumento4: ideſt uilium argumento4. Gregem: Quẽadmodu3 gregem hominu3 multitudinez ignobilem intelligimus: ita intelligit de imbecillibus: ac infirmis argumentis. Hiſce omĩbus rebus: Quia dicturus de diſputatione præcipit: quo quæq; pars orationis loco po nenda ſit: Fortaſſe admirari quiſpia3 poſſet: q; non a prĩcipio ſumpſerit diſ poſitionis præcepta: ſed a confirmatione: & confutatione: & ab illis tribus proprietatibus: docendi: mouendi: & conciliandi: Reddit ratiõez: cur de diſ poſitione principii poſtremo loco agat. Ergo inquit ita facere conſueui: ut excogitem poſtremu3: quod eſt primu3: ideſt quod primo dicendũ eſt. Nam quia principiu3 cum cauſa cohæret: ut uideatur ex ipſius cauſæ uiſceribus ductum: omnes partes diligenter prius conſideranṫ. Principia enim debent cauſæ accõmodari: quod fit: cum diligenter cauſam exquiſiuimus: & explo rauimus. Hiſce omĩbus rebus: Videlicet confirmatione: & argumentis ipſius cauſæ: & tribus orationis ꝓprietatibus: quas ſupra memorauimus.

Omnibus rebus: Quibus confirmanṫ noſtra: uel refutanṫ aduerſario4 argumenta. Nam ſi: Quando inquit principia inuenire uoluero: anteq̃ cauſam diligenter ptẽtauerim: quæcũq; principia mihi occurrunt: Ita mihi occurrunt: quæ ſunt: uel cõmutabilia: uel cõmunia: uel uulgaria: quæ non magis huic: q̃ alii conueniant cauſæ. Poſtremu3: Scilicet cum confirma tionem: & confutationez: & reliquas partes diligenter conſideraueri3. Exi le: Commutabile: quo aduerſarius leuiter commutato uti poſſet. Exile: Ergo paupertate uerbo4. Nugatorium: Nimis longum: quod eſt ĩopia re4. Illa oratio dicitur nugatoria: quæ uerbis quidem abundat: ſententia4 autem ĩops eſt. Vulgare: Ideſt quod ad plures cauſas poteſt accõmodari.

Cōmune: Quo tam accuſator: q̄ defenſor uti poteſt: quæ uitia in exor diis uitanda ſint: etiam in arte noua docet. Accurata: Ne quid temere dicamus. Acuta: Ne longe uagemur. Inſtructa: Ad id: quod dixit nugatoriuꝫ. Apta uerbis: Ad id: quod dixit exile. Tum uero cauſaꝝ ꝓpria eſſe debēt: .ſ.ipſius: de qua agit̄ ſint ꝓpria: ut nulli alii cauſæ cōue niant: q̄ illi: de qua agimus. Prima eſt eniꝫ: Et reddit rōeꝫ: cur debent eiuſmodi eſſe prīcipia. Naꝫ prīcipiū eſt prima quædā cognitio totius cauſæ: de qua agit̄. Si igit̄ exordiū eſt: & eſſe debet: quaſi prima cognitio eius rei: de qua agit̄: ipſuꝫ uero principiū ſit a cauſa alieniſſimū: qūo eius ꝓptietatē ſeruabit? ꝓfecto erit a cauſa ualde alieniſſimuꝫ. Cognitio: Quia cogno ſcere īcipit auditor: quid dicere uelit orator. Permulcere: .ſ.beniuolētiaꝫ cōparādo per rectū exordiū. Allicere: Attentū faciēdo per inſinuatiōeꝫ.

In quo: Hoc loco per exēpluꝫ reprehēdit uitiuꝫ hoc eoꝝ: qui anteq̄ ad di cendū ueniant: nil oīno cōſiderāt: quid primū: quid ſecūduꝫ: quid ultimuꝫ ſit: ſed ex abruto ꝓdeūt ad orandū: nihil oīno dicere poſſint: quod cohære re uideat̄. Et dicit in hoc uitio uerſari Philippū. Et hæc ſimilitudo eſt a gla diatoribꝰ ſumpta: quā oſtēdit nō eſſe ogruaꝫ: quia non ipſi qdē gladiatores ſine ratiōe tela mouēt: nec uires ꝓfundūt: & tñ Philippus hoc dictū ſæpius in exordiēda cauſa uſurpare ſolebat: uidelicet cum dicendo incaluiſſet: tum demū brachiū fortius iactare. Iſtos: .ſ.uulgares. Neſciat: .i.cauſa pri us ꝯſiderata: atq̄ ꝓſpecta: & ideo nec uerbū qdē quod primū dicat ſcire pōt.

Brachiū: .i.cum dicēdo īcaluerit hoc dictū a gladiatoribus Philippus in exordiēda cauſa uſurpare ſolebat: cum brachiū calefecero: tūc optime pugna bo. Sumit ipſe a gladiatoribꝰ ſimilitudinē: & tñ non aduertit. Et eſt ſenſus. Vt ipſi etiaꝫ gladiatores: a quibus hanc ſimilitudinē ſumit Philippus in pu gnādo: non ſolēt tela iacere: nec uires oēs uno impetu ꝓfundere: quod tamē ipſe quaſi gladiatoꝝ ſimilitudine ductꝰ: illud dictū in agēda cauſa uſurpat.

Gladiatores ſunt: Quos nunc dimicatores dicimus. Ipſi aūt ſiue haſtis: ſiue gladiis dimicēt: non temere haſtas iaciūt: ſed quadā aptitudine: & arte: ut non ſolū uiribus: ſed & uenuſtati ꝯſulant. Solent eniꝫ prius corpus huc: & illuc haſtis: uel gladiis iacere: ut iis qui uiderint: ſuauē quēdaꝫ motū faciāt: anteq̄ ad rem ueniāt: & uti faciūt illi: ita oratoribus faciēduꝫ eſt: ut in prin cipio aliqd dicāt: quod magis auditores delectare poſſet: q̄ aduerſarios offen dere. Leuiter: Apte: & concine. Et reliquis uiribus ſuis ꝯſulāt: .i.ne uires oēs in principio ꝓfundāt: ne ꝓcedēte pugna uires deficiāt. Neq̄ eſt dubiū: .i.manifeſtū eſt exordiū oratiōis non debere eſſe uehemētia quadaꝫ: ueluti pugna inſtructū. Sæpe eſſe debeat: Quia aliquotiēs cauſa ita re quirit: cum cōtra eos dicimus: qui facinus tetrū aliquod fecerīt: incipiamꝰ ab indignatiōe. Sed ſi in illo: Si inquit multa faciunt gladiatores: quæ ſpectatoribus placeāt: anteq̄ ad cōgreſſiōeꝫ uenerint: q̄tomagis facere debet orator? ut in prīcipio aliqd dicat iocūduꝫ: qđ auditoribꝰ placeat: Deīde ſen ſim ad cauſaꝫ ueniat: & incipiat aduerſarios urgere. Gladiatorio uite cer tamine: .i.in illa uita gladiatoꝝ: qui quotidie certāt. Ferro decernitur: Ideſt non uerbis decernit̄ apud gladiatores: ſicut apud oratores: ſed ferro.

Ante ꝯgreſſuꝫ: .i.anteq̄ pugna cōmittat. Ad ſpeciē: .i.ad uenuſtatē: hoc eſt: quod dixit ſupius: ut uenuſtati ſeruirent. Vis: Quia auditores orōe delectari magis ſolēt: q̄ ui aliqd eis ſuaderi. Nihil eſt: Nunc etiā naturali quadā oratiōe hoc ita faciēduꝫ eſſe probat. Reꝝ natura ita ſe hēt: Quēadmoduꝫ oīa natura: quadā: & certa ratiōe facit: ſi herbas inſpicias: eas uidebis ſenſim pululare: Si arbores anteq̄ ad debitā ſuaꝫ ꝓceritatē aſcēdāt: longo ſpacio germinare uidebis. Quod igit̄ natura facit: id ita faciēduꝫ oratori dicit. Deniq; : Vt breui complectar. Euolet: .i.ut a terra germinant arbores: non repēte ad ſummū aſcēdūt: ſed ſenſim: & certo quodaꝫ modo. Sic oīa: Ea etiā: quæ uehemētiaꝫ quādaꝫ reqrūt: prīcipiis ſolēt fieri leuioribus. Etiā ſi cauſa uehemēs fuerit: tamē principia leuiora poſtulabit: & hoc per ſimilitudinē reꝝ oſtēdit. Fiunt: .ſ.natura. Agunt̄: .ſ.ingenio: conſilio: & ratione. Acerrime: .i.quæ acrimoniā quādaꝫ deſiderat.

Prætexuit: Incœpit: exorſa eſt. Trāſlatio a textoribꝰ: & in ipſa trāſlatōe remanet: id fieri uidemus. Textores enim cum telam texere cœpint: leuiter primo trahūt ſtamen: Cum uero denſiorē fecerint: grauiori manu utūtur.

Hæc aūt: Sed hæc: quæ: ut dixi: primo leuiter tractari debēt: ideo principia debēt ab ipſa cauſa ſumi: ne uideanť eſſe aliena: ut etiā a prīcipio diximus. Extrinſecus: Extra cām. Alicūde: .i.ex alia re: quæ ad cauſaꝫ non ꝑtineat. Ex ipſius uiſceribus: .i.ex ꝓbatiōe: quæ diuidit̄: in confirmatiōeꝫ: & confutatiōeꝫ. Nam: ut ait idem Cicero: tota ſpes uincēdi: ratioq; perſuadēdi in cōfirmatiōe: & ꝯfutatiōe poſita eſt. Hæc eniꝫ ſunt quaſi firmamenta cauſæ. Iccirco tota cauſa ꝑtētanda: Et hæc cauſa cur poſtremo cogiteꝫ: quod primū eſt dicēduꝫ. Et ſimul reddit rōeꝫ: cur primū de diſpoſitōe argumētoꝝ ꝑcipiat. Pertētata: .i.perqſita: & ueſtigata. Perſpecta: .i. ꝑcognita. Locis: .ſ.argumētoꝝ: quæ ad cōfirmatiōeꝫ: & cōfutatiōeꝫ ꝑtinent. Inſtructis: .i.ordine diſpoſitis. Et id eſt: quod ꝑcipimꝰ qūo locari debeāt argumēta. Sumetur: .ſ.confirmatiōe: cōfutatiōe: & commotiōe.

Vberrime: Quæ copiam quādaꝫ habēt. His partibus: Videlicet in cōmotiōe: aut cōcitatiōe: aut cōfirmatiōe: quia has ītelligit partes: mouere: docere: & conciliare. Ita & momēti aliqd afferant: Nunc reddit rōeꝫ: cur ex his cauſæ uiſceribus ſint ſumēda principia: uel a locis ꝓbādi: in quibꝰ beniuolētiaꝫ cōciliať ꝓbandi. i.ꝯfirmādi. Si ex his locis inquit principia ſūpta fuerīt: nullū ſupioꝝ uitioꝝ īcurrere poterit orator: ut exordiū: uel cōmune: uel nugatoriū ſit: ſed ꝓpriū ipſius cauſæ: de qua agit̄. Depromptæ: Exceptæ: & exhauſtæ. Communes: Quibus aduerſarii nihilominꝰ uti poſſunt. In alias cauſas: Vt ſint uulgares. Emanaſſe: Duplici trāſlatōe: emanaſſe: tanq̄ a fluuio deriuaſſe: & tanq̄ a flore pululaſſe. Omne auteꝫ principiū: Nunc latēter ipſius principii partes tangit: quæ ſumūtur a partibus: mouēdi: cōciliādi: & docendi. Aut rei totius: Videlicet per partes docēdi. Nam cum in principio ſignificamus quid dicturi ſumus: primuꝫ a parte docēdi: quia docere nihil aliud eſt: q̄ oſtēdere id: quod ꝓbare uolumꝰ.

Aditum ad cauſam: Per cōciliatiōeꝫ: cum auditoꝝ aīos nobis conciliamꝰ latenter. Quoddā ornamētum: Et hoc per amplificationeꝫ: & ſimul tres

proprietates exordii tangit: cum attētuꝫ: beniuolū: & docilē facimus audito reꝫ. Aditum: .ſ. beniuolētiaꝫ cōciliādo: per principiū: & iſinuatiōeꝫ quæ latēter ad exordii cōmoditatē nos uenire facit: ergo quædā quaſi p̄nūciatio facienda eſt: anteq̄ ad cauſam ueniamus: per quaꝫ beniuolentiaꝫ cōparamus.

Quoddā ornamētuꝫ: .i. attentos faciendo. Tunc eniꝫ attētos facimus: cum oſtēdimus nos magna: noua: & īuſita dicturos eſſe. In quibus quædaꝫ dignitas eſſe uideť: ita ut ītelligamur. nō diſſentiūt hæc p̄cepta ab his: quæ Cicero in arte noua tradit. Hic dicit ſumēda eſſe prīcipia a tribus his ꝑprietatibus oratoris: Sed in aliis tribus ꝑprietatibus. ſ. docēdi: mouendi: & cōciliandi: Quia per partē cōciliādi: beniuolos facim⁹: Per partē docēdi: dociles: Per partē concitādi: & cōmouēdi: attētos. Sed oportet ut ædibus: Nunc docet qūo nugatoriū exordiuꝫ ſit fugiēduꝫ per ſimilitudinē: Quēadmoduꝫ ueſtibulū fit ædibus pro magnitudine ipſaꝝ: ita etiā principia oratōis ꝓponi debēt pro magnitudine eaꝝ: Pari ratiōe: ſi domus fuerit anguſta: & breuis: ueſtibulū anguſtius: & breuius eſſe debet: Quæ ſi ampla: ueſtibulum ampluꝫ eſſe debet. In ædibus: .ſ. boīuꝫ. Naꝫ ædes plurali numero boīuꝫ eſt: In utroq̄ numero deoꝝ. In templis: Deoꝝ. Veſtibula: Introit⁹: Et dicta ſunt ueſtibula: eo ꝙ ueſtiat ianuaꝫ: Vel ꝙ ea pars ſit ueſtæ conſecrata: Vel a ue. i. diu: & ſtando: Vt Gellio placet. Proportiōe reꝝ: .i. pro q̄ti tate reꝝ. Itaq̄: Ergo in frequētib⁹. i. īuſitatis: & paruis cauſis ſæpe commodius eſt ordiri ab ipſa re: quia cauſæ paruæ: & uulgares non req̄rūt lōgi tudinē exordii: Quippe: quæ ab omībus notæ ſunt: ideo omiſſo exordio ab ipſa re nōnunq̄ incipimus. Frequētibus: Ideſt uſitatis: atq̄ uulgaribus.

Sed cum principio erit utendū: .i. cum grauiores erūt cauſæ. Quod plerūq̄ erit: Quia ex maiore parte cauſæ ſunt eiuſmodi: ut exordiū requirant: Aut ex reo: Aut ex aduerſario: Aut ex his: apud quos ageť. Ex reo: Diceret aliquis: uideť Cicero hoc loco ſibi diſſentire. Nam cuꝫ ante dixerit principia ex ipſis uiſceribus .ſ. docendi: mouēdi: & conciliādi ſumēda eſſe: Nunc dicit prīcipii ꝑprietates eſſe ſumēdas: Aut a reo: Aut ab aduerſario: Aut a re: Non tñ aliud dicit: q̄ ſupra dixerat. Nam ſi beniuolētiaꝫ nobis conciliare uolumus: neceſſe eſt: ut ex his locis principia ſumam⁹: Cum aut officiuꝫ noſtrū: Aut clientis laudamus: Aut odiuꝫ: uel inuidiā cōcitamus. Hæc igiť ſumiť a reo: cum auditores cōtra aduerſarios cōcitamus. Rurſus attentiōeꝫ facimus: cum oſtēdimus breuiter quibus de rebus dicturi ſum⁹: & ita ſumim⁹ ex re: quæ pars eſt docēdi. Sed diceres fortaſſe. Ergo eſt iteratio: non eſt. Nam cum dixerit a tribus partibus prīcipia eſſe ſumēda .ſ. mouendi: docendi: & cōciliādi: Docuit ex quibus locis ducerenť: Nunc aūt quēadmodū faciendū ſit oſtendit. A reo: Oſtendit qūo a ꝑſona noſtra: uel clientis poſſumus ſumere principiuꝫ: uidelicet a parte cōciliādi. Non eniꝫ reum appellaturꝫ: qui dānatus eſt: ſed ad quē res ꝑtinet. Reos appello: quoꝝ res eſt: Per parenthēſim legenduꝫ eſt. Siue illi nocētes ſint: ſiue īnocētes rei dicunť: de quoꝝ re agiť. Quoꝝ res eſt: .i. eos: quoꝝ res ītereſt: de qua agiť. Viꝝ bonum: Ergo hæc pars eſt cōciliādi: cum officiuꝫ noſtrū ſine arrogātia laudādo extollim⁹: Sicut Cicero docet in arte noua. A ꝑſona noſtra beniuolētiaꝫ

comparabimus: si officium nostrum sine arrogãtia laudabimus. Calamito sum: Cum inopiam: solitudinem: & calamitatem nostram proferimus.

Misericordia: Cum iudices dicimus esse clæmentes: & ab his petimus: ut nostri misereantur. Ex aduersario: Si ostendemus aduersarium improbum: auarum: potentem: & crudelem. Ex re: Si per amplificationem: & concitationem: & simul etiam per conciliationem. Crudelis: Contra ius hnmanum. Nefandus: Contra ius diuinum: & a quo ius diuinum: & humanum uiolatur. Et hic locus est amplificationis: cum crudele ostendimus esse id: quod aduersarius defendit. Præter opiniõem: Hic locus esse poterit commiserationis: si ostendemus præter opinionem ab iis nos offendi: a quib⁹ minime oportebat: uel bona ex his speraſſe: & aduersa nobis euenisse: quod plurimum ad commiserationem ualet. Vt apud Virgilium ostendimus: In cõploratione matris Euryali. Tu ne illa senectæ Sera meæ requies? potuisti linquere solam Crudelis? nec te sub tanta pericula missum Affari extremum miseræ data copia matri. & c⁊. Immerita: Videlicet si ostendemus nos ab his læsos esse: a quibus minime oportebat. Rei: Si ostendemus nos ab his diuelli: qui nobis cari sunt: & esse debent. Ingratus: Si ab his nos offendi ostẽdemus: de quibus bene meriti sumus. Indigna: Si maiores ab inferioribus aliquid indignum acceperint. Noua: Si ea non uulgaris: aut nobis id prius nunq̃ euenerit: ut ostendamus nunq̃ id nobis antea factum fuisse: & hoc plurimum ualet ad amplificationem: cum peccatum tale esse ostendimus: ut nullo remedio sanari possit. Ex iis: Et ostendit iam a reo: & ab aduersario: & a re ipsa sumi possit: nunc a iudicibus. Ex his: Scilicet duci licebit sententia. Bene existimantes: Ideſt bene de nobis opinantes: Sed qũo hoc fieri poterit? Quod agendo: Ideſt tractando causam. Nam cum causam tractamus: & eam ostendimus honestam esse: dignãq; bono: probo q; uiro: incipiunt bene de nobis æstimare iudices. Quod: Scilicet bonam de nobis æstimationem habere. Rogando: Scilicet suppliciter tractando: ut nostri misereantur. Est id quidem: Hoc uidelicet ut beniuolos reddamus auditoꝝ animos: debemus per totam orationem efficere. Sed hoc quidem plurimum principiis conuenit.

Confundemus: Per misericordiam. In extremo: Ideſt poratione: & conclusione potissimum. Multa: Scilicet beniuolentiæ: quia maior pars principioꝝ hoc habere solet: ut beniuolos studeãt reddere auditores. Nam: Vere inq̃ plurimum orator debet elaborare in principiis: ut beniuolos reddat auditores. Nam græci etiam uolunt: ut & attentos: & dociles faciamus auditores: quoꝝ neutrum mihi faciendum esse uidetur in principiis: quia alterꝝ ex iudicibus ducitur: alterꝝ ex ipsius exordii claritate cõficitur. Cum igitur expectatione sua attenti sunt: ipsoꝝ exordioruꝫ claritate dociles efficiuntur auditores. Quæ sunt utilia: Ideſt quæ non negauerim esse utilia. Sed non: Vere inq̃ non sunt in principiis necessaria: immo sunt a principio aliena. Illustriora: Clariora. Arguendo: Quia non dubiuꝫ est argumenta: siue confirmandi: siue confutandi: obscuriora esse: q̃ principia: Ideo quia non possunt tanta claritate tractari: aut arguendo nostra

argumenta confirmando. Refellendo: Ideſt argumenta aduerſariorum refutando. Maximam autem copiam: Vere inquaꝫ ex beniuolẽtia principium ſumitur: Sed præcipue ex ea parte conciliationis: aut concitationis: quæ a ui cauſæ nobis offeruntur. Senſus eſt. Cum a beniuolentia principiuꝫ ſumitur: uel concitando: uel conciliando: quoꝝ utrũqꝫ ex reo: reqꝫ ipſa efficitur: id potiſſimum eſt: quod ex ui cauſæ ſumitur. Vult ergo: tãetſi beniuolentia per concitationem: ſiue conciliationem trahatur ex reo: tamen ex re ipſa: ideſt ab his potius: quæ ſunt in cauſa: de qua agitur. Allicien dum: Scilicet conciliando nobis. Incitandum: Contra aduerſarios.

Ad motus animoꝝ: Scilicet conciliandi: & concitandi. Non oportet inquit uniuerſos locos concitationis: aut conciliationis ſimul exponere: ut ſint quaſi quædam ſemina: quæ in oratione tractabuntur. Inclinato: Labefactato. Et eſt ſimilitudo a mole: quam qui euertere tentat ſemel cõmotam maiore deinde impreſſione urget. Sic ergo: qui primum animum iudicis attigerit: deinde grauius impellit. Impelli: Per exordium. Incumbat: Inſtet. Connexum: Nunc docet non eſſe a procœmio ex abruto ad narrationem tranſeundum: Sed ita narrationeꝫ oportere procœmio coniungi: ut ipſius procœmii narratio eſſe uideatur: Et per ſimilitudineꝫ oſtendit hoc uitium rhetoꝝ. Faciunt inquit: ut citharedi: qui primum digitis: & pectine chordas percutientes conuocandæ multitudinis cauſa: modos dant: qui tamen cum reliquo cantu minime conueniunt: & q̃uis hoc non conueniat cum reliquo cantu: non tamen ita debet eſſe oratio: ſed ita debet conuenire cum procœmio: ut quodammodo ipſius pars eſſe uideatur. Cohærens: Ideſt ut procœmium uideatur eſſe reliquæ orationis membruꝫ. Nam exordium eſt membrum ipſius orationis. Nam nõnulli: Cum inquit accurate principium peregerint: ita deinde tranſeunt ad reliquam oratiõeꝫ: ut uideantur ſe nolle audiri: eo quia oratio uidetur eſſe a principio: Et ideo quia ita dicunt: faciunt auditores eſſe alienos. Atque eiuſmodi: Alia ſimilitudine per contrarium utitur. Samnites anteqꝫ manum conſerant: haſtas quatiunt alienas a pugna. Nam diuerſis haſtis aliis meditantur: aliis faciunt. Sed non ita inquit faciendum eſt oratori: ut quẽadmoduꝫ ille primæ haſtæ a uera pugna ſunt alienæ: ita etiam reliquũ orationis alienum ſit ab eius principio. Præluſio: Ideſt procœmium: ſiue præludium. Nam utrũque a præludendo dicitur. Haſtas: Scilicet alienas a pugna. Præludium: Eſt præfacio cuiuſlibet rei. Ipſis ſententiis: Quas in principio oratores poſuerunt. Pugnare: In argumentando: ad perſuaſionem. Narrare uero: Poſtquam ſatis præcepit: quo modo: & qualiter principia ſumere debeamus: Nunc tranſit ad narrationem: quo modo cauſam noſtram narrare debeam9: ideſt qualis eſſe debeat narratio. Nam oportet: ut narratio ſit breuis: dilucida: & ueriſimilis: Quæ autem uitia fugienda ſint: partim hoc loco docet: partim in primo rhetoricorum explicat. Sed Quintilianus de narratione copioſius quemadmodum de omnibus præcepta tradidit. Iubent: Scilicet rhethores. Duplici autem modo rem aliquam breuem narrare poſſumus.

Si nullum uerbuz abūdat: Laudat nunc Crassi breuitatē: Cuius narratio sicut uerbis non abūdabat: ita etiaz non carebat. Ita ipse narrat: ut nullū uerbum supfluuz in orōe ponat. Qui supflua non ponit: neqꝫ etiam necessaria relinquit. Sed si inquit breuitas dicenda est: cum nullū uerbuz nisi necessariuz ponit̄: ea aliquādo uti debem⁹. Non negauerim inquit hac breuitate esse utendū: sed non semp. Nōnunq̄: .i. aliquādo: duob⁹ uidelicz temporibus: Aut cum res nota fuerit auditoribus: Aut nulla narratiōe indigeat: cum narranti paz cōmoda uideat̄. Sed nullum: Vel quia cum breuior fuerit obscurā faciet oratiōez: uel qꝫ etiā ea: quæ in oratiōe esse debet iocūditas ad psuadēduz accōmodata: in tanta breuitate orator eam cōsequi non poterit: quia cum breuitati studet orator: obscurior efficit̄. Illa: Et uult ostendere per exemplū: non semp utendū esse oratori hac breuitate oratiōis: ut nulluz uerbum nisi necessarium ponat. Nam & poeta optimus Terētius narratiōez facit: non tanta breuitate circūscriptā: sed aliquādo ꝑlixiorē: utpote qui studebat etiam uenustati oratiōis. Sosia: Qui est apud Terentiuz. In illa: .s. narratiōe. Vultus: .s. puellæ: quā amabat Pamphilus.

Sororis: Quæ credita est falso soror Crisidis. Iocunda: Quia uarietas affert iocūditatez: & ideo recte dixit: quia unuz seqtur ex altero. Naz uarietate psonaz iocūditas quædā reddit̄: quæ satietatē fugat. Percūctatio: Scilicet Sosiæ: qui interrogat herum suuz: & īterrogatiōe facit orōez minime molestā: sed potius iocundaz. Peruarie: .s. locutiōe psonaz. Iocunde: Varietate sermonū. Quod si: Probat hoc loco Cicero id: quod dixit: scilicet Terētiuz non studuisse breuitati. Eferē: Quod est ꝑprie funeris.

Imus: Prosequmur ad sepulchrū: ubi sepeliēda erat. Totuz: .s. pficere oratiōez uniuersaz. Quanq̄: In hac parte eferē et c‴ dixi breuitatē esse: sed tamē potius est concisio. i. ornatio uerbi: quæ fit per articulū. Articulus eniz est: cuz singula uerba īteruallis distingūtur concisa oratiōe: & huiusmodi articuli: quam concisiōez appellat. Concisum: Vt sūmatiz cōprehendi possit. Quod: Adhuc magis confirmat nō magis uenustati: q̄ breuitati seruit. Nam si brenitati seruiret: breuius dicere potuisset: uidelicz in ignez posita ē. Ex hoc ītelligi potuerāt oīa supiora. s. eferē: Imus ad sepulchꝝ et ‴. Ergo cum breuius dicere potuisset: apparet euz nō tam breuitati studuisse: q̄ uenustati. Distincta: Personis: scilicz Simone: & Sosia. Interpūcta sermonibus: .i. īterlocutiōe constituta: & sermonū uarietate. Et est ꝑbabilius: Præterea etiam alia ratio est: quia ꝑbabilius narrat̄: cum non solum aliquid gestum esse dicas: sed etiaz quēadmodū gestum sit exponas. Nam si poeta dixisset in ignez posita est: nō fecisset rem ꝑbabilē. Est ꝑbabilius: Idest magis ꝑbabile erit: si narrabis: ut non solum gestuz esse dicas: sed etiā quēadmodū gestuz sit exponas. Ex quo apparet uez esse: quod Horatius dixit. Vincit Terentius arte. Quod gestum dicas: .s. in ignem posita est.

Quēadmoduz actum sit: Vt eferē Imus: ad sepulchrū uenimus. Et multo aptius ad ītelligendū: Nunc ratiōez reddit: cur eiusmodi faciēda sit narratio in causis: qꝫ si longior fuerit: multo aptiorez causaz faciet. Si sic constituit̄: .s. narratio īterpositiōe psonaz. Ista breuitate: Sermonis: ut

factum est a Terentio. Pulchra differentia inter constituere: & percurrere. Constituere enim est diligēter aliquid componere. Percurrere autē est aliquid uel negligētius: uel cursim ꝓtrāsire. Percurrit: .i. celeriter ꝓtrāsit. Ergo si ut constitui narratio erit aperta: ualet ad claritatē ipsius. Aperta autē debet esse narratio: non minus: q̄ cæterę partes oratōis: & non pauꝑ poterit ꝓferre: si eam apertius cōposuerimus. Apertam: .i. dilucidam esse narrationem. Dixi non minus: sed fortasse etiam magis: quod multis ratiōibus ꝓbabit. Nam ea: quæ dicūtur in narratione: possunt plus obscuritatis habere: q̄ ea quæ in confirmatiōe: & ubi difficultas maior est in re declarāda: ibi etiam multo plus diligētiæ est adhibendū. Difficilis: Hic dicit principia: & argumenta facilius ītelligūtur: q̄ narratio. Ergo quia illa facilius ītelliguntur: q̄ hæc: debemus plus studii: ac diligētiæ in narratiōe ponere: quæ non tam facile intelligit̄. In argumento: .s. confirmādo. In purgādo: Confutando obiecta ab aduersariis: scilicet in confutatiōe. In ꝓrando: .i. in concludendo. Hæc pars oratiōis: Aliam ratiōem adducit: quia si narratio intellecta nō fuerit: nō poterūt facile reliqua intelligi. Vel: Quia si in principio aliquā sentētiam dixeris obscurius: tantūmodo ei parti obest. Rursus si in argumento aliquā partem dixeris obscurius: illa pars tantūmodo non erit intellecta. At si narratiōem obscuram feceris: non illa pars tantūmodo: sed ne reliqua quidem oratio poterit intelligi. Vel: Pro etiam: ideſt maiori etiam cum periculo narratio obcecat: ita ut intelligi non possit. Planius: Apertius. Ob alia: Quæ ꝓtinent ad principium. Quo loco: Aut in principio: aut in argumento. Quærit: .i. tantūmodo non intelligit̄. Narratio: Sed narratio obscura: non sibi tantum nocet: sed etiam uniuersæ causæ. Alia ratio est: cur periculosius sit obscuram facere narratiōem: quia si: uel in principio: uel in argumento: non satis planum dixeris: poteris redire: & repetere: & id planius dicere. At non ita in narratiōe fieri debet. Nam ubi semel narraueris causam: nō tibi licebit rursus ad causam redire. Dixeris: .s. aliqua: quæ ꝓtinent ad principium: uel ad argumētum planius: ut intelligatur quod antea minus cognitū fuerit. Erit aūt perspicua: Quādoqdem inqt tantum commodi affert narratio breuis: atq; dilucida: tantūq; īcommodi obscura: Videamus quibus modis ꝑspicua possit esse narratio. Perspicua: Dilucida. Et idem dicit hoc loco: quod in arte noua: sed aliis uerbis. Vsitatis: Ne quid noue dicamus. Ordinis: Temporis: consilii: ut res exponatur: ut gestæ fuerint: aut ut fieri potuisse uideantur. Si non interrūp: Ideſt si non ad aliam rem transeamus. Sed quādo sit faciendum: aut non: Nunc tangit tria tempora esse: in quibus narratione uti non est opus: uel si res ipsa per se clara fuerit: & aperta iudicibus: aut cum facilis sit intellectu: uel cum ipsa nobis narratio obesse possit. Et docet quid facere debet orator: cum narratio nocere nobis uidebitur. Debemus enim narratiōis partem carptim narrare: & narrando diluere: cum partem unam rei ꝓpoſuerim⁹: illam diluerimus: & similiter aliam. Nota: Cum iudicibus: uel auditoribus nota erit res: de qua agitur. Non enim tunc opus erit narratione. Nec id quod: Quia carptim diluendo refellem⁹: quod ab aduersario nobis obiectū

fuerit. At si quãdo: More suo postq̃ docuit: quid faciendus: docet quid faciendus non sit. Neq; enim satis est: bona sequi: nisi mala etiam aufugeris.

Si quãdo erit narrandus: .i. si aliqñ narratiõe opus erit. Noceamus: Idest detrimenti aliquid afferamus. Ac quicqd: .i. suspicioſus: crimino sus: & contrarius nobis. Ne qui: Id de quo superius dixit: uidelicz cum Antonius dixit: non solum solere: quæ in causis utilia essent: sed etiam ea ui tare: quæ nocitura essent. Et Crassus ei respõdit: non sibi magni oratoris ui deri non taz qui ea uitaret quæ necessaria essent: q̃ qui diceret quæ utilia fo rent. Perfidia: Quia perfidi esse dicebat oratoris: qui id faceret. Naz caute: Quia a narratiõe unius inquit causa dependet: ergo si narratio: aut caute: aut temere tractata fuerit uniuersæ: causæ aut prodesse: aut obesse po terimus. Prodesse: Si caute. Obesse: Si temere. Contra: .s. non caute: sed temere. Quod omnis reliqua: Et quãobrẽ dicit ptinere ad uni uersam causam: qualis fuerit narratio: aut temere: aut caute dicta: quia nar ratio est fons: & origo quædaz totius orationis.

SEQVITVR VT CAVSA: Hæc est secunda pars huius capitis: In qua docetur qũo sit partienda: & confirmãda causa. Et partitio causæ bene subiũgitur narrationi: quia prima pars oratiõis est exordium: secũda narra tio: tertia diuisio est. Ergo narratiõe ꝓpata: seqtur ut de partiẽda causa. i. de diuisione dicat. Fons: Origo: quia ex narratione oĩa confirmãdæ causæ argumenta sumũtur. Vt in causa ponatur: Confirmandi causa. Positio causæ est: quã diuisiõez appellãt. Ponatur: Distinguat̃: secũduz eos: qui quadripartitaz esse uoluerũt confirmatiõez: quia distributio in duas partes diuidit̃. Prima pars est: quid nobis conuẽiat cum aduersariis. Alia est distri butio: quæ diuidit̃ in enumeratiõez: & expositiõez. Enumeratio est: cum nu mero dicimus: quot de rebus dicturi sumus. Causa autem non oportet nisi tribus partibus contineri. Expositio: cum exponimus: quibus de rebus actu ri sumus. Per expositiõez enim non modo causam nostraz diuidimus: sed si mul etiam demõstram9: quibus de rebus in tota causa dicturi simus. Ergo cum dicit ponatur causa: significat per distributiõez: aut numerãdo: aut ex ponendo. In quo uidenduz est: Et deinde ostendamus quid nobis cum aduersariis conuẽiat: & in quo causæ cõtrouersia uersatur. Eo enim oĩs utri uscq; oratiõis ratio conferenda est. Nam cõtrouersia est in eo: quod aduersarii a nobis dissentiũt: ut quoddã quasi obiectuz habeamus: quo oẽs uires orõis nostræ intẽdam9. Et hoc ultimuz dicit non ualde esse necessariuz. Tum: Idest post apertam causæ cõtrouersiaz .i. ubi diuiseris causam: & quid in con trouersia sit ostenderis. Coniuncte: Vult confirmatiõez: & confutatiõez quasi unam partẽ oratiõis tractari: quia sicut supra dixim9: fuerũt nõnulli: qui quadripartito oratiõez diuiserũt: quos nunc seqtur Antonius .s. exordi um: narrationez: argumẽtatiõez: & poratiõez. Nam sicut uidetis argumenta tioni: & confutatiõi diuisionez pmiscet: & uult diuisionez esse quasi quãdaz propositiõez confirmatiõis. Nam ꝓpositio est: per quã exponimus id: quod probare uolumus: & ꝓpterea per similitudinez quãdaz uult diuisionez esse partez cõfirmatiõis. Quẽadmoduz ꝓpositio est pars argumẽtatiõis: ita etiaz

uult: ut diuiſio ſit ꝓpoſitio eaꝝ reꝝ: quas cõfirmaturi ſumus. Infirmandis: .i. refellendis. Vult ꝓbationeꝫ eſſe quoddam quaſi genus: Deinde partes ſint: confirmatio: & confutatio. Nam oratio quattuor partes habet: exordium: narrationeꝫ: ꝓbationeꝫ: & porationeꝫ. Et ꝓbationis partes deinde uolebat eſſe: confutationeꝫ: & confirmationeꝫ. Ratio: .i. præceptio. Quæ ad probandum: .i. quam ꝓbationeꝫ appellamus. Reprehẽſioneꝫ quæret: Ideſt confirmationeꝫ continebit: & confutationeꝫ: tanꝙ ſuas partes. Sed quia: Quare inquit uolumus has duas partes ſub uno genere contineri? quia coniuncta ſunt & ui: & natura: utilitate: & ratione: ut altera ab altera ſeiũgi: ac ſeparari nullo modo poſſint. Reprehendi: Refelli: & confutari. quia tam confirmatio: ꝙ confutatio ꝑſuadet auditori: quod uolumus: ergo eandem uim habet. Vtilitate: Quia nihilominus utile eſt confirmare tua argumenta: ꝙ refellere aduerſarioꝝ. Tractatione: Quia altera ſine altera tractari non poteſt: quia tua cõfirmari non poſſunt: niſi aduerſarioꝝ refelleris. Omnia autem: Nunc docet qũo ſit poranduꝫ. i. oratio clauden da ſit. Et quod ſæpius dixit: hoc loco etiam admonet: cum in omni oratione auditoꝝ animos: aut concitando: aut miſerando deducas: id potiſſimuꝫ in peroratiõe conſiſtere. Plerũꝙ: .i. pro maiori parte: quia aliquãdo fit per enumerationẽ: & tunc ea breuiter repetemus: quæ prædiximus. Concluſio autem fit: per amplificationeꝫ: per commiſeratiõeꝫ: per enumerationeꝫ. Per amplificationẽ: concitãdo iudicum animos. Per commiſerationẽ: conciliãdo.

Augendis: .ſ. criminibus. Inflãmando: Per amplificationẽ. Mitigando: .ſ. iudicis animos. Per quæſtionem: Vbi quos defendimus: iudicibus commẽdamus. Omnia: .i. quæcũꝙ in tota confirmatiõe cauſæ noſtræ dicta fuerint. Promouendas: Concitando. Et ad utilitateꝫ noſtram uocandas: Scilicet conciliando.

NEQVE SANE: Caput quartum huius tractatus: In quo agitur: quæ præcepta ſeorſum danda ſunt in deliberatino genere cauſaꝝ. Et primo oſtendit deliberatiuũ: & demõſtratiuũ genus cauſaꝝ ita eſſe coniunctum: ut non magnope uideatur ſeparari poſſe alteꝝ ab altero. Sed tamẽ nõnulla particulariter dici poſſe uidentur: quæ Antonius hoc loco aggredit. Et primũ quid ſeorſum in deliberatiuo genere perfici poſſit: Deinde ad demõſtratiuũ genus tranſit. Neꝙ ſane: Senſus eſt. Adeo inquit demõſtratiuuꝫ: & deliberatiuuꝫ genus inter ſe coniũctuꝫ eſt: ut non uideãtur alteꝝ ab altero poſſe ſecerni. Nam qui ſuadet laudat: quod ꝑſuadere nititur. Qui diſſuadet uituperat id. Ergo ſi in conſultatiõe ſuadẽtes laudamus: ſequit: ut diſſuadentes uituperemus. Sed laudare: & uituperare ꝓpria ſunt demõſtratiui generis: igitur alteꝝ ab altero ſeiungi non poteſt. Sunt enim plerũꝙ communia: Sed quod ſeparatiꝫ præcipi poteſt de deliberatiuo genere: primũ illud tenendum eſt: quod ad perſonam pertinet plurimũ ualere: ſi dignitatẽ habuerit cum ſapientia coniunctam: quia paꝝ eſt ſcire: niſi fidem facere poſſit id ita eſſe. Suadere: Faciendum. Diſſuadere: Non faciendum. Grauiſſime: Conſtantiſſime. Grauem eniꝫ dicimus eum: qui non facile ab recto diuelli poteſt: ſed tanꝙ ĩmobile ſaxum in ꝓpoſito ꝑſiſtit: quẽadmoduꝫ leues e

contrario uocantur. Explicare: Siue ſuadeat: ſiue diſſuadeat: & reddit rationeꝫ. Vt mente: Singula ſingulis referenda ſunt. Mente: Quia ſapientis. Auctoritate: Quia honeſtatis. Honeſti: Sapientis. Diſerti: Facundi. Nam honeſtus eſt ille: qui ſapientia: & auctoritate præditus eſt. Prouidere: Quantuꝫ ad memoriam. Probare: Ad eloquentiam. Perſuadere: Ad intelligentiaꝫ: conſilium ſenatus. Atq; hæc in ſenatu: Hæc eſt ſecunda pars principalis huius capitis: In quo oſtendit hoꝝ duoꝝ genеruꝫ primaꝫ eſſe cauſam deliberatiuaꝫ. Nam primuꝫ ſuademus: & diſſuademus. Grauem eſſe oportere: Nunc autеꝫ admonet: aliter in ſenatu agendum eſſe: aliter in concione: quia in ſenatu non nimis ornatiõe utẽdum eſt: ſed in concione omni apparatu: & maiore ornatiõe utẽdum eſt. Sapiens: Quia ſatis eſt ut dicas ex dignitate ſenatoris. Vitanda eſt: Alia ratio cur in ſenatu paucis trãſigenda ſit ſentẽtia: quia uitanda eſt ſuſpicio oſtẽtatiõis ingenii: ne ſi magna ſentẽtiaꝫ tuam pompa dicere uolueris: quodã modo ingenium tuum oſtentare uelle uidearis. Multiſq; aliis: Primaꝫ rationeꝫ reddit: cur non accurata nimis: & exquiſita oratione ſit utendum: quia ſenatus conſiliuꝫ ſapiens facile ꝓuidet. Si apparata nimis oratione uſi fuerimus nos potius eloquẽtia: q̃ rei ueritate fretos fuiſſe arbitrabũtur. Concio: Ergo id quod ſenatus non patitur: concio deſiderat: ut eam audiendo erectam tenere poſſis. Eſt autеꝫ cancio populi multitudo congregata: uel ex magiſtratꝰ iuſſu: uel publici ſacerdotis: uel ſua interduꝫ auctoritate. Interdũ ipſa oratio concio appellaꝫ. Accipiꝫ autẽ hoc loco pro eo quod græci dicũt ἐκκλησίαν. Oſtentationis: Oſtentatio proprie eſt quædam glorioſa ianiſq; iactatio. Omneꝫ uim: .i. apparatum omnẽ dicendi: q̃tũcũq; adhibere poſſimus. Grauitatem: Sententiaꝝ. Varietatem: Verboꝝ. Ergo in ſuadẽdo: Quãdoqdeꝫ ſapientis eſt conſilium explicare de maximis rebus: & honeſti: ac diſerti uiri: ſequiꝫ: ꝙ orator nihil magis in ſuadendo: uel diſſuadẽdo optare debeat: q̃ cauſæ honeſtatem. Optabilius: Quod magis optare debet orator. Nam qui utilitateꝫ petit: Vere inq̃ optanda eſt oratori honeſtas: Nam homines: etiam qui ad utilitateꝫ proni ſunt: ſine honeſtate cauſæ non attẽdũt: quid ſuaſor dicat: Sed ſi cauſa fuerit honeſta: tãetſi cupidus fuerit: tamen honeſtatẽ cauſæ conſiderabit. Quã dignitas: .i. honeſtas. Nam dignitas pro honeſtate ponitur. Quid interdum magis ſequaꝫ: .ſ. dignitatem q̃ honeſtatem. Nemo eſt enim: Probat optandam eſſe dignitatẽ his qui in omni ciuitate orant: & p̃cipue quæ reꝝ potiatur: ut urbs Roma. Nemo eſt enim: qui non putet magnifaciendã eſſe honeſtateꝫ. Nam in ciuitate: quæ magnum habet imperiuꝫ: ſemp honeſtas anteferꝛ. Sed uincit utilitas: Sed incidere poteſt nõnunq̃: ut utilitas præferaꝛ dignitati: & hoc tñ dignitas ſine utilitate retinere poterit: Sed ſi dignitas ſeruari poterit: nõ magnope utilitatem requiret. Cum ſubeſt: .i. quãdo latenter timent auditores. Ea: .ſ. utilitate: ergo recte dicit optandam eſſe honeſtateꝫ: ſecundo utilitatem: quia non ſemp ieſt cauſæ honeſtas: qn etiam contra honeſtatem utilitas optatur. Vere inq̃ optanda eſt dignitas: per quaꝫ utilitas deſideraꝛ. Nam ſi dignitas ſine utilitate retineri poſſet: nullam rationem utilitatis

haberemus. Controuersia autem: Sed controuersia: quæ incidere potest suadendo: aut dissuadendo: aut est cum præcipit utrum utilius sit id: quod nos suademus: aut quod aduersarius: aut utrum sit honestius: aut cum honestum uideatur ab utili dissentire. Quid conueniat: .i. quid sit honestū. Nam conuenire est honestum esse. Vtrum honestati: Videlicet cum honestas ab utilitate dissentire uidetur. Quæ quia: Sed quādo inquit sæpe utilitas cum honestate pugnare uidetur: sapienter locutus est: dicens uidet. Nam etsi aliter sapiens: tamen si uulgo considerēt: plerūq; id: quod utile sit: non apparebit honestum: & quod honestū non sit utile: sed fallūtur. Qui? Idest qui utilitatem defendet: enumerabit cōmoda pacis: et c'. Ostendit enim si forte inciderit: utrum bellum inferendum sit Carthaginēsib⁹: sicut in senatu. M. Cato suadebat esse sumēdum: Scipio aūt Nasica dissuadebat. Enumerabit cōmoda: Proponit loca utilitatis. Pacis: Si fecerint auditores id: quod eis suademus. Opum: Auxiliorum. Vectigalium: Tributorum.

Potentiæ: Imperii: quæ omnia dicere posset seruanda: nec ne abiicienda.

Cæterarum rerum: Sicut agriculturæ: mercaturæ: & cæterarum rerum: quæ in pace magnum fructum afferūt. Itēq; incōmoda: .s. enumerabit: uidelicet incōmoda belli: īopiæ: egestatis: & cæterarum huiusmodi rerum. Qui ad dignitatem imperii: Ecce quod dixit dignitatem intelligendam esse honestatem.

Quæ erunt? .i. quibus ostendet honestatem utilitati fuisse præpositam.

Vel cum periculo: Quia diceret aliquis maiores nostros nunq̄ periculū: aut laborem subterfugisse: ut magnam gloriam cōparare possent: & nō tantum utilitati: q̄ dignitati rei publice cōsuluisse: quia Cato dicebat: Si Carthaginenses subegerimus: sempiternā gloriam coparabimus. Deinde adiiciebat maximam quoq; utilitatem cōsequemur: quia uictoriam hanc asserebat cum honestate esse coniūctam. Sed quid fieri possit? Nunc alia docet: quæ magnope sunt considerāda: In recto: & honesto: & in utraq; : aut quid fieri possit: aut non possit: & quid sit necesse: aut nō necesse. i. facultatē: aut difficultatem: possibilitatem: & necessitatem: Ergo quid fieri possit facultatē ostēdit: quid non possit difficultatē: quid necesse sit necessitatem: aut non sit possibilitatem. Vbi considerandum est summā facultatem: & necessitudinē esse incolumitatis: mediocrem utilitatis: leuissimā utilitatis: sic etiam possibilitatis: & e diuerso eadem sequēda ratio. Vtraq; : .s. in re honesta: & utili: & etiā Salubri. Et hoc loco tantūmodo de duobus dicit: quia īcolumitas sub utilitate cōtinetur. Nihil enim sine īcolumitate utile esse potest. Non sit: Propter difficultatem: & īpossibilitatem. Inciditur: Quia etiam si aduersarius ostendisset id: quod suadere uult utile esse: uel honestum: uel etiam īcolume: Nos autem e contrario ostenderemus: aut difficulter fieri posse: aut fieri non posse: illius ratio penitus tolleretur. Quod enim uideret utile: aut honestum: aut etiam salubre ꝓpositum esse ab aduersariis: id aut impossibile: aut difficulter fieri posse ostendemus. Inciditur: Tollitur. Aliis: Scilicet aduersariis: In quo etiam magis laudādus est: quod alii non uideāt ipse uideat. Ad consilium autē de re publica: Primo quidem de dignitate oratoris dixit: cum præcepta quædam daret seorsum de deliberatiuo genere cau

ſaꝝ. Dixit autem oportere eam eſſe grauiſſimaꝫ: ideſt habere ſapientiã cum grauitate coniũctaꝫ: ut uidelicꝫ: & ſapiens eſſet: & honeſta: atq; diſerta. Nunc repetit tria illa: ſcilicꝫ docere: mouere: & conciliare: oſtendens qũo orator ea conſequi poſſit. Primo quidem cum in ſenatu dicenda eſt ſententia ad conſulendum: uidelicet cum non in campo: ual etiam in roſtris ad ꝓbabilitatem ualet: quod eſt honeſti: atq; officioſi uiri: ſed quẽadmoduꝫ illum oportet noſcere omnes rei publicæ partes: ita etiam uarietatem eaꝝ: & mutatiõeꝫ attendere. Caput: .i. principium: & ſũma græci κεφαλαιον dicunt. i. ſũmã.

Noſce rem publicam: .i. cognoſcere partes rei publicæ: uidelicet ſtatum: & conditiõeꝫ rei publicæ. Nemo enim de re publica conſulere poterit. i. ad dicendam in ſenatu ſentẽtiaꝫ: quod eſt ſapientis caput. Niſi quis nouerit rem publicam: cuius ipſe ciuis fuerit: nunq̃ recte de ea conſulere poterit. Probabiliter noſce: Quod eſt honeſti: atq; diſerti. Mores: Quibus moribꝰ: & inſtitutis ciuitas contineaẽ. Quia crebro mutanẽ: Sed quia nõ ſemꝑ iidem mores ſunt in ciuitate: ſed pro qualitate tẽporis mutanẽ: ideo etiam attendenduꝫ eſt oratori: ut ſemꝑ oratiõeꝫ ad mores ciuitatis: & conditiõeꝫ referat. Mutantur: Quia ſicut eſt apud Ti. Liuium res publica cum primuꝫ in libertatem ueniſſet: fuit ſub conſulibus ſine appellatione: deinde ſub conſulibus cum appellatione: poſtea tribuni milituꝫ conſulari poteſtate: poſtremo etiam decem uiri creati ſunt. Et quanq̃: Senſus eſt. In oĩbus ferme cauſis una adhibẽda eſt uirtus: ut moueamꝰ auditoꝝ animos: Sed illud præcipue faciendum eſt: cum in campo ad populum: uel in curia ad ſenatũ: uel in roſtris ad plebem oratiõeꝫ habemꝰ: hæc uero in campo: hæc in roſtris: hæc in curia. In eiuſmodi inq̃ cauſis: noſtra oratio illuſtrior eſſe debebit: quæ ex magna: & ornata uerboꝝ compoſitione conſiſtat. Erit autem ornata: ſi animos auditoꝝ pro dignitate cauſæ: & conciliare: & mouere ſtudebimus.

Quanq̃ una fere uis: .ſ. mouere auditoꝝ animos. Ferme inquit in oĩbus cauſis hæc una uirtus adhibenda: quia plurimũ ualet ad ſuadẽduꝫ. Diceret aliquis: Si in his oratiõibꝰ commouẽdi ſunt auditoꝝ animi: quæ uel ad populum in campo: uel in curia ad ſenatuꝫ: uel in roſtris ad plebem: Nũne etiã in foro id agendum eſt? Dicit non ita. Nam aliud eſt hoc: quia in foro cauſæ pecuniariæ aguntur. Rei publicæ: Cum in ſenatum ſentẽtiaꝫ dicimus.

Grandius: .i. grauis figura habenda eſt: quæ conſtat ex magna: & ornata uerboꝝ compoſitiõe. Grandius: Quãtuꝫ ad magnam. Illuſtrius: Quãtuꝫ ad ornataꝫ. Admouẽda eſt: Vt moueanẽ animi: uel populi: uel patruꝫ conſcriptoꝝ: uel plebis. Aut cohortatione: Cum cohortamur ad aliquid: uel per conciliatiõeꝫ: ad miſericordiam: uel per concitatiõeꝫ: ad ĩuidiam concitamus. Cohortatione: Magis refertur ad populũ. Commoratiõe: Ad ſenatũ. Aut in ſpem: Ad populum. In metũ: Quantuꝫ ad ſenatuꝫ. In ſpem: Alicuius utilitatis. In metum: Alicuius incommodi. Sæpe etiam a temeritate: Hoc ad plebem maxime ſpectat mouendam: quia ſæpe multitudo ſolet temeritate: uel iracũdia ꝓmoueri: ut aliquid faciat piculoſuꝫ. Temeritate: Ne uidelicet aliquid incõſulte agãt. Iracundia: Ne noceant. Iniuria: Ne oderint. Crudelitate: Ne ſcæ-

uiant. Hæ eniz animi pturbationes in plebez maxime incidere ſolent. Fit autem ut: Et ſi nulla inquit præceptio noſtra eſſet: ut in eiuſmodſ oratiõibus grande dicendi genus adhiberemus: tamen natura ipſa deberet nos admonere. Maxima enim multitudo: quæ ad audienduz conuenerit hortatur nos: ut maiori ui: atq; copia oratiõis utamur: & pulchra utiť ſimilitudine: quẽadmoduz tibicen in locis deſertis non canit. Maxima quaſi oratoris ſcæna: Nam ſicut in ſcæna ad ſpectaculum homines conueniũt: ita ad oratorem in campo concionaturu; ad audienduz homines undiq; concurrũt. Ornanduz: Amplificandũ. Habet enim multitudo: Quia multitudo nos impellit: ut ampliorib9 uerbis utamur. Vt quẽadmoduz: Sic inquit fere me fieri ſolet: ut non aliter multitudo oratorez ad dicendũ concitet: q̃ tibicinem ad canendum: & e cõuerſo. Sine tibiis canere: .i. ſine cœtu hoĩuz: ſi in loco deſtituto: ac ſolitario fuerit tibicen: anim9 nõ ſuppetit ei ad canenduz. Tibicen: Cum alia noĩa a cano compoſita penultima correpta proferri debeãt: ut liricen: & fidicen: tamen tibicen penultima ꝓducta proferri debet: quia duæ litteræ breues in unam longam per ſynæreſim conuertuntur. Sine tibiis: Quia animus cadit oratori: ubi uiderit ſe a paucis audiri: nec magnope curat an oratio ſua magna ſit: an humilis: dũmodo id exponat: quod in animo ſit dicere. Et cum ſint: Hactenus præcipit quid oratori ſit faciẽdũ dicturo ſiue in campo: ſiue in ſenatu: ſiue in roſtris. Nunc more p̃cipientis admonet etiam quæ uitia uitanda: fugiẽdaq; ſint. Et quia inqt ſæpe orator offendere poſſet: & errare: diligẽtius aduertẽdũ eſt: ne qua in re auditores offendat. Et in qua re offendere poſſit: orator docet. Varii ſus: Qui in populo committũtur. ſæpe eniz uarieq; labuntur oratores in populo. Acclamatio: Quia cauenduz eſt: ne clamorez populi aduerſus nos exuſcitemus. Aduerſa: Bene dixit: quia etiam acclamatio eſt non ſolum aduerſa: ſed etiaz ꝓpicia: cum populus oratori applauſerit. Quæ aũt oratiõis: Docet uitanduz eſſe aduerſuz populi clamorẽ: Sed uideamus qũo uitare: ac fugere poſſimus. Cauſa cognita uitare poterimus bis rationibus.

Peccat: Declarat peccata oratiõis. Si aſpere: His modis in populũ labi poterit orator: & clamorem aduerſuz exuſcitare. Aſpere: Inſectãdo populum. Si arroganter: Licentiæ nimiuz ſibi aſſumendo. Turpiter: Præter honeſtatem. Sordide: Præter dignitatez ſuadendo. Si quoquo animi uitio: .i. ſi cum malicia quadam dixerit. Offenſiõe: Cum offenderimus auditoru animos. Inuidia: .i. odium: quod aduerſus ſe concitet. Iuſta: Veritate. Ex criminatione: Obtrectatoru. Fama: Rumoris: qui ſæpe oritur. Si diſplicet: Videlicet ſi tunc potiſſimũ ad populuz dicere cõtigerit: cuz populus uel cupere: uel metuere uidebiť: tñ cauenduz eſt diligẽtiſſime ne quid dicam9: quod metum eius augere poſſit. Obiurgatio: Opponiť offenſioni: quia in quo offendi populus uidebiť: leui quadaz reprehenſione utemur. Si eſt auctoritas: Quia nõ oĩbus conuenit obiurgari: ſed his tantũmodo: qui auctoritate præſtant. Admonitio: Inuidiæ opponitur: ut admoneamus eos non nos ea dixiſſe: ut aliquid eis moleſtum faceremus. Quaſi leuior obiurgatio: .i. quaſi quædam obiurgatio: quæ

plus lenitatis habeat: q̃ ſuperior. Tum ꝓmiſſio: Si res diſplicet: quia ſic diceť. Scio Quirites hanc rem uobis diſplicere: ſed tamē uobis hoc policeor: quod ſi me audite uolueritis: faciam ut quæ nunc uobis moleſta uidentur: eadem paulo poſt oībus uobis magnope cōprobetur. Tum deprecatio: Quātuꝫ ad metum: & cupiditatem. Audite iudices: ne tātuꝫ cupiditati: aut metui noſtro tribuatis. Quod eſt infimū: Sed non nunq̃ utile: q̃uis īfimuꝫ. Deprecatio: Cum dep̄cabūtur: ut æquis auribus: quæ dicturi ſūt audire uelint. Deprecatio: Non eſt depulſio: aut execratio quædam: aut abhomīatio: ſed ut dicitur precatio: & īprætatio: ſed dep̄catio. Precor tibi bonum: precor tibi malum (Nam cōſtruūtur in hac ſignificatiōe cum datiuo) ita dep̄cor liberationeꝫ. Dep̄cor pœnaꝫ: illaꝫ ut potiar: Hanc: ut uiteꝫ. Significat igitur dep̄cor: a quo fit dep̄catio: aliquid uel dicto: uel facto recuſo. Nullo auteꝫ loco plus facetiæ: .i. cum eſt aliquid facete dictum: cum moti fuerint auditoꝝ animi: quia facetiis uulgi animus mouetur: ut etiaꝫ ſi irati fuerint: dicto aliquo faceto leniantur. Et celeritas: Vnuꝫ ex reliquo ſequiť: quia ſi quid breue dictum eſt: celere eſt. Nec ſine dignitate: Vt nōnihil grauitatis habeat. Nihil tam facile: Quia inquit nihil mobilius eſt ipſa multitudine uulgi: quæ plerūq; uno dicto iocūdiare a mœrore: & triſticia deducitur. A triſtitia: Ad id: quod dixit: metuꝫ. Et ſæpe acerbitate: Ad id: quod dixit inuidiaꝫ: ſiue odium. Nihil tam facile: Ideſt nihil eſt tam mobile: eo q; huc: & illuc facile impelli poteſt multitudo: ſi orator cautus fuerit: & prudens. A triſtitia: Si metuit. Ab acerbitate: Si cupit. Commode: Ad iocūditateꝫ. Commode: .i. apte rei: de qua agitur:

EXPOSVI FERE VT POTVI: Hoc eſt qntum caput: In quo fere de genere deliberatiuo per tranſitum: & quaſi præter inſtitutuꝫ ſuum præcepta dantur. Et in omni laudationis: ac uituperationis genere materiæ tractantur. Primuꝫ igitur repetit ratiōes: cur non putauerit ſuperius in hoc genere præcepta laudandi: aut uituperandi ſeorſum danda eſſe. Deinde cauſas adducit: cur de hoc quoq; nōnihil præcipere uelit. Deinde ad ipſius demonſtratiui generis præcepta deſcendit. Hactenus inquit declaraui uobis: quid in iudiciali genere: ac deliberatiuo cauſaꝝ facere ſolerem: in quo docui non modo quid mihi faciendum uidetur: ſed etiam admonui quid uitandū eſſe cenſerem: In quo & ſi illud genus uituperationis: aut laudationis non ſit neceſſe diſiungere: cum ſit: ut dixit: natura coniūctum. Sed tamen: quia accidere poſſet: ut laudemus. & laudem ſcribam⁹: quod & initio fecit: & nos quoq; feciſſe fatemur. Hic locus non oīno uidetur p̄termittendus: qn aliqd de eo quoq; tractem. In utroq; genere: Videlicet iuridiciali: & deliberatiuo. Quæ ſequi ſolerem: Multa eniꝫ ſuperius docuit: quæ ipſe faceret: & a quibus ſibi caueret. Spectare: .i. conſiderare .i. quo oīs meæ oratiōis rationeꝫ conferre ſolerem. Nec illud tertiuꝫ: Et his ꝓpoſitis relinquitur illud genus tertium: quod nihil difficile eſt: & ꝓpterea alteꝝ ſeparauimus: uidelicet demonſtratiuū: quaſi non eſſet ualde neceſſarium oratori. Sed & quia multa: Et reddit rationeꝫ: uidelicet alia ratione etiam ſegregatum

esse. Non solum enim id genus uidetur animis nostris conuenire: uer etiam p multa sunt genera oratiõis: de quibus non sunt seperatim præcepta tradenda. Argumentat a simili: quẽadmodu nec de aliis generibus dicẽdi præcepta darentur: ita nec etiam de uituperatiõe: siue laudatione esse tractãdũ: ut nec de cohortatiõibus: nec de consolatiõibus: nec de testimoniis: nec de historiis seperatim tradũtur ab oratoribus: ita nec mihi de laudatione: siue uituperatione seperatim præcipiendum esse uidetur. Sed & quia: Repetit breuiter id: quod superius multis uerbis disputauerat ipse: de demõstratiuo genere causar: non uidetur oratori esse laborandum. Multa genera grauiora: Vt cohortationes: consolationes: testimonia: legationes. Maiores copiæ: Vt historia: quæ maiorem oratiõis grauitatem: & copiam: q̃ laudatio desiderat. Necesse est enim: ut late uagetur scriptor historiæ: & uaria loca describat: & gesta qũo hic: qũo alibi res gesta fuerit. Segregabam: A rhetoricæ præceptis. Sed hoc institutum nostru est: ut de forensibus rebus dicamus. Hoc igitur laudatiõis genus a nostra disputatione seperandũ uidebat.

Ipsi enim græci: Si quis mihi obiiceret rhetores græcos scripsisse præcepta laudandi: & uituperandi: Respondebo hoc fecisse græcos magis causa legendi: aut ornandi: aut laudandi cuiuspiam hominis: q̃ p hoc oratori necessariu uideretur. Quor sunt libri: quibus Themistocles: et c. Hi oẽs principes Athenienses fuerũt: & inter se emulatione quadam: & obtrectatiõe grauiter infensi. Sed bello: quod Xerses gessit cum Atheniẽsibus reconciliati in amiciciam rediere. Aristides autem sua probitate iustus est appellatus.

Themistocles: Princeps Atheniẽsis: qui bellicis: ac domesticis rebus præstans fuit. Aristides: Quod administratione rei publicæ excelluerit: cui nomen sapiẽtiæ indictum est. Agesilaus: Rex Lacedæmoniæ: p plurimũ belli gloria cæteros anteierit. Epanimõdas: Rex Thebanor: p primus ex lacedæmoniis uictoriaꝫ cõsecutus fuerit. Philippus: Rex Macedoniæ: p magnam græciæ partem imperio suo subegerit. Alexander: Quod totam Asiam domuerit. Nostræ laudationes: Et probat quod dixit: uidelicet eiusmodi laudationes singulis personis magis accõmodatas esse: q̃ causis forensibus. i. quæ in foro tractant. Nam si incidit eiusmodi oratio ferme est: aut cum laudamus testem: aut etiam cum in funere laudationes prosequimur: quæ non ualde ad laudem oratoris pertinent. Laudantur autem testes ab auctoritate: a fide: p neminꝫ unq̃ dictis factisq; deceperit: a uita: p in omni uita eor semper iuridici fuerint: & hæc laus breuissima est: ut propterea nullis præceptis indigeat. Nudam: Sine ullo ornatu uerborum.

Inornatam: Sententiis: quia tantũmodo laudamus testimoniu: q̃tum satis est ad fidem faciendam. Ad funebrem: Præterq̃ laus agitur in causis: agitur etiam in funere: cuꝫ pompa in funere alicuius magni uiri celebratur: quæ consuetudo manet ad hoc usq; tempus. De oratione funebri Cicero in legibus ita iuquit. Honoratorum uirorum laudes in cõcione memoranto: easq; ad cantus: ad tibicen ꝓsequuntor. Et Liuius Marcellus inquit. M. Marcellu patreꝫ consulem interfectuꝫ laudauit. Concio: .i. multitudo: quæ funus in pompa prosequit. Quæ ad orationis laudem: .i. in qua laude funeris

non ualde laudatur orator. Omnis enim oratoris laus in foro erat. Sed tamen: Quanq̃ his rationibus non uideatur magnope ad oratorez pertinere genus demonstratiuũ: tamen quia nonnunq̃ incidit: ut scribendo aliquem laudemus: Sicut. P. Tubero: qui laudauit africanuz eius auũculum: & Lælius: & nos aliquãdo fecimus: Non uidetur hic locus oĩno prætermittendus: quin de eo separatim præcepta tradamus. Sed tamen utendum: .s. hoc genere laudis. Non nunq̃ etiam scribendum: Non solum dicenduz: sed etiam plerũq; scribenduz: Sicut. P. Tubero. Hic locus: .s. demõstrariui generis. Perspicuuz est igitur: Nunc aggreditur ipsius præcepta laudãdi: & uituperandi: quæ in bonis corporis: & animi: & externis. i. fortunæ continentur. A tribus enim locis laus omnis sumitur. A bonis corporis: ut agilitas. A bonis animi: ut ingeniũ. A bonis externis: ut fortunæ: diuitiæ. Perspicuum est igitur: Quãdoqdem hunc laudandi locum uolumus non esse intractatũ: Laus eaz rez: quæ ab animo ꝓficiscũtur: uera est: & soli uirtuti debeť. At uero bona externa: & corporis magnam sibi partem fortuna uendicat: & ideo optanda sunt ea: quæ nulla animi industria cõparari possunt: quæ autez nosmet ingenio acquirere possum9: nõ tam sunt optanda: q̃ comparanda. Ergo recte dixit: alia optanda: & alia laudanda. Duo autem sunt optandoz. s. fortunæ: & corporis. Fortunæ sunt ista: opes: diuitiæ: amici: hospites: clientes: sodales: & nobilitas. Corporis autẽ uires: Valitudo: forma: & dignitas. Laudandoz unum est ingenii: ideſt animi: Vt sapientiam: fortitudinez: iusticiam: modestiam: tẽpantiam: pietatem: & his similia. Alia optanda: Refertur ad bona corporis: & externa. Alia laudãda: Ad bona animi. Neq; enim laus est: aut uituperatio: si quis formosus fuerit: aut deformis: Si quis nobilis: aut ignobilis: siue diues: siue pauper: & cætera huius modi. Nec uitio tribuũtur: nec laudi: quæ in naturæ potestate posita sunt. At uero aliquem esse sapientem: intelligentem: fortem: perseuerantem: patientem: constantez: continẽtem: & multaz rez memoria p̃ditum esse: & cæteræ huiusmodi uirtutes: eo q; in studio: & ĩdustria nostra sunt positæ: plurimuz inde laudis sumere possum9: Sicut e contrario: plurimũ ignominiæ.

Optanda: Vt bona fortunæ: & naturæ. Laudanda: Quæ uirtute cõparãtur. Genus: Forma: hæc omnia: quæ uel a natura dantur: uel a fortuna: non habent laudem ullam: quæ hominem uere laudabilem reddant.

Genus: Quod sũmo loco natus fuerit. Nam in genere: patria: parentes: cognati continenť. Forma: Si dignitatez quandam: & uenustatem a natura consecutus fuerit. Vires: Si uis animi: ac robur cum corpore extiterint. Opes: Si diuitias magnas consecutus fuerit. Opes: In clientelis consistunt: si clientelas: & magnas factiones habuerit. Diuitiæ: Si prædia lata: & magnũ auri pondus possederit. Extrinsecus: Vt genus: opes: diuitiæ. Nam uires: & fortitudo sunt ĩtrĩsecæ: quia sunt in corpore. Virtuti uni: Quæ laus soli uirtuti deberi putatur: ab omĩbus laudatur. Laus enim uera est eoz: qui uere laudari merentur. Sed tamen: Sed qũo inquit poterimus laudare quẽpiam a bonis fortunæ: & naturæ: & usu: uideli cet si ostenderimus aliquem his bonis fortunæ: aut naturæ: modeste: iuste: &

fortiter: & ſapienter uſum fuiſſe: tunc laudem eſt huiuſmodi rebus: quæ nihil ad animuꝫ pertinent: ad uirtutem hac ratione trahere poterimus. Non igitur laus eſt in illis: ſed ꝙ uirtus eas ornatiores reddiderit: ut ꝓpterea laudem meruiſſe uideantur: & ideo nihil ad ornandum conferre poterit. Sed ſi quis dicat e contrario nobilitate prædituꝫ arrogantia uſum fuiſſe: & diuitē ideo ſuperbum: & opibus præditum ideo facioſum: tantū abeſſet: ut illa bona laudanda eſſent in eo: quod plurimū uituperatiōis compararēt. Vſu: Qualis fuerit: In nobilitate: in potentia: in diuitiis: in uiribus corporis: aut forma. Moderatione: Si in his rebus moderati fuerint: ut modum quēdam his rebus adhibuerint: quæ plerūq; homines extollere ſolent: ut ſui ipſius homines obliuiſcanť. In quibus eſt ſumma laus: Et oſtendit: qūo poſſimus uirtutem his rebus adhibere: ut ueram laudem ꝓficiamus. Si his rebus uirtutem oſtenderis eſſe coniunctam laudabis: ꝙ ſi cum eiſdem uitiū eſſe coniunctum oſtenderis: uituperabis.. Non extuliſſe ſe in poteſtate: Ideſt ſi opes fuerint: oſtendemus illum non extuliſſe ſe. i. nō ſuperbuꝫ fuiſſe in poteſtate. Inſolentem: Arroganteꝫ in pecunia. Nam q̄to pecunioſiores ſunt: tanto inſolētiores eſſe conſueuerūt: quia pecunia impotētiores ſolet reddere hoies. Terentius. Quia paululum acceſſit pecuniæ: ſublati animi ſunt.

Non prætuliſſe ſe: .i. non antepoſuiſſe ſe aliis: ꝓpter abundātiaꝫ fortunæ: eo ꝙ bona fortunæ conſecutus fuerit: non ob eam rem ſe aliis præpoſuiſſe: ut ex opibus: atq; diuitiis: non ſuperbꝰ: atq; inſolens: ſed modeſtus: & humanus uideatur euaſiſſe. Bonitati: Vt q̄to ditior: q̄to nobilior: q̄to copioſior fuerit: tanto modeſtior eſt: ac melior. Virtus autem quæ per ſe: et c⁹. Hic nouus tractatus diligenter eſt attendendus: & tenaciter memoria tenendus. Plurimuꝫ enim hac ætate prodeſſe poteſt. Nullo enim in genere noſtro tempore uerſatur oratio: niſi in hoc: uel deliberatiuo: Sed hæc duo ſunt quadam inter ſe ratione coniuncta. Cum igitur ſuperius de his uirtutibus dixerit: quæ cum naturæ: fortunæq; bonis coniunctæ eſſe dicunt: Nunc de uirtute dicit: quæ ipſa per ſe ſola laudari digna eſt: & ut inde laus duci debeat oſtendit. Virtus: Virtus: quæ per ſe conſideratur: non coniuncta nobilitati: Non dignitati: Non diuitiis: Non uiribus corporis: Non pulchritudini: Non cæteris huiuſmodi rebus: hoc modo conſiderari debet: uidelicꝫ ab ipſis uirtutibus: & a partibus eaꝝ. Per ſe ipſa: .i. nullo extrinſecus loco: aut fortunæ: aut naturæ conſiderato. Et ſine qua: Quia ne illa quidem bona ſupra memorata ſine uirtute laudantur. Alia eſt: Et ſicut iam uidebitis: duo genera uirtutum ponet: & alteꝝ laudibus aptius eſſe monſtrabit. Sunt eniꝫ aliæ uirtutes: Eſt genus unum uirtutis. Aliæq; ingenii: Secundum genus eſt. In moribus hominum: Mores hominū dupliciter conſiderantur. Vno modo in conſuetudine quotidiana: uidelicꝫ qualem ſe quiſq; habeat in quotidiana conſuetudine hominū: An ſuauis: & iocūdus: An e contra. Alio modo conſideratur: qualis ſit quiſq; in dandis beneficiis: aut accipiendis. Beneficiis: Vnum igitur ad ſuauitatem: Alteꝝ uero ad benignitatem naturæ pertinet. Comitate: .i. ſuauitate naturæ: quæ in quotidiana conſuetudine apparet. Beneficentia: .i. benignitate naturæ:

quæ in dãdis beneficiis habetur. Aliæq; ingenii: & aliqua facultate: Ideſt aliqua poteſtate: & ui ingenii: Vt inuẽiendi: intelligendi: reminiſcendi: pui dendi: conſulendi: & cæteris huiuſmodi uirtutibus: quæ ad ingenium pertinent. Aut animi magnitudine: .ſ. appetendo magna. Cum aliquis magna appetit: clarus eſt. Ac robore: .ſ. fortiter gerendo: quia nõ ſatis eſſet magna appetere: niſi etiam ſuſcepta fortiter gereres. Nam clæmentia: Aliquid clæmenter: Iuſte: benigne: fortiter facere: habet quandam cum iocunditate laudem. Qui enim has uirtutes in aliquo homine poſitas uidet: quadam iocũditate in eis audiendis afficitur. Omnes enim hæ uirtutes: Et reddit ratiõez: cur ſint hæ uirtutes: quæ in hominũ magis animis: q̃ in ingenio conſiderant̃ aptiores ad laudem: quia eiuſmodi uirtutes magis delectant auditores: cum in aliquo eſſe dicuntur: ꝓpterea ꝙ eius naturæ ſunt: ꝙ potius aliis: q̃ his qui habent fructuoſiores eſſe putantur. Fructuoſæ: Vtiles: & ideo ſunt aptiores laudationi: q̃ quæ ſequũtur. Sapientia: & magnitudo animi: Quia tãetſi ſapiẽtia: & magnitudine animi res omnes gerantur cum his ipſis: qui eas poſſident: plus laudis aſſequitur: q̃ qui eas audiunt aliquid utilitatis afferant. Et e conuerſo: Quia nõnihil ſuperbiæ: & arrogantiæ afferre uidentur. Tenues: Eo ꝙ ſapientia: & magnitudo animi uidetur potius arrogantiam: & inſolẽtiam præ ſe ferre: q̃ benignitatẽ hominibus. Putantur: .ſ. ab his qui audiunt. Et in excogitando uis quædam ingenii: Quantuz ad facultatem ingenii. Et ipſa eloquentia: Quantuz ad magnitudinem: & fortitudinem animi: hæc omnia: quæ pertinent ad magnitudinem animi: & ſapientiam: & ingenii: excellentiaz quãdã habent: plus admirationis: q̃ utilitatis. In excogitando: Vt aliquis ſit promptus ad inuẽienda conſilia. Sed in laudando: Non hoc ideo dixerim cur alteꝝ tantũmodo genus uirtutis in eo prædicari uelim: quẽ laudandum eſſe dixerim: Sed ideo hanc differẽtiaz poſui: ut ītelligatis: quæ maiori iocunditate auditoros afficiant. Nam ſunt ambo coniuncta in laudando.

Tamen: Quãuis alia aliis ad laudem aptiora: tamen ſunt iungenda inuicem hæc duo genera uirtutuz. Ferunt enim aures hominuz: Quia patiuntur aures auditoꝝ: modo ab his: modo illis uirtutibꝰ laudari. Cum illa: Quæ iocunda: ſecũdum primuz illud genus. Tum etiam illa: quæ mirabilia: Secũduz alteꝝ uirtutis genus ſupra memoratuz. Quæ iocunda: & grata: Differt inter iocunduz: & gratum: quod iocundum in re læta dicitur. Gratum uero in aduerſa: quod teſtimonio cum alioꝝ: tum maxime ipſius Ciceronis apparet: a quo diligentiſſime eiuſmodi differẽtia obſeruat̃.

Mirabilia: Vt ſapiẽtia: & magnitudo animi. Et quoniam: Nunc incipit præcipere qũo: & qua uia ex unaquaq; uirtute laus duci debeat. Nam ab oĩbus uirtutibus: & generaliter: & perticulariter oſtendit qũo poſſimus deducere laudem. Scimus enim genera uirtutuz quattuor eſſe: Iuſticiam: prudentiam: fortitudinez: & modeſtiam: Et ſuaz quãq; partem habere: quas explicabit. Et primo incipit: qũo aliquem a iuſticia laudare poſſimus: ac debeamus. Certaq; officia: Alteꝝ alterius eſt expoſitio: quia aliud officiuz eſt prudentiæ: Aliud iuſticiæ: Aliud fortitudinis: & aliud temperantiæ.

Debetur: Quia alio modo a iuſticia: Alio a prudentia: Alio a fortitudine: Alio a temperantia laudemus quẽpiam. Quid cum fide? Ecce iam fides eſt una pars iuris naturalis: quæ appellaꝫ ueritas: Vt in arte ueteri. Ius naturale eſt rei publicæ gubernandæ cum ueritate. Ad ueritatem pertinet fides. Ille enim fidem ſeruare dicitur: qui a ueritate non diſcedit. Cum fide: Ad ueritatem. Quid cum æquabilitate? Aequabilitas eſt pars iuris conſuetudine. Nam ſicut ibidem etiam tractauit: triplex genus eſt iuris. Nam eſt ius conſuetudine: Ius lege: Ius naturæ. Ius naturale tetigit: cuꝫ dixit: Cum fide. Nunc tangit ius cõſuetudine: quæ appellatur ex pari. Nam ius conſuetudine dicitur: cum pactum: par: iudicatum: factum eſt. Pactuꝫ: quod duo: uel plures inter ſe pepigerit. Par: quod ex æquo: & bono conficiẽ. Iudicatum: de quo ſapientes uiri aliquãdo iudicauerint. Cum igitur a iuris conſuetudine eum laudabimus: queꝫ laudanduꝫ ſuſceperimus. Laudabimus eum: ꝙ nunq̃ ab eo: quod pepigerit: diſceſſerit. Quid cum eiuſmodi uirtute? Quod ad iuſticiam pertinet. Nam: ut de iuſticia: ita etiam de aliis intelligenduꝫ eſt partibus iuſticiæ: Vt cum pietate patrem: ac deos: & parentes coluerit. Gratia: Vt bene merentibus p̃miuꝫ: male merentibus pœnam. Obſeruantia: Vt debitum dignioribus reddiderit. Itẽꝙ in cæteris: Admonet cum res geſtas alicuius: quẽ laudanduꝫ ſuſceperimus narrare cœperimus: oſtendamus eas non aliter: q̃ cum uirtute factas eſſe. Non enim ſunt tam laudabiles: ſi magis fortuna: q̃ uirtute geſta eſſe uideantur: ut ea quæ geſſerit: fortiter: prudenter: moderate: manſuete: iuſte: pie. Fecerit. alioquin fortuitu potius: q̃ conſilio geſſiſſe uideri poſſet. In cæteris: .ſ. laudibus: quẽadmoduꝫ de laudibus iuſticiæ. Officio: Quod uel ad fidem: uel æquabilitatem pertineat. Genus: Vt res geſtas ſuas: Nunc ad iuſticiam: Nunc ad fortitudineꝫ: Nunc ad prudentiaꝫ: Nunc ad temperantiaꝫ accomodemus. Attendẽdum eſt quid dicat genera uirtutum quattuor ſunt: Prudentia: fortitudo: iuſticia: & temperantia. Vim: .i. ad uim uniuſcuiuſꝙ uirtutis. Vnaquæꝙ autẽ uirtus ſuas partes habet. Nam ſi dixerimus aliqueꝫ prudenteꝫ fuiſſe: ſumemus argumenta a partibus prudentiæ: quæ ſunt: Memoria: intelligentia: & ꝓuidentia: & dicemus: & in gerendo memoria præteritoꝝ: & intelligentia præſentium: & prouidentia futuroꝝ uſum fuiſſe. Nomen: Ad utrũꝙ. Nam unuꝫ nomen etiaꝫ genera habet: & partes. Fortitudo: Habet nomen ſuum. i. fortitudo. Patientia uero: tolleran tia: perſeuerantia: hæ partes ſunt fortitudinis: ad quas partes accomodãtur res geſtæ laudati. Gratiſſima autem laus: Nunc præcepta dat laudis: quæ ſumitur a fortitudine. Dicit enim cum oſtendimus aliqueꝫ fortiter: & cum labore aliquid ſuſcepiſſe: quod non tam ſibi: q̃ aliis prodeſſet: gratiſſimam laudem habere uidebitur. Nam & ſi quis aliquid laborioſum ſuſcepit faciendum ſpe magni premii propoſita: non tam uidetur laudandus: quia niſi ſpes proprii commodi fuiſſet: non huic periculo ſe expoſuiſſet: Et ideo: quia nec propriæ utilitatis ratione cõſiderata periculum ſubierit: ille laude dignus erit. Emolumento: .ſ. proprio. i. ſpe utilitatis: quia niſi ita eſſet: potius temeritas appellanda eſſet: quia fortitudo eſt periculoꝝ ſuſceptio: &

laboruꝫ cum rationis utilitate ꝓpeſſio. Quæ uero: Ita quidem magnam præ ſe ferũt laudẽ: quæ fortiter ſunt lata: ſine ſpe ꝓpriæ utilitatis: & p̃mii: ſed ea multo maiorẽ: quæ non ſolũ ſuſcipiunt̃ ſine emolumẽto: ac p̃mio: ſed etiaꝫ cum maxĩo labore: ac ſalutis diſcrimine. Ea eniꝫ maxĩaꝫ habẽt laudãdi materiã. Nam ea late patent: ſi quis oſtẽdi poterit: nunq̃ quoaduixerit in periculis belli: paciſq; rei publicæ defuiſſe. Labore: Ad patientiaꝫ. Periculo: Ad magnitudinẽ animi. Copiam: Et quia inquit aliq̃n orator poteſt in eiuſmodi materia late uagari: & amplificatiõibꝰ: quibꝰ uoluerit uti: Deinde etiã auditores benignos hẽbit. Omnes eĩꝫ æquiſſimis auribꝰ audiẽt: qui nõ ſua: ſꝫ alioꝝ: & cõmuni utilitate picula ſubierit. Fructuoſa: Ideſt utilis: ſi illi: qui ea ſuſcepit: fuerit laborioſa: & piculoſa. Laborioſa: Ad patiẽtiã. Periculoſa: Ad magnitudinẽ animi. Certe gratuita: Ad libe ralitatẽ. Gratuita: .i. ſine p̃miis. Naꝫ gratuituꝫ dicit̃ illud: quod quiſq; facit ſine ſpe p̃mii. Magna etiã laus: Laudauit a partibꝰ iuſticiæ: A magnitudine laboꝝ: A piculis: & a gratia. Nunc laudat a pſeuerantia: quæ magna pars eſt fortitudinis. Tuliſſe caſus ſapiẽter: Hoc totũ eſt pſeuerãtiæ: quia ita pſeuerãter in omni fortuna caſus tulerit huiuſmodi: ut ſemp uirtutem uoluerit eſſe ſupiorẽ. Retinuiſſe: .i. noluiſſe unq̃ ſe ſubiicere alicui rei: quæ ſibi piculo eſſe poſſet. Neq; tñ non ornant: Laus ſumit̃ a recto: & laudabili. Nam honeſtũ diuidit̃: in rectũ: & laudabile. Rectuꝫ eſt: quod cũ uirtute: & iuſticia fit. Nam rectũ diuidit̃ in quattuor illas uirtutes: Prudentiaꝫ: iuſticiã: fortitudinẽ: & modeſtiã. Laudabile eſt: quod cõficit: & p̃ntez: & conſequẽtez cõmemoratiõez honeſtã. Et docet: qũo loci laudãdi ab his rebꝰ ſumant̃. Neq; nõ ornãt: .i. ornãt. Senſus eſt: q̃uis dixeriꝫ ſumi ex uirtutibus laudatiões: tñ etiã hæc exornãt: quæ ad honores: quæ ad dignitates: & ad res geſtas ꝓtinẽt: cuꝫ p̃ſertiꝫ eiuſmodi ſint: ut iudicio hoĩuꝫ ſint cõprobatæ. Habiti honores: Naꝫ cũ oſtẽdimus euꝫ: qui laudat̃ a nobis magno in honore ſemp fuiſſe: & ab his quideꝫ: qui honorati & ipſi fuerũt: non paꝝ laudis ſequit̃. Decreta uirtutis p̃mia: Pari ratiõe ſi oſtẽderimꝰ euꝫ: queꝫ laudabimꝰ: publicis aliq̃n beneficiis affectũ fuiſſe: hoc quoq; laudẽ eius non mediocriter cõmẽdabit. Res geſtæ: Si oſtẽdere poterimꝰ illum aliqd: aut domi: aut foris p̃claꝝ geſſiſſe. Cõprobatæ: Quod uidelicꝫ ea quæ geſſerit: is quẽ laudare ſuſcepimꝰ: dicemꝰ ſemp a ſapiẽtiſſimis uiris fuiſſe cõprobata. In qbꝰ etiaꝫ fœlicitatẽ: Accedit etiã: ut ſi ad uirtutes fortunã quoq; acceſſiſſe dicamus: ut eaꝫ quadã ratiõe obſecutã fuiſſe ſtudiis eius: quod Cicero facit in Pompeio: fortunæ coniũxit belli gerẽdi prudẽtiaꝫ. Deoꝝ immortaliũ iudicio tribui laudatiõis eſt: .i. ꝓtinet ad laudatiõez: q; diuina quadã ꝓuidẽtia factũ fuiſſe dicamꝰ: & quodcũq; geſſerit ſibi proſpe ſucceſſerit. Sumẽdæ aũt referũt: Sed quia dixit oſtẽdere quas res attribuere debeamus ei: quẽ laudamꝰ: ſi forte incidet: ut aliqd geſſerit: attẽdẽduꝫ eſt: cuiuſmodi aut quales fuerint res geſtæ: quia ſi tales erũt: ut laudatõez mereantur: eas in mediũ ꝓferamꝰ: Sin uero hũiles: ꝓut ea erũt argumẽta ſumamꝰ: quæ ipſi rei: de qua agit̃: cõuẽire uideamꝰ. Magnæ: Dictũ eſt cũ de locis tractareꝫ tribus modis quid cuiq; præſtat: & qua rõe: aut ui: aut ſpecie: aut

numero: aut etiã affectiõe ad illã rem: de qua agimus. Nam dicit quibus rationibus p̃stare dicant̃ res eius: quẽ laudabimus. Magnitudine: Numero cuꝫ ostẽdim⁹ ĩnumera fuisse. Nouitate: Affectõe: quia magis afficimur ad res nouas: q̃ ad usitatas. Singulares: Specie: quia ostẽdim⁹ res gestas illius eiusmodi esse: quæ illi apud posteros ĩmortalitatẽ cõparare possunt: & specie dicim⁹ p̃stare ea: quæ stabilia sũt. i. quæ potiora sunt: uidelicꝫ ea quæ amitti nõ possunt: q̃ quæ amitti possunt. Neqꝫ eniꝫ paruæ: A cõtrariis eiusmodi res etiã esse dicem⁹ in eo: quẽ laudabim⁹. Paruæ: Ad id: quod dixit magnitudine p̃stantes. Vsitatæ: Ad id: quod dixit: aut nouitate primæ. Vulgares: Ad id: quod dixit: genere ipso singulares. Est etiã cuꝫ p̃stantibus uiris: Hoc etiã non est p̃termittẽduꝫ: ab alicuius cõparatõe laudari posse euꝫ: quẽ ornem⁹. Sed est attẽdendũ nõ esse faciẽduꝫ: quod multi uitiose faciũt: ut in cõparatiõe dnoꝝ: alteꝝ uitupent: alteꝝ uero laudent. Neqꝫ eniꝫ ex uitupatiõe alterius aliuꝫ laudare poteris: Si sequeris Homeꝝ: aut Virg. Homerus Achillẽ. Virg. Aeneaꝫ laudat. Hic Virg. Aeneam turno: Homerus Achillẽ Hectori p̃fert. In cõparatõe igit̃ seruãduꝫ est: ut cuꝫ duos laudamus: alteꝝ alteri p̃ponẽduꝫ esse ostẽdamus. Cuꝫ p̃stantibus: .s. cuꝫ euꝫ de quo dicim⁹ laudãdo p̃claris uiris cõparam⁹. De quo genere: Hic ostẽdit rõeꝫ cur tam multa de laude disputauerit: cũ etiã supius dixerit: hãc non esse a cætera dicẽdi ratiõe separãdaꝫ: quia fortasse obiici posset: qd tam multa dixisti nũc Cicero de hac laude? cuꝫ supius dixeris ab his nõ esse separandã: Ideo dixit: non q̃ eam magnope ad usuꝫ forẽseꝫ p̃tinere existimaret: sed q̃ ostenderet neminẽ posse laudare: nisi uirtutũ cognitiõeꝫ teneat. Nam cuꝫ oĩs laus a uirtute ꝓficiscat̃: neĩeꝫ laudare poterim⁹: si non uirtutũ gen⁹ omne tenuerimus. Omniũ cognitiõeꝫ: Cum supius ostẽderet Antonius: quid in oĩbus causis facere soleret. Iam uitupandi p̃cepta: De uitupatõe non magnope p̃cepta dãda sunt: si quis de laudatõe p̃cepta didicerit. i. si qs laudãdi præcepta cognouerit: Idem e cõtrario uitupãdi præcepta nouerit. Vbi eiꝫ laudãdo aliqd iuste factũ dixerim⁹: ita ĩiuste factũ uitupãdo fuisse dicemus. Simul & illud ante oculos: .s. est. Proprie notãdũ est diligẽter: ut laus cuꝫ laudato cõsentiat. Sunt eiꝫ nõnulli: qui laudãtes aliquos potius eos uitupãt. Sunt eiꝫ qui aliqua alicui tribuũt: quæ potius illusio quædam appellanda est. Proprie: Vt cum laudato laus ipsa cõsentiat. Copiose: Per amplificatõeꝫ: cum eius: quẽ laudare uoluerimus: res gestas amplificauerimus. Insignite: Expresse. Aspere: Acerbe per ĩdignatiõeꝫ: exaggerando uitia eius: quẽ uitupamus. Notari: Ignominia affici. Atqꝫ his locis: Et hi loci q̃is nõ sint ꝓprii causaꝝ: tñ nõnunq̃ incidũt: ut cuꝫ accusamus: etiam uitupamus: Aut cum defendimus: laudamus quoqꝫ.

HABETIS De ĩuẽiendis: disponẽdisqꝫ rebus qd sentiam: Hic est qntus & ultimus tractatus huius uoluminis: In quo agit̃ quibus rebus artificialis memoria cõsistat. Et de hoc recte subsequẽter tractat. Nam cuꝫ qnqꝫ sint rhetoricæ artis partes ĩtegrales. s. Inuẽtio: dispositio: elocutio: memoria: & ꝓnũciatio. Supius Antonius de inuẽtiõe: & dispositiõe tractauit. Crassus etiã in sua disputatiõe: de ꝓnũciatiõe satis dixit. Conuẽienter ergo de hac memo-

ria artificiali præcipit. Sed primū caput cōtinet: quis primꝰ artificioſe memoriæ inuētor fuerit: Deinde de locis: & imaginibus tractat: qbus artificioſa memoria continet. Vt labore: .i. Craſſo laborē diminuā: de elocutiōe diſputaturo. Neqꝫ enim: Niſi elocutiōeꝫ: quæ docet ornare inuēta: & cōponere. Hæc exornent: .ſ. elocutio: quæ docet exornare inuēta: diſpoſita: & cōfirmata. Perge uero inqt Craſſus: Senſus eſt. Perge inquit: & diſputatiōeꝫ tuā ꝓfice: Iam eniꝫ cōſecutus ſum: quod mihi magnope placuit: ut te cognoueriꝫ huius artis pitiſſimū: q̄uis tu diſſimulaueris te eloquētem eſſe: exercitatiōe potius: & diuturna ꝛſuetudine: q̄ arte. Et oīa quæ facis: natura potius: q̄ arte facere dixeris. Euellatum: .i. detectū. Ante eniꝫ delituiſti: quaſi impitus huius artificii. Trāſlatio ſūpta eſt a mulieribꝰ: quæ uello caput: & faciēꝫ tegūt. Integumētis: .i. illis īuolutiōibus: quia te īuoluebas quodāmodo: & impitū te eſſe ſimulabas. Diſſimulatiōis tuæ: Ac ſi dicēret: nunq̄ deīde diſſimulare poteris te rudem eſſe. Iam iſtud: Paulo poſt inquit oſtēdes: nūqd magnū: an paruū ſit: quod tibi reliqueriꝫ. Erit in tua poteſtate: .i. iudicio tuo relinquēdū arbitror. Si ui uere agere uolueris: .i. ſi tractare uolueris: ſicut uis: atqꝫ natura rei poſtulat: de qua diſputaturus es. Omīa: Nam in elocutiōe uis oīs oratoria cōſiſtit. Diſſimulare: .i. uolueris occultare rei magnitudinē. His ſatiſfacias: .ſ. qui te audituri ſūt. Nam niſi de elocutiōe tractaueris: quēadmodū tua dignitas expoſtulat: ꝓfecto his: qui te audire deſiderāt: minime ſatiſfeceris. Sed ut ad rem redeaꝫ: Nunc ſe ad ꝓpoſitū redire dicit Antonius: ut de mēoria artificiali dicat. Et primo dicit: qs primꝰ fuerit inuētor mēoriæ artificialꝭ: Deīde quibꝰ rebus ꝛtineat. ſ. locis: & imaginibꝰ: ut ego īquit a ꝓpoſito nō diſcedā: nō ego excellentia quadā ingenii ſum: ſicut Themiſtocles fuiſſe ꝓhibet: qui cuꝫ audiſſet quēdaꝫ ꝓfiteri artē memoriæ: reſpōdiſſe dicit: malle ſe quēdaꝫ: qui doceret artē obliuiſcēdi. Ego uero nō ita: ſed habeo gr̄am Simonidi: qui eam inuēnit. Themiſtocles: Is teſte Quīntiliano: unuꝫ intra annuꝫ optime locutꝰ eſt ꝓfice. Simonide Chio: Plinius ſecūdꝰ poſtq̄ exēpla multoꝝ: qui excellēti mēoria fuerūt: ꝓpoſuit. Ars poſtremo inquit ei rei facta: & inuēta eſt a Simonide medico: cōſumata a Metrodoro Sceptio: ut nihilnō iiſdē uerbis redderet auditū. Pertuliſſe: Tradidiſſe: apuiſſe. Dicūt eniꝫ: Hoc ideꝫ & Quintilianꝰ libro īſtitutiōuꝫ undecimo refert: Sed hoc amplius addit. Eſt aūt inqt magna īter auctores diſſenſio. Glauco ne Charyſtio: An Leocrati: An Agatarcho: An Scopæ ſcriptū ſit id carmen: Et Pharſali fuerit hæc domus: ut ipſe quodaꝫ loco ſignificare Simonides uidet. Atq Apollodorus: Eratoſthenes: & Euphorion: & Lariſſæuſ Eurypilus tradidērt. An Cranone: Vt Apollas Calimachus: queꝫ ſecutus Cicero hanc famā latius fudit. Scopaꝫ nobileꝫ Theſſalū periiſſe in eo cōuiuio cōſtat: addiicit ſororis filiꝰ: & infra. Quanq̄ mihi totū de Tyndaridis fabuloſuꝫ uidet: neqꝫ oīno huius rei meminit uſq̄ poeta ipſe ꝓfecto nō taciturus de tanta ſua gloria: ex hoc Simonides facto notauit. Gramione: Vt ſi diceres Carthagine: & ē oppidū Theſſaliæ. Fortunatū: .i. diuitē: & nobileꝫ. More poetaꝝ: Qui cauſa laudandi: & amplificādi ſæpe īgrediūtur. Sordide: .i. auare: Vnde auaritia

sordes dicimus. Tyndaridis: Idest Apolluce: & Castore Tyndari filiis.

Tyndaridis: Inuidiose dixit per ignominiaz. Nam Tyndarus fuit uir Ledæ: cuz qua Iuppiter cõcubuit in forma cigni: Inde nata sũt gemĩa oua: Ex uno Castor: & Helena nati sũt: Ex altero Pollux: & Clitẽnestra. Paulo post: .i. sub hãc respõsiõez Scopæ. Cõclaue illud: Cõclaue locus est: quod græco uocabulo dicit tricliniũ a tribus stratis lectis. Nam Quintilianꝰ ubi de eadez re tractat: sic ait. Vix eo limẽ egresso: triclinium illud supra cõuiuas corruit. Et cõclaue magis est generale: quippe cũ significet nõnunq̃ partem quãdã in penatibꝰ remotiorẽ: in qua uel uiri colloqui: uel mulieres cõfabulari solent. Humare: Sepelire. Plinius in naturali historia iis uerbis differentiã facit ĩter humare: & sepelire. Sepultus inquit ĩtelligit quoquo modo cõditꝰ. Humatus uero terra intectus. Obtritos: Cõfractos ruina: ita ut nec os: nec facies dignosceretur. Simonides: Regitur a uerbo meminiscz.

Ordinẽ esse maxĩe: .i. ordinẽ plurimuz ualere ad memoriã renouandaz.

Hanc: .s. mẽoriaz artificialẽ. Memoria eiz est pars ingenii. Nam sine ĩgenio memoria effici nõ potest. Effingẽda: .s. imaginibꝰ locoꝝ in sua quibusq; loca. Imagines sunt quædã quasi lĩræ: quæ locis ĩpositæ admonẽt nos: quid mẽoriæ conuẽiat. Locoꝝ ordo: .s. teneamꝰ: Primũ: secũduz: tertiuz: quartũq; locuz: & sic deiceps. i. ut quo ordine in locis imagines disposuerimꝰ eaꝝ similitudine etiã res imaginũ notatas tenaciter recordemur. Vt locis pro cæra: Vt loci essent tanq̃ cæra. Vt eiz in cæratis tabulis lĩræ scribũtur: ita etiam in locis imagines efingũtur. Antiqui eiz cæratis tabulis scribebãt.

Quis sit autẽ? More eius: qui de aliqua re p̃cipit primo facit attentos. Laudat eiz hanc artẽ memoriæ. Scimꝰ eiz cuz attẽtos facere, uolumꝰ auditores: policemur nos dicturos de re magna: & iusitata. Dicimus eniz de re magna: cuz eius fructũ ostẽdimꝰ: De re iusitata: cuz rarã p̃mittimus. Dicit eiz. Quid opus est: ut de cõmoditate: & utilitate memoriæ dicã? Naz siue a reo: siue ab accusatore: siue a teste aliqd pdiscere uoluerit: siue ilꝑ respõdere optimuz erit: atq; p̃claꝝ hanc artez tenere oratorẽ: ut non modo audiri: quæ dicanť: sed corde iligniri: & iprimi uideanť. Quid me attinet dicere? Ac si diceret: res manifesta est: ut dici non oporteat. Fructus: Percipiendo.

Vtilitas: Vsu in dicẽdo: uis in retinẽdo: quia facit momoria: ut quæ semel pcepimꝰ: tenaciter retineamꝰ. In accipiẽda causa: .i. in discẽda causa a reo: cuz cliens cãm oratori declarat: & eam ita declaratã retinet. Ratõez: Idest nõ solũ sentẽtias: sed uerba: quæ descripta dicere paraueris: in aĩo retinere. In pectore: In aĩo. Vnde? .i. a quo discas: ut genꝰ unde latinuz.

Non infundere: Vt cuz loqũtur: nõ uideanť auribꝰ tuis orõez obiicere.

Inscribere: Quia tu ea uerba p̃nũciata: siue a reo: siue ab aduersario ita imaginibus qbusdaz in aĩo notabis: ut quodãmodo inscripta uideanť esse.

Infundere: Dicendo. Inscribere: Quasi notãdo. Itaq; soli: Ergo quia hæc oĩa beneficia p̃stat mẽoria: seqtur: ut hi soli cæteris sint anteponẽdi: qui mẽoria ualeãt. Sciũt eiz oĩa: quæ ad cãm ptinent. Quid: & quatenus? Quo pacto oẽs cõplectit partes orõis? Quid? Ad essentiã rei: ut ita dicã. Quatenus? Ad q̃titatẽ. Et qũo: ad ordinez ipsius rei. Quid

Curiam: .i. ſenatus. Continẽs: pro contẽto. Toga: Inſtrumẽtuz pacis pro pace: Sicut arma pro bello. Luxuria: .i. luxurioſus. Res pro ꝓſona: Sicut fides: & iuſticia. Inflexo: A ſua ſignificatiõe. Commutato: Cuz uerbũ pro uerbo ponit. Cum ſunt finitima: .ſ. huic trãſlatiõi: quæ metonymia eſt. Proxima eſt ĩtellectio: de qua nũc dicere aggredit: cum uerbuz flectit: atq; ĩmutat: ut aliud dicat: aliud ĩtelligat. Parietes: ac tecta: Domus partes: ut ipſi parietes curiæ tibi gratias agere uidentur. Vnam turmam: Partẽ pro toto: Turma pro equitatu: Vt Romanus pro oẽs Romani. Vt nos ſumus Romani: cum unus tantũmodo ſit: qui loquatur. Rutuli: Quia Troiani rutulis coniũcti uno oẽs noĩe latini ſũt appellati. Aut quocũq; modo: Vt inſtrumẽtuz pro populo: Vt fariſſæ pro theſſalis: & macedonibus. Pilla: pro Romanis. Abutimur: Non per tranſlatiõez modo aliud accipit: q̃ dicit: ſed per abuſiõnez. i. per acyrologiam. Non impudenter: Non ſine pudore. Grandez: Pro longa. Vez uidetis: Concluſio ſupradictoz. Ita ergo: Quãdoqdẽ mutatiões fiũt: cuz ſingula uerba ſumunt: Aliæ ex uerbis iuſitatis: Aliæ ex nouis: Aliæ ex trãſlatis: Sequitur triplex eſſe uerboz genus. Coniũctiõe: .i. compoſitiõe: ut faxifragus. Nouitate: Declaratio eſt nouitate: ſub qua coniũctio continet. Nouitas enim fit: uel per cõpoſitiõez: ut expectorat: uel per deriuatiõez: ut indigitalis. Auribus: Ne nouitas uerbi auriũ iudicio officiat. Conſuetudini: Ne oĩno ſit iuſitatuz. Quod: .ſ. tranſlatũ. Verboz tranſlatiõez mirifice laudat.

SEQVITVR: Nunc quartū ſequitur caput: ubi de compoſitiōe tractatur. Collocationez: Vt uerba apte ponātur. Modum: Menſuram longioris: uel breuioris periodi: quæ formaz quādam oratiōis conſtituunt. Componere: Coniungere. Struere: Ordinare. Hiulcus: .i.ne horrida ſit iunctura: Vt uacæ: æneæ: amœniſſimæ. Aſpera: Vt Paromoeon: uel omoeoteleuton: ut Tite: tute: tate: ut īfantes: ſtantes: lachrymātes. Coagmētatis: Cōpaginatis: quod opponit hiulcis. Lenis: Opponitur aſperitati. Quaſi lepida: Syntheſis: cōpoſitio polita. Teſſerulis Albutii uerba quadratis in pauimento lapillis: aut lignis apte poſitis cōparat. Lucilius ꝓnonæ ſoceri mei luſit. Is enim ſocer Craſſi. i. Scæuolam ītroduxit ludentez in Albutiuz: ꝙ molli utereť compoſitione uerboꝝ. Emblemate. Impreſſione: ligno: lapillo ue. Vermiculato: Minuto: Nonius Marcellus. In me: .i. qui mihi etiam illuſerit. Rhetoricoteros: Græce dixit elo quētior. Eſt enix a forma græca deductuz. Quid ergo iſte: Lucillius Albutiū facete dixit: Illuſerat: ꝙ ſe diceret aptiſſime uerba poſuiſſe. Nec excluſerat Craſſum: cui nihil deeſſet: cur ꝑſtantiſſimus diceret orator: ꝙ haberet genex rhetoricoteron. Nunc ergo de ſe Craſſus loquens. Quid inquit gener iſte tuus fecit? Abuteris: Illudēdo. Illud: Vt uerba coniūgat. Sed eſt tamē: Quāuis ille riſerit: ſcita tñ eſſe debz uerboꝝ collocatio. Vtrūꝙ: Scilicet cohærentez: & coniūctam. i. non hiantez. Lenem: .i. non aſperam. Nam cohærentez eſt expoſitio eius: quod dixit: iūctam. Aequabiliter fluentem: eſt expoſitio eius: quod dixit: lenem. Cuz primis: .i. cuz proximis. Vaſtius: Hiantius. Hanc diligētius: Hactenus de collocatiōe .i. cōpoſitione dixit: Nunc de clauſulis incipit dicere: qūo claudať oratio: per coma: per colon: per periduz. Coma eſt mēbri pars. Colon: mēbruz. Periodus: coma ta: & cola compꝛhendit. Modum: Qui in numeris lōgitudine eſt: & breuitate ſyllabaꝝ: uel periodi. Nam modus duplex eſt. Vnus numeri: in ſyllabis uerboꝝ. Alter periodi: in partibus eius: Vt comate: & colo: ex quibus conſiſtit. Forma: Nam clauſula eſt oratiōis forma: quia eaz informat: quaſi materiam īformē. Veteres: Quos ipſi non ſeqmur. Interſpirationis: Pauſæ. Notis: Signis. i. punctis librariox. i. ſcribētiū libros: notæ: ut ſtigme: hipoſtigme: meſaſtigme: teliaſtigme. Nam hipoſtigme coma facit: ut meſaſtigme colon: ut teliaſtigme periodon. Interpunctas: Internotatas. Modo: Menſura. Clauſulas: Quia ῥba ipſa: atꝙ ſentētiæ bas in oratione clauſulas cōficerēt. Aſtrīgerent: Numeris ſubiicerēt. Quondā: apud ueteres. Machinati: In uerboꝝ coniūctione: quæ numeris: & cantu cōſtat in uerſu. Numero: Qui eſt in ſyllabis. Auriuz ſacietatē: Quæ pronūtiatiōis ſuauitatez deſiderant. Dixerunt: Iſocrates: & diſcipulus. Hæc igitur duo: Maiores poetæ quidem: & muſici cantum īuenerunt & uerſum: ut aures delectatiōe mulcerent: ſed hic ab oratorio diſtat. In quo illud eſt: Miruz ꝙ quaz in oratione uolumus cuiuſdā uerſus formaz & modum: ea tamen ſi in uerſum plane exierit: uitioſa ſit. Cadere: Exire. Perficere: Exitu: & coniūctione quadrata ꝑficiť. Quadrare: Apte iūgere. Numeroſa: Quibuſdaz numeris: & pedibꝰ. E multis: Quæ

peritus ab imperito distingūt: & ex cōtrario diffinit oratorem. Spiritu: Quātus spiritꝰ suppeteret. Illigat: Conglutinat. Complectat: Comprehendit. Numero: Versu: qui numerosus est. Nam clausula cum arte .i. artificiosa: est forma oratiōis: quia sic materia formam accipit arte adhibita. Iunxit: Constrinxit. Forma: & modis: Alterꝫ est expositio alterius: & id est modis. Nam mensura syllabarꝫ: & periodi: ut supra dictus est: clausulam facit: quæ est forma oratiōis. Modis pluraliter dixit: quia duo sūt modi: Numeri: & periodi. Relaxat: Quia liberior est: q̄ uersus. Quasi certa lege uersus: Qui si mutet: aut minuat: stare nō potest. Oratio uero utrūq; patit: ideo etiaꝫ soluta uocat. Non est: Quærit: & continuo respōdet ipse sibi. Flexibile: Quia tenerum: ideo flexibile. Quæ oratio: Quæ pro uolūtate mutat. Versus: Poetarꝫ ꝓprie. Dispares: Vt iambi. Nam heroici: & elegi conciniores sunt. Multorūq; generꝫ: Vt humilis: mediocris: sublimis: ex sermone: ex contentiōe. Ad usuꝫ quotidianū: Vt sermo. Ad scænam: pompāq;: Vt contentio. Sustulimus: Oratōeꝫ ad scænaꝫ pompāq; formātes. E medio: E cōmuni: & uulgari. hoc est humili. Vel certe e medio. i. mediocri. Ad nostruꝫ arbitriuꝫ: .i. ad uolūtateꝫ nostraꝫ. Graues: In sublimi genere. Subtiles: In humili. Mediuꝫ: Planum est. Voluptateꝫ: Varietas uolupratē parit. Armorꝫ: Cuꝫ animos auditorꝫ ad misericordiaꝫ flectimus. Sermone: cum incitamus in iram: contētione utimur: quod nos ipsa natura tanq̄ benigna parens sponte admonet. Dignitatis: Pro rei excellētia. Venustatis: Pulchritudinis. Incolumitatis: Dignitas incolumitateꝫ. Pulchritudo uenustateꝫ parit. Ex dignitate uenustas. Ex īcolumitate salus. Sed e contrario magis uerba ita iungunt: ut priorib⁹ proxima ꝓponderēt. Aliq̄n hæc per illa exponunt: ut hic.

Omniuꝫ causa: Probat quæ ad necessitatē: & utilitateꝫ homīuꝫ natura ꝓduxit: eadem uenustati: & dignitati conducere: ex quo fit: ut quod natura necessariuꝫ dedit: hoc etiaꝫ uenustuꝫ sit: ut ex cœli terræq; ꝓcipit conditiōe: siderūq; ordine: ac motu: nec non arborꝫ fructu: & amœnitate. Statum: Conditiōeꝫ. Teneat: In centro. Sua ui: Suis ipsa librata ponderibus: quia undiq; cogitur in centrum. Nutuq;: .i. momento τῆς ῥοπῆς. Circūferat: Sol per zodiacuꝫ pagit cursum succedente luna: & ab antipodibus per eundem redit ad superos. Brumale: Tropicū hyemale: quo tempore est in capricornio: cum breuissimi sunt dies. Ascendat: Ad tropicuꝫ æstiuuꝫ: cum est in cancro. Diuersam: Quia brumale signum inferius est: tropicum supius. Vel certe: quia luna semder fertur obuia soli. Virgilius. Et soli semp contraria phœbe. Accessu: Quia soli apropīquās maior uidet: sicut e diuerso: a sole recedens minor apparet. Eadem: Ab oriente ad occasum: & e cōtrario. Quinq; reliqui planetæ: Qui septeꝫ sunt cum ipso sole. Lege Ciceronem de natura deorꝫ. Nam stellæ natura sunt flāmæ. Immutata: Quia si ab ordine cederent: omnia ꝓirent. Referte: Reuocate.

Formaꝫ: & figuraꝫ: Illa ex hac ꝓcedit. Nullaꝫ parteꝫ corporis: Membra cum suis partibus. Non trūcus: non rami: Quæ oīa utilitatis sunt: & uenustatis. Relinquam⁹: Hactenus de natura cœlestiū: atq; terrestriū:

Nunc de artibus. Quæ latera: Sine quibus aqua prohiberi non posset.

Carinæ: Latera nauis sustinēt. Fastigiuꝫ: Culmen hoc loco. Non uenustas: Nam necessitatis primū fuit: cui uenustas deinde occulta quadā ratiōe successit. Capitolii: Per excellētiaꝫ posuit. Ex utraqꝫ tecti parte: Necessitatis hoc: ut utrīqꝫ dilaberet imber. Hoc item in oībus: Confert similitudineꝫ ad ratiōeꝫ oratiōis. Vtilitatē: ac ꝓprie necessitatē: Necesse est: ut īterloquēduꝫ respiremus: Idem gratum auditoribꝰ: ut īterpunctim ꝓnūciemus. Angustiæ: Breuitateꝫ. Clausulas: Quibus finitur oratio. Interpūcta: Quibus oratio cæditur: siue ꝓcomata: siue per cola.

Id inuentuꝫ: Quod necessariuꝫ est inquit: id adeo gratum: ut contento spiritu si quis possit ꝓnūciare: non admittat. Id: .i. intermittere: & claudere orationeꝫ. Lateribus: Spiritu. Non tollerabile: Quia nec q̄tum quideꝫ possumus: iubemur continuare. Nolui: .i. complecti: q̄tum uno spiritu possum: & dicere q̄tuꝫ spiritus patit. Naturæ: Quia spiritꝰ ipse nobis oratiōeꝫ ītermittendaꝫ plerūqꝫ diffinit. Nam cum sint: Incipit docere: quibus pedibus claudat oratio secūduꝫ Aristotelem: & Theophrastuꝫ. Quod latius docet Quintilianus: & nos in eius expositiōe copiosius explicauimus. Numeri: Pedes qui numeris constant. Natura: Quia sponte ueniūt in oratiōeꝫ. Sed sunt insignes: Quāuis naturaliter oratōeꝫ pedes illabant: Hi trocheus: & iambus: tamen euidētes sunt nimiū: & ideo separantur ab oratiōe: quo minus artificiuꝫ compositiōis appareat. Minuti autē dixit nō minutissimi ꝓpter unuꝫ pyrrichiuꝫ: qui oiuꝫ breuissimꝰ est. Quare per incursiōeꝫ pedum euidenteꝫ Aristoteles censet iambum: atqꝫ trocheuꝫ segregādos esse. Dactyli anapæsti: Pedes heroici. Impune: Vbiqꝫ: siue in principio: siue in fine. Duos dūtaxat pedes: Quia si a quarto pede progrediare ad q̄ntum: non oratio: sed uersus uidebit. Quibus hi tres: His tribus in principio uti potest orator. In fine aut pæone: & cretico. Decore: Decenter. Qui est duplex: Nam est etiam quadruplex. Nam primus constat ex prima longa: & ultima breui. Secūdus prima breui: secunda longa duabus breuibus. Tertius duabus breuibus una longa & quarta breui. Quartus tribus breuibꝰ ultima longa. Desinite: Quia de est longa: reliquæ breues. Domuerūt: Quartus pæon: & secūdus: secūduꝫ Aristotelem. A supiore: Ab incipiēte prima longa: & in tres breues cadēte. Par fere cretico: Qui constat ex prima longa: secunda breui: tertia longa. Tot igit tēpora habet: quot pæon a supiori: ut auriuꝫ iudicio cōprobat. Creticus: Alio noīe amphimacrus dicit. Neqꝫ uero hic: Pedibus inquit uti tur orator: sed liberius q̄ poeta. Acrem: Vehementeꝫ: & attentaꝫ. Numeri: ac modi: .i. modi numeroꝝ .i. pedes: qui modnlatōeꝫ faciūt. Vel certe: numeri syllabaꝝ: modi periodoꝝ. Ne spiritu quidem: Nec syllaba: qua male posita uersus corrūpit. Vt dicit: Ab hīs: qui de hac re præcipiunt.

Nec ut fugiat: Cum haud teneat. Vnuꝫ sequit ex altero. Nam si non tenet: ergo non fugit. Sine uinculis: Quia non lege certa pedum: sed aurium iudicio conficit oratio. Nam neqꝫ: Vere inquā oportet huiusmodi esse oratiōis moduꝫ. Theophrasto: Qui inter cætera: & de poetica: & de

oratoriis præceptis copioſe ſcripſit. Polita: Leuis. Faceta: Vrbana. Stricte: Vt uerſus. Ex iſtis modis: .ſ. heroicis pedibus: ut ſupra. Vſitatus: Vt hexameter: & pētameter. Eſſloruit: Pululauit. Procerior: Longior q̄ ſpondaicus: uel dactylicus: quia anapæſtico metro pedes adhiberi poſſunt: qui eum tēporibus æquant. Mēbra: Partes. Nam dithyrambi partes mēbra ſunt: ut diximꝰ: metroꝝ. Pedes: Numeri. Alteꝝ pro altero. Locupleti: Vberrima. Et ſi numeroſuꝫ eſt: Genus hoc dithyrambi. Impreſſiones: Proprietates naturaliter inſitas. Interuallis æqualibus: Quia in ipſo dithyrambi genere pedes ponunt: ipſi īter ſe conſentientes. Metiri: Statuere. Ne continuuꝫ ſit: .i. dūmodo īteruallis claudat oratio: uel colis: uol comatibꝰ: & periodis. Rudis: Declaratio eſt: & impolita. Profluens: Sine ītermiſſiōe. Cur repudiet: Nam oratio perennis: & continuo ꝓlata diſplicet. Quod: Videlicet modulari uoceꝫ. Nullius diſtinctiōis: .i. diſcretiōis: quia nō diſcernit ille etiam in oratōe numerus. Quod: .ſ. numeꝝ confici. Cadentibus guttis: Velut a ſtillicidio. Præcipitanti: Velociter currenti. Quod? Quādoqdeꝫ apparet in continuatiōe uerboꝝ non eſſe numeꝝ: ſed in diſtinctiōe oratiōis. Quæ ſi extremo: Præcipit poſterius mēbruꝫ longius fieri: q̄ primū. Vt uerbi cau cauſa. Cum nūduꝫ p̄ſtaret ciuitas Athenaꝝ hac laude dicendi: multa tamen egregia facinora domi belliq̄ mēorāda geſſerat. Cōuerſiōes: Per picdū.

ATQVE HAEC QVIDEM AB HIS: Vltimuꝫ caput: ubi docet uſum: & rationeꝫ pedum nō eſſe admoduꝫ difficileꝫ: ſed concinitatē auribus hoīuꝫ facillime iudicari. Hæc: Quæ de numeroſa oratōe diximꝰ. Ab his philoſophis: .i. pipatheticis: qui ab Ariſtotele deſcēderūt. Eo ſæpius: Nam quo pluribus: ac dignioribꝰ diſputo auctoribus: hoc minꝰ uideor ineptus: alioqn apud tantos uiros puerilis diſputatio iudicari poſſet. Dici ſubtiliꝰ? Quaſi dicat nihil. Iſtis: Iunioribꝰ: Sulpitio: & Cottæ. Proſequēduꝫ: Exequēdū: ne exiſtimēt iccirco hoc me dixiſſe: ut eos ab hac arte deterream. Non traduntur: Ne ipſi uſurpare poſſint quaſi difficiliora. Vulgari: Quæ uulgo a rhetoribꝰ tradit. Maiora: A me diſputata. Difficiliora: Eo ſtilo: quo ab aliis tradūtur. Iſta quæ dicis: Ac ſi diceret: ea ipſa diſputas: quæ abs te deſiderabamus. Neq̄: Quia hæc ſi alius aliter diceret: minꝰ grata eſſent. Ego uero inquit Antonius: Catulli ſententiam ꝓbat Antonius: dicēs ſe nūc deniq̄ illum īueniſſe eloquētē: de quo in ſuo libello tractauerat. Hanc igit: Craſſus ſapiēter: ut inſtituit: nec ſe laudat: nec uitupat: ſed Antonii ſentētia contētus: ad reliqū diſputatōis tranſit: ubi ſe latenter Cicero īnuit eloquētez illum eſſe pfectuꝫ. Hanc legem: Prædictam: de numeroſa oratiōe. Tum ſtilo: Declaratio exercitatōis: ſcriptando oratiōeꝫ. Et alia: Quæ ptinent ad ornatū oratiōis: ut dignitatē: & elegantiaꝫ. Et hæc: Quæ ptinent ad compoſitiōeꝫ uerboꝝ. Limat: Perpolit: ad concinitateꝫ. Formanda: Ordināda: ſanctiēda. Forma: Regula. Rithmicoꝝ: ac muſicoꝝ: Qui rithmos componunt: ſiue cantus. Acerrima norma: .i. exquiſita regula. Fluat: Sine īteruallo comatū. Nec uagetur: Sine ītermiſſione mēboꝝ. Nec inſiſtat: Sicut uerſus

lege neceſſaria quadaꝫ. Interius: Inter certū aliquod limen. Longius: Abſq; modo oratiōis. Conuerſiones: Periodos. Abſolutas: Perfectas: quæ uerba cum ſententiis claudunt. Perpetuitate: Quod eſt incōcinuꝫ: uidelicet uti continēti oratiōe. Et concurſiōe uerboꝝ: Declarat: quod dixit: ꝑpetuitate. Capienda: Intermittēda. Numeris: Pedibus congruis. Eos: Qui huic ſtudēt facultati. Herous: Dactylus: ſiue ſpōdeus. Sic etiam appellaṫ a Quintiliano: ubi de numeroſa oratiōe tractat. Non uocati: .i. ſua ſponte uenient: nullo labore accerſiti. Conſuetudo: Nunc præcipit: qūo pedes nobis preſto erunt. Occurrent inquaꝫ crebro uſu dicēdi: atq; ſcribendi: ſimul & illud admonet: non ſemp iiſdem pedibus claudēdas oratiōes. Scribendi: Quātuꝫ ad ſtilum. Dicendi: Quātuꝫ ad uſuꝫ.

Vt ſententiæ uerbis: .i. ut uſitatis uerbis ſententiæ claudanṫ. Proceris: Proceros appellat anapæſtum: pæona: & creticum. i. ꝑplixos: & quia in longam deſinūt reſpectu iambi: & trochæi: quos Ariſtotelis ſententia dixit non eſſe in oratione neceſſarios. Liberis pedibus: Non qui duabus ſyllabis cohærēt: liberi ſunt: ſed qui triſyllabi: uel in longam delināt: uel in duas breues. Liberos aūt appellat: qui liberæ: ac ſolutæ orationi cōuēiunt. Naſcatur: Incipiat: & præcipit quibus pedibus utamur oratōis initio. Conſidat: Claudatur. Varie: ac diſtincte: Ne clauſula iiſdem pedibus conſiſtat. In conquieſcendo: Finiendo: claudendo. Tunc enim conquieſcit orator. Medii: Quia non ita obſeruanṫ ab auditoribꝰ. Circuitus: Periodus. Breuior: Quaꝫ auriuꝫ iudiciū poſtulet. Aut longior: Ne periodum ꝑducamꝰ ſupra ſpiritū: & latera. Superiora: .ſ. mēbra. Aeque: Similiter. In quacūq; parte: Prima: media: poſtrema. Titubatā: Deerratam. Prima pauci: Ergo nulla media conſiderant. Quæ: Poſtrema. Varianda: Clauſula: ne faſtidiatur ab auditoribus ſacietas. Duo enim: monet rurſus poſteriora mēbra longiora priorib⁹ eſſe debere. Chorici: Lyrici: Inter quos ſunt dithyrābi: a choro dicti: quia lyra canēte: chorus proſeqtur: qui ſunt dithyrābi. In pæone: Qui primis ſyllabis breuibus incipiens: deſinit in longam. Cretico: Prima longa oritur: media breui: poſtrema longa. Viciſſitudines: Alternationes. Quod ſi: Probat non eſſe difficile diligentibus ponere pedes. Antipater: Qui poeta fuit nō uulgaris. Fundere: Carmina proferre. Variis modis: atq; numeris: .i. uariis numeris pedum. Ex tempore: Sine ꝑmeditatōe. Hominis ingenioſi: Qui memoria: & ingenio præditus eſſet. Mente: ac uoluptate: .i. collegiſſet animuꝫ: & ad uerſum contuliſſet. Verba ſequerentur: Non accerſita ueniret uerſibus accōmoda. Illud autem: Quæſtioni reſpondet: qua ratione fieri poſſit: ut indoctus: & impitus muſicæ: poſſit in oratione deꝑhendere quid conſonet: aut diſſonet: quia uidelicet inſitus eſt hominibus tacitus quidam ſenſus: ut in quaq; arte rectum ꝑcipiāq; diiudicent. Illud: Concinuꝫ: uel congruuꝫ. Notet: Obſeruet. Hoc genere: Artiuꝫ. Hoc ipſo: Numeroꝝ: atq; modoꝝ: quod eſt muſicæ. Vis: Proprietas cognoſcendi. Omnes eniꝫ: Vere eſt uis magna naturæ. Sine ulla arte: Eius rei. ſ. de qua iudicat. Artibus: ac ratiōibꝰ: .i. ratiōibꝰ

artiuꝫ. Idꝙ: Intentio argumenti. Si in aliis artibus hoc fit: multo magis in numeris: ac uoce: quoꝝ ꝯsonãtia se nobis: ac dissonãtia naturaliter offert.

Ad quoꝝ intelligẽtiam: Vt recta in hominibus: & a prauis praua diiudicet. Minus habent: Quia si picturam uiderint: aut statuam: in ea pra uuꝫ aliquid deprehendunt. Instrumenti: Adiumenti: ad intelligendam uocum consonantiam. Nam & si uox celerior sit auditu: tamen color nos magis fallere potest in uidẽdo: q̃ uox in audiẽdo. Infixa: Impressa. Necꝙ eaꝝ reꝝ: Quæ cõsonãtiæ sunt: uel dissonãtiæ. Mouent oẽs: Quia tãetsi in iudicãdo acriores sint alii aliis: possunt tamen oẽs sua uolũtate iudicare.

Numeris: ac uocibus: Ad eam rem: qua de agit accõmodatis. In his: Numeris: ac modis. Offensum: Erratum. Contractione: .s. syllabæ: ut uictorin⁹ penultima correpta: & e diuerso: dñs: barbarism⁹ erit. Theatra: Pro spectatoribus posuit. Quid hoc? Si concinẽtes dissoni fuerint: eiiciũtur a populo. In uocibus: In cantibus. Cateruæ: Chori. Discrepantes: Vt si unus sibi ipsi dissentiat canendo. Mirabile est: Miruꝫ est inqnit: cur in iudicãdo doctus: & ĩdoctus sint pene pares. At in faciendo: secus. Numeri: Pedum: in syllabis: uoces in cantibus. Incendimur: Contraria: contrariis. Languescimus: Quia flentis uox fletuꝫ ꝓuocat.

Ad hilaritatẽ: Si canenteꝫ audias. Ad tristiciaꝫ: Si flenteꝫ. Quoꝝ: Gaudendi. s. incitandi: ac dolendi: ad numeros: ad modos: ad uoces. Vt mihi uidet: Ab auctoritate laudat musicam. Maioribus: Vt in capitolio iouis: cum fides adhibent: & tibiæ. Salioꝝ uersus: Ancylia cuꝫ tripudiis ferẽtes: & cantibus. A uetere græcia: .s. Athenis. Cum similibus: Ad philosophiã ptinẽtibus. De puerilibus trãslatiõib⁹: Quo modo uerbis per translatiõeꝫ utamur: quod puerile est. Videt: sentit: Libratis utitur uerbis. Videt in uerbis. Sentit in oratõe. Claudicat: Deerrat. Sentit: Auriũ iudicio. Nobis: Oratoribus. Aptum: Congruuꝫ. Itaqꝫ illi: Concludit: qꝫ maiores illi etiam si periodis non uterent: tamen cuꝫ singula: uel bina: uel trina uerba dicebant: ita collocabant: ut spaciis inter se paribus componerent: ut rem publicã qui tuetur laudandus: qui ꝓsequit detestãdus est. Veteres: Latini scriptores. Hodie: Aetate nostra. Infantia: Ruditate loquẽdi. Aequalibus ĩterspiratiõibus: Spaciis: uel numeris: uel uerbis. Alteꝝ ex altero sequitur. Nam si æquales numeri sunt: & æqualia uerba: par est etiam ĩterspiratio.

EXPOSVI FERE: Epilogum facit omniuꝫ: quæ ad oratoris officium pertinere dixit. Deinde tres dicendi figuras resumit: In quibus præcipit oẽs considerandas esse exornatiões uerboꝝ: & sentẽtiaꝝ. De singuloꝝ: Quia de singulis uerbis dixit trãslatis: nouis: & antiquis. De coniũctiõe: idest compositiõe: ne sit hiulca: neue aspera. Numero: De clausulis: ac piodis.

Plena: Sublimis. Teres: Polita: & exterſa: quia posset sublimis qdeꝫ esse. Sed rudis eadem: & horrida: ut si tumida esset: quæ opponitur graui.

Non sine neruis: Sine uirib⁹: ut uulgaris: quæ opponit humili. Vtriusqꝫ particeps: Grauis: & humilis: quæ mediocris est. His trib⁹: Dignitatem singulis ĩesse dicit: quæ per oẽm oratõeꝫ: sicut sanguis per corpus dif

funditur: ea uero per exornatiões efficitur. Illitus: Tinctus.i. uanus: & fictus. Phuco: Adulterino colore. Nam phucus color est quidaꝫ: qui græce φυκος dicitur: de quo Xenophon in pædia Cyri. Quidam inquit oculoꝝ inferiores palpebrás quodam phuco depingẽtes decorem gratissimũ in aspectu contrahũt. Confirmãdus: Instruẽdus. Verbis: & sentẽtiis: Quibus exornatiões ꝟficiunt. Qui utunt: .i. athletæ: qui præludia faciũt.

Vitandi: Nam præludentes huc præcipue spectant: ut ictum inferre: ac declinare discant: In quo est etiam iocũda quædaꝫ: & mira corporis agilitas: quod item orator confirmãdo: ac refellendo seruare debet: ut cum uenustate utrũq; ꝑficiat: hoc est exornatiõis dignitate. Dicit aũt: uerba ita parata esse debere: ut collocata decorem afferant: sententiæ uero: ut dignitatẽ: & elegantiam. Nam illa exornant: hæc honestant oratiõeꝫ. Innumerabiles: Nunc pene īnumerabiles dicit esse exornatiões. Interest: Inter figuras uerboꝝ: & sententiaꝝ. Admonẽdos: Quia dixit ꝑmutatis uerbis tolli dignitatẽ uerboꝝ: remanere sentẽtiaꝝ: ideo putat admonẽdos: quæ hic obseruãda sit ratio. Translatis: Ab aīatis ad īanima: & ecõuerso. Fictis: Nouis: per deriuatiõeꝫ: uel compositiõeꝫ. Peruetustis: Priscoꝝ uerbis. In ꝑpetua: De qua nunc locuturi sumus. Perpetua.i. cõtinuatis uerbis. Leni: Scilicꝫ ne hiulca sit & aspera uerboꝝ concursio. Frequẽtanda: .i. celebranda. Nam & cõmoratio: Dixit continuatis uerbis lumina quali quædaꝫ effici: quæ exornatiões uerboꝝ sunt: & sentẽtiaꝝ. Et de singulis primo succincte tractat: quaꝝ nomina quædaꝫ in arte noua dixit: quædaꝫ mutat: alia nunc primũ ponit. Est aũt cõmoratio sub eodem nomine: cum in uno firmo argumento diutius cõmoramur. Vna in re: Ostendit quã uim habeant hæ exornatiões. Explanatio: Hãc in arte noua declaratõeꝫ uocat. Sub iecta: Vt tum primuꝫ res geri uideat. Ad illustranduꝫ: Vt intelligat si obscuꝝ. Explicandũ: Euoluendũ: ut ꝑspiciat: si latẽs fuerit. Quãtuꝫ efficere oratio: In narranda re: & exponenda: unde id ita esse uidebit: quod augere uoluerimus. Significatio: Liptote: cum minus dicimus: & plus significam⁹. Concisa breuitas: Hæc & in arte noua tractant. Extenuatio: Et hæc item: cum res extenuat magna. Illusio: Ironiæ quã & cæsar in facetiis uim maximã habere dixit. Ab re non longa: Hæc fit delectationis: aut rei alicuius declarandæ gratia: Quæ ne remota sit nimis cauẽduꝫ est. Conclusio: Quæ breui argumentatiõe ex his: quæ aut dicta sũt: aut facta concludit: quod necessario consequitur. Iteratio: Hæc expolitio est: cum rem unam diuersis modis dicimus. Suplatio: Hypbole: augẽdi: minuendi ue causa supra ueritatem aliquid extollit: aut deprimit. Fictio: Quaꝫ itidem uocauit: cum rebus mutis sermonẽ damus. Huic interrogationi: Hæc subiectio dicit: cum ꝑcunctamur quibus ratiõibus aliquid fieri potuerit: aut non potuerit. Deinde nobis ipsi respõdemus. Dubitatio: Cum dubitamus utrũ potius de duobus: quid ue potissimũ de pluribus dicamus. Distributio: Cum in uariis personis res diuersas distribuimus.

Correctio: Cum uerbo minoris significatõis ꝑposito: aliud maioris afferimus. Vel ante: Vt inimico etiam placari soles: nedum amico. Vel

postq̃: Vt amicꝰ tuus: uel potius noster. Vel cum aliqd a te ipso reiicias: Vt quod nam hoc consiliuꝫ meum? immo uero tuuꝫ. Præmonitio: Hæc licentia: qua nos p̃paramus: cum nobis aliquid assumimus in eos: quos uenerari: aut metuere debemus: & cum in alium traiicimus: hoc est cõferimus culpaꝫ: idq; dissimulãter facimus per licentiaꝫ. Traiectio in aliuꝫ: Cum superiore coniũgit̃: usq; ad cõmutatiõeꝫ: cum ab his p̃contari uidemur: qui audiunt: & quasi consilium petere. Deinde nos ipsi rationes afferimus: quæ alio nomĩe ratiocinatio dicit̃. Moruꝫ: ac uitæ imitatio: Notatio hæc dicitur: cum uniuscuiusq; mores: naturãq; describimꝰ. In psonis: De quibꝰ agitur. Quoddam ornamentuꝫ: Quod maxĩe exornat oratõeꝫ. Ficta inductio: Hanc ꝯfirmatiõeꝫ ĩterp̃tatꝰ est in arte noua: quæ προσωποποιία dicitur. Descriptio: Vt cum aliquid describimꝰ: Vt Cicero. Cæsiuꝫ: rufum: incuruum: narribus aduncis. Erroris inductio: Præcisio est: cum oratiõeꝫ præcidimus: ut maius aliquid suspicent̃ qui audiũt. Occupatio: Cum quod tacere ꝓfitemur: id potissimũ dicimus. Similitudo: & exemplum: Vtrũq; planum est. Veꝝ hæc omnia planius apud Quintilianũ tertio iam anno exposuimus. Digestio: Diuisio. Interpellatio: Cuꝫ ꝓsonas absentes ĩterpellamꝰ per exclamatiõeꝫ. Contentio: Confirmatiõis est: & confutatiõis. Reticentia: Cum recidimus oratiõeꝫ: & reticẽdo plus dicimus q̃ loquẽdo in præcisiõe oĩno omittimꝰ: quod dicturi uidebamur. Hic lænius aliquid dicimus: grauius dicturi tacemus. Commẽdatio: Hæc ex laude sumit̃ clientum. Vox quædam libera: Hanc exagitatiõeꝫ uocat: cum liberius agimus concitandoꝝ iudicuꝫ causa. Effrenatio: Vt laxis habenis: ꝓut uolumꝰ: augendi causa dicamus. Obsecratio: Cum petimꝰ uoce humili: ac submissa: ut nostri misereant̃. Declinatio: Cũ ab ĩcœpto nõnihil diuertimus. Optatio: Cum a diis ĩmortalibꝰ aliquid optamus: & hæ quidem oẽs sententiaꝝ sunt figuræ. Quæ seqũtur magis uerborum.

Oratiõis aũt: Hoc præstant inquit exornatiões uerboꝝ: ut oratiõis sint: uel adiumenta: uel quædam quasi ornamenta. Orationis: τὸ λογον: Ac si diceret uerbi. Armoꝝ: Nam hæ uerboꝝ exornationes quædam quasi arma sunt: quibus territamus hostem: & petimus: Idq; uenustate non mediocri. Leporem: Festiuitatem. Vim: Quia dixit armoꝝ adiumẽta.

Geminatio: Conduplicatio eiusdem uerbi: aut pluriuꝫ iteratio: amplificatiõis: aut cõmiseratiõis causa. Immutatũ uerbum: Hæc agnominatio: quæ fit per additõeꝫ: uel mutatiõeꝫ syllabæ: uel syllabaꝝ: litteræ: uel litteraꝝ. Repetitio: Cum ad idem uerbum redit̃ in principio positum: Vt Scipio Carthaginem deleuit. Scipio numãtiaꝫ sustulit: et c⁊. Conuersio: Cum in fine repetit̃ idem uerbuꝫ: Vt Poenos populus Romanus iusticia uicit: armis uicit: libertate uicit. Impetus: Et conuersio: cum superiore coniũgit̃. Declarat enim quod dixit: In extremum conuersio. Adiunctio: ὑπόζευγμα. Progressio: προτόζευγμα. Distinctio: Hæc noĩatio dicitur in arte noua: Vt cum hominꝫ appellas: et c⁊. Similiter desinunt: Quæ similes exitus habent: ut turpiter audes facere: nequiter audes dicere.

Similiter cadunt: In similes casus exeunt. Aut quæ paribus: Paria

reddunt̃:compar:ubi pari formæ numero uerboꝝ mẽbra ꝓnũciant̃. Gradatio: Cum non prius ad ſequens uerbum deſcendit̃: q̃ ſuperius repetituꝫ ſit: Vnde & cõuerſioeꝫ dixit:quia ad id:quod ante dictum eſt:cõuertimur. Et hæc melior eſt expoſitio:& uerior. Concina trãſgreſſio: Peruerſione: aut traiectione uerboꝝ:ut uirtute pro noſtra: & magna hic caſus oĩbus:qui bene ſentiunt: attulit ſolicitudineꝫ. Diſſolutuꝫ: Cum de medio tollun tur cõiunctiões: Vt gere morem parenti: obſequere amicis: obtẽpera legibꝰ.

Declinatio: Cum argumẽtationi firmiſſimæ non reſpõdemus: ſed inta ctam relinqmꝰ: aut per irriſioneꝫ præterimus. Reprehẽſio: Eſt:cuꝫ ipſaꝫ argumentatiõeꝫ ſoluimus neceſſario.Et hæ duæ non ponũtur in arte noua.

Exclamatio: Cum aliquẽ ĩuocamꝰ:ut te nunc africane alloquor.Et uos æterni ignes: & non uiolabile ueſtruꝫ Teſtor numen ait. Immutatio: Et quod in multis caſibus ponit̃.i.agnominatio:per caſuuꝫ mutatiõeꝫ.Nam al teruꝫ eſt alterius expoſitio. Et quod de ſingulis rebus ꝓpoſitis: Dictum refert̃ ad ſingula .i.cum ſingula ſuo uerbo claudũtur. Et rurſus alia dubitatio: A ſuperiori differens.Nam illa quærit̃ de re:hic de uerbo:utruꝫ potius: aut quid potiſſimũ dicamus: Sicut etiam correctio:alia uerbi:alia rei.

Ratio: Partes argumẽtatiõis: cum ꝓpoſitioni ratiõeꝫ ſubiicimus. Et eſt entymema ex ꝓpoſitiõe: & ꝓpoſitiõis ratione. Diſtributio: Hanc græci διαλημα. Cicero in arte complexioneꝫ uocat:utriq; concludens. Permiſſio: Cum nos:noſtraq; omnia in alicuius poteſtate ꝓmittere dicimus. Di numeratio: Cum pluribus ratõibus numeratis:quibus aliquid fieri potuerit:aut non potuerit:cæteræ tollũtur:una relinquit̃. Correptio: Cum leniori uerbo poſito graui ponit̃: quæ tam uerboꝝ eſt:q̃ ſentẽtiaꝝ. Diſputatio: Cum quærimus:utruꝫ dici conueniat hoc:an illud. Continuatũ: & iterruptum: Illud polyſtheton: hoc dialyton. Cicero in arte noua continuatiõeꝫ uocat: & articulum. Improuiſuꝫ quiddaꝫ: Hoc primuꝫ poſuit. Nam in arte noua: non meminit: cum aliquid nos ex ĩprouiſo ſimulamus.

Reſponſio: Hæc eſt ratiocinatio:cum alicuiꝰ rei raröeꝫ ab aliis poſcimus.

Immutatio: Nomen factiçium de ſoni nomine factum. Diſiunctio: μεροζευγμα. Ordo: ἑρμοσ. Tranſlatio: μεταφορα: Vtcuꝫ uerbuꝫ longius traiicit̃: Vnde etiam traiectioneꝫ in noua appellauit. Digreſſio: ὑπερβατον. Digreſſio: Verboꝝ: Hæc Tmeſis dicitur: Vt hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta.In ſentẽtia hipbatos.Sed tmeſis non niſi in cõpoſitis faciẽda eſt: Vt quo tecunq; uocant terræ:& ſeptẽ ſubiecta trioni. Circũſcriptio: Peribraſis: Alibi circuitio. Sol ille: Demonſtratiue dixit.

Præcipitans: Occidens. Præcipitez: Velocem. Sed tamẽ: Quãuis præcipitãter dixerim. Huius generis exornatiõuꝫ: Quæ ad uerba: ſententiaſq; ptinent. Vſus: Exercitatio. In hoc toto dicendi: In hac facultate rhetorica. Quãobrem: Diuiſit elocutiõeꝫ: in latinitatem:& elegantiam:Deinde in ornatum: & aptitudineꝫ. Primuꝫ quideꝫ de latinitate:& elegantia dixit:Subinde de ornatu. Seqtur:ut nunc de aptitudine dicat:quaꝫ græci το πρεπον: noſtri decorum uocant. Non omni cauſæ: Breuiter quid ſit apte loqui pro dignitate reꝝ: ꝓſonaꝝ:& temporꝫ: ergo omni cauſæ:

ideſt pro dignitate: ſeu qualitate rei: uel grauis: uel humilis: uel mediocris.

Auditori: Vt iudices. Perſonæ: Vt oratores: & clientes. Tempori: Vt alia pacis: Alia belli oratio: Alia ſpacii lōgioris: Alia breuioris. Aliud: Verboꝝ genus. Priuataꝝ reꝝ: Vt humile genus. Deliberatiōes: Ideſt non ſolum qualitates. i. materias cauſaꝝ: ſed etiam genera oſtēdit conſideranda. Demōſtratiuuꝫ: deliberatiuuꝫ: & iudiciale. Deliberationes: Grande poſtulat dicendi genus. Nam ſuadere: & diſſuadere grauibus: maturiſq; ſententiis: ac ratiōibus debet orator. Laudatiōes: Mediocreꝫ dicendi figurā deſiderant: tāetſi per amplificatiōeꝫ laudemus. Iudicia: Ex utroq; conficitur iudicialis generis oratio. Sermones: Docentis: humili genere uerſatur. Conſolatio: Admonētis: mediocri genere uerſatur. Obiurgatio: Reprehendentis: grandi genere. Diſputatio: Inquirentis: humili genere rurſus. Hiſtoriæ: Scribentis: ſublimi genere conſtat. Refert: Ad rem pertinet. Senatus: an populus: Apud illuꝫ graues: apud hunc uulgares ſimus. An iudices frequētes: Quia ſi frequētes pēſſent: grauiore: Si ſinguli: humiliore uteremur. Tempus: Hactenus de re: ac ꝓnis. Nunc de tempore. Si ꝑperat: eſt inquit breuius: Si uacat: longius dicēduꝫ. Plenioris: Ad ſublime. Tenuioris: Ad humile. Mediocris: Ad commune.

Fere: Ideo dixit: quia aliæ exornatiōes aliis cauſis accōmodatiores ſunt.

Contētius: Cum utimur exornatiōibus ad cōfirmandū. Permiſſius: Ad ornanduꝫ. Artis: & naturæ: Quia utraq; docet quid docendum ſit. Nam principia artis a natura ꝓficiſcunt.

SED HAEC OMNIA: Penultīo expedito capite: Quomodo .ſ. apte loqui poſſit orator. Nūc ultimū: id quod reliquꝫ erat aggredit: de ui ꝓnunciatiōis. Perinde ſunt: ut agunt: Talia ſunt quēadmoduꝫ ꝓnūciāmus: quia hæc omnia tam longa diſputatiōe præcepta etiam ſi ſeruarentur: ſine pronūciatione cōgrua: nihil: aut parum ualerent. Ab æſchine: Hoc idem Gellius refert: & Plinius in naturali hiſtoria. Aeſchines īquit Athenienſis ſummus orator cum accuſatiōeꝫ: qua fuerat uſus: Rhodiis legiſſet: legit & defenſioneꝫ Demoſthenis: qua in illud depulſus fuerat exilium: Mirātibuſq; tum magis fuiſſe miraturos dixit: ſi ipſum orantem audiuiſſent: calamitatis teſtis ingens factus inimici. Propter ignominiam iudicii: Quod a Demoſthene ſuperatus fuiſſet. In: Contra Cthesiphontem. Nam Socrates orōeꝫ pro Cthesiphonte habuit. Admirātibus: Rhodiis. ſ. Quo: Reſpōſo. ſ. Quātuꝫ eſſet in ꝓnūciatiōe: .i. quātaꝫ uim haberet ꝓnūciatio. Actione mutata: Quia ſi alius ꝓnūciaſſet: aliā feciſſet uideri orōeꝫ. Quid fuit? Poſt commēdatiōeꝫ: Nunc ea cuiuſmodi eſſe debeat: præcepta tradit. Auctoritate: Vim commēdauit actiōis: Nunc exemplo idem facit: Dicens mirifice hoc in Graccho apparuiſſe: cum fratris mortem defleret. Quo me miſer: Cum. C. Gracchus Tiberii fratris legeꝫ agrariaꝫ exuſcitaret: his uerbis in contione utebat. Senſus eſt. Locum ſibi nec in ciuitate relictuꝫ: niſi populi Romani fide iuuetur. In capitolium ne? Ibi eniꝫ a Scipione Naſica: frater oppreſſus fuerat. Miſeram: Mœſtam. Lamentanteꝫ: Filium tam crudeliter cæſum. Abiectam: Sordidam: & ſqualeſcēteꝫ. Inimici:

Si inimici flebant: quid cæteri? Hoc ideo dico: Vſq; adeo ꝓnũciationeꝫ commẽdo: quia oratores in eo q̃to ſunt negligẽtiores: tanto magis admonendi uidenť. Hiſtriones: Qui non uera narrant: & plerũq; nec ueriſimilia.

Occuparũt: Vſurparũt. Sine dubio in omni re: Occurrit quæſtiõi: ipſam per ſe ueritateꝫ ſatis ualere poſſe ſine imitatiõe. Vincit: Quia plus uirium ueritas habet: q̃ imitatio. Declarandam: Cum rem ueraꝫ exponimus. Imitanda: Cum ueriſimilẽ dicimus: uel declaranda: uerbis: imitanda geſtibus. Obruitur: Opprimiť: ut ſecerni nõ poſſit. Plus eſt q̃ obſcurari. Diſcutienda: Eiicienda: tranſlatio a ſole: qui nubes diſcutit.

Eminentia: Apparentia. Prompta: Manifeſta. Omnis eiꝫ motus: Poſt ꝓnũciatiõis commendatiõeꝫ: Nunc ea cuiuſmodi eſſe debeat p̃cepta tradit. Omnis eniꝫ motus: Iræ: miſericordiæ: indignationis: lenitatis: manſuetudinis. A natura habet uultum: Quia ſi ad indignatiõeꝫ concites: natura monet: ut terribileꝫ uultum: Si ad miſericordiam: flebilem. Et ſic de cæteris pro cuiuſq; affectus qualitate. Totũq; corp⁹: Totius corporis motum: minabunduꝫ: placabnnduꝫ: lenem: uehementẽ: ſummiſſuꝫ. Animi: Vel commiſerãtis: uel indignãtis. Incitantis: uel lenientis. Voces: Quia uoces in homine ſunt quædaꝫ quaſi chordæ in cythara. Eſt aũt fides cytharæ genus: ſic dicta: ut feſto placet: ꝙ ita eius chordæ ĩter ſe conuẽiant: ſicut fides inter homines. Cita: Velox. Acuta: Intenſa: & acris. Grauis: Remiſſa: & plena ſeueritatis. Magna uox: Canora: magna: & altitona.

Parua: Modici toni. Quas tamen inter: Quia in cita uelim acutaꝫ eſſe: ut res poſtulare uidebiť. His: Prædictis uocibus. Plura genera: Scilicꝫ oratiõis: quia alia aliis ꝓnũcianť uocibus: ſicut ipſe cõtinuo declarat: ut lene: aſpeꝛ: cõtractuꝫ: diffuſuꝫ: continẽti ſpiritu: & cæ. Plura: Quia in unum deriuãtur. Lene: Mite. Contractuꝫ: Abreuiatuꝫ. Diffuſum: Contracto oppoſitũ. Nam lene: & cõtractũ in humile. Aſpeꝛ: diffuſuꝫ: in graue. Spiritu: Vt uno ſpiritu multa dicam⁹. Intermiſſo: Vt mẽbris cædať oratio. Fractum: Tremula uoce: cum metum ſignificamus.

Sciſſum: Solutum: cum & mẽbris: & ſermõibus ipſis .i. uerbis ſingulis interrũpiť oratio. Flexo: A graui ad acutuꝫ: a mediocri ad utrũq;. In flatum: Intenſum. Extenuatuꝫ: Remiſſuꝫ. Aliud: Declarat exẽplis: quo uariis generib⁹ oratiõis uariæ ꝓpoſitæ ſint uoces. Continẽti ſpiritu: Ideſt non ĩtermiſſo: ſed uoce diuerſa. Nam lene: paruam: & grauem uocem: aſpeꝛ: magnã: & acutaꝫ deſiderat: & ſic de cæteris. Et ſic apparet oĩa genera oratiõis in tria deriuari: & ſpecies uocis iteꝫ oĉs in tres: intentã: remiſſaꝫ: mediocrem. Impius me: Thyeſtes ad populum de fratre Tereo. Aliud miſeratio: Pergit diuerſos ꝓnunciãdi modos diuerſis exemplis oſtendere: docens ſingula ſuam ꝓnũciatõeꝫ reqrere pro cuiuſq; rei qualitate: uel lætæ: uel mœſtæ: uel grandis: uel humilis: uel mediocris: uel acris. Flexibile: Quod flectere poſſit auditores. Plenum: Quod ſentẽtiã abſoluat. Interruptum: Vt ĩteruallis quibuſdaꝫ uerba ꝓnũcienť. Flebili uoce: Vt uox fletum imiteť. Quo nunc me? Verba Medeæ pulſæ a Iaſone ſupĩdu ſta Creuſa. Quo tendaꝫ inquit? Patrem: Oetam: quẽ ꝓdiderit. Peliæ:

cuius filias in patris cædez ppulerat. Aliud: .ſ. ꝓnũciandi genus. Demiſſum: Humili uoce. Hæſitans: Trepidus quid agat. Abiectuz: Remiſſum. Timido ſanguine: Sanguis enim extrema corporis deſerens ad cordis opem concurrit timore īminente. Contentuz: Intenſum. Vehemens: Spiritu uehemẽtiore. Imminens: Crebro inſiſtens. Grauitatis: Aſperitatis: ut in ea cõcitatiõe quædaz inſit aſperitas. Aliud: Genus uocis.ſ. Effuſum: Paſſim ſolutũ.i.diſſolutuz. Tenez: Humanũ. Remiſſuz: Sine ulla intenſione. Cum ſimulabat puella: Introducit enim adoleſcens alloqui adoleſcẽtez: cuius amica ut diſſimularet amorez: coronaz ſocio eius dettulit: quẽ amabat: quod is: qui eam accepat. Intellexit: & ſodali declarauit. Delicate: Deliciis ſimile: hæc oĩa læta enũciant uoce feſtiua.

Aliud moleſtia: Quia moleſtia plerũq; habet cõmiſerationez. Preſſu: Compreſſiõe: ut una: eadẽq; uoce: & oratiõe cõtinua utamur nullis interualis. Qua tẽpeſtate: Verba Andromachæ dicentis ſe aſtianacta concepiſſe: quo tẽpore Paris Helenam uexit ad Troiam. Omnes aũt hos motus: Hactenus de uoce: Nunc de geſtu dicere incipit. Hos: Siue conciliandi: ſiue concitandi: ſiue exhilarãdi: ſiue triſtificandi. Scænicus: Quez in ſcænis hiſtriones obſeruant. Sed: Geſtus debet conſequi: ſed uniuerſaz rem non uerba: ſed ſenſus rei: qua de agit. Demõſtratiõe: Vt eam quaſi demõſtra re uelle uideat nimio corporis motu. Sed ſignificatiõe: Vt ſigno aliquo corporis modeſtiore explicare uideamur: quod intẽdim⁹. Inflexione: Mediocri latez mutatiõe: ꝓut rei qualitas poſtulabit. Virili: Non effœmi nata. Ab armis: A certamine uero. A palæſtra: Ab imagine certaminis. Naz palæſtra pro omni ꝑludio accipit. Arguta: Velox: audax: alias canoz: alias breue. Subſequẽs: Poſt ſenſus. Nam quæ ſenſus uerba: qui uerba ſubſeqtur: geſtus eſt. Brachiuz ꝓcerius: Hoc fit in contẽtiõe: quæ propria eſt cõfirmatiõis: & confutationis: nõnunq; etiam in amplificatione.

Supploſio: Supplodere: eſt pedez terræ ĩcutere: quod ab oratore interiz fieri ſolet. Sed ſi: Poſt corporis motus: de geſtibus uultus nunc dicere incipit. Ore: Vultu. Dñatus: Oculi principatũ obtinẽt. Quo: Propter quod. Ne Roſiuz quidez: Eo q; ipſius ꝑſonati oculos uidere non poterant: ex quibus mentez eius agnoſcerẽt. Eſt animi: Ad aĩuz pertinet.

Melius: .ſ. iudicabãt Roſiuz: qui oĩbus præſtabat. Nam: Vere oculi: animũ indicant: & uultum. Neq; uero: Ratio: q; hæc pars corporis ſignificãdo: & cõmutando motus animi referat: quia ſi quis uno obtuitu ꝓnunciet: nihil efficiet. Theophraſt⁹: Probat auctoritate Theophraſti. Qua re? Quãdoqdez tanta uis eſt in oculis. Qui in agendo contuens: .i. cuz fixis in aliquẽ oculis dicim⁹. Remiſſiõe: Vt ſi cõmiſeratiõe utaris: quẽadmoduz illud Virgilii. Hunc ego te Euryale aſpicio: & c⁊. Coniectu: Si oculos in aliquem repente conieceris. Vt hic ille noſtroz proditor conſilioz.

Hilaritate: Quia ſi quid lætum dixeris: debes oculoz hilaritatez cum lætitia ſignificare. Aperte: Congrue. Cum genere ipſo: Cum rei qualitate. Secunduz uocem: .i. poſt uocem. Quæ ſunt actiõis: Quæ ptinẽt ad ꝓnũciatiõez. A natura data: Quia natura ipſa uidet inſtruxiſſe

genus actiõis. Præteruolãt: Prætereũt. Iisdem: Quibus ipsi utunt.

Agnoscunt: An idonei sint. Et in se ipsi iudicant: Nam quos in aliis ualere cognouerint: aut contra eos: in se tales esse iudicabunt. Ad actiõis autez usum: Hactenus de gestibus corporis: & præcipue oculoꝝ: & uultus: ubi maiorẽ uim ieſſe disputauit: Nunc de mollitudine uocis Nunc intẽdendæ: nunc remittẽdæ. Vox obtinet: Voce pars magna parat: uel perdit utilitatis: & laudis. Primuz optanda uox: Quia naturale bonuz est: sed a natura datum conseruari potest diligẽtia. De quo: Vt dicaz qũo uox seruari possit. Nihil: Quia medicoꝝ est: & sophistaꝝ. Illi remediis: hi declamatiõibus uocem conseruant: ac meliorez etiam reddũt. Illud: Quo modo uox teneat. Decet: Decoꝝ est. Hoc & superius disputauit. In oib⁹ ferme rebus: uel natura creatis: uel arte excogitatis: quicqd utile esset: ac necessariuz: idem gratum etiam esse: atq; iocunduz. Nam: Primo docet: quæ utilia sint uoci: Deinde probat eadem decora: iocũdaq; esse. Crebra mutatio: Remissæ ad intensaz: mediocris ad utrãq;. Effusa: Dissoluta: immoderata: & effrenis. Nam si quis a contentiõe inciperet: in ipso ꝓnũcian di cursu deficeret. Aptius: Conueientius. Vicissitudine: Vt intensa: mediocri: hæc illi plerũq; cædat. Varietate: Vt uarient uoces uarios affectus imitantes. Commutent: Aliæ cum aliis. Habuit ad manũ: .i. paratum habuit quotidiana locutio. Peritum: Musicæ. s. Remitteret: Remissa uoce uteret. Audiui: Respõdet Catullus: recte sentire Crassum: q; illum Gracchi clientez agnouerit. Illos. v. .s. Tiberiũ: & .C. Gracchos.

Fraudem: .i. pœnam. Sed tamẽ aliud est fraus: aliud pœna: quẽadmodũ Vlpianus sentit. Fraus inquit sine pœna esse potest: Pœna sine fraude esse non potest. Pœna est noxæ uindicta: Fraus etiaz ipsa noxa dicit. Quanq;: Deplorat hic Crassus ciuitatis statum. Ea tella texitur: .i. is in ciuitate mos instituit. Posteroꝝ: Eoꝝ: qui post nos uenturi sunt. Similes. T. & .C. Gracchis. Non tulerũt: Passi nõ sunt. Mitte: Pergentẽ deplorare Crassum ab eo sermõe reuocat Iulius. In omni uoce: Reddit: quod omi serat: cur fistulæ mentiõez fecerit. Gradatim: Quia principia lenia esse debent. Deinde est quoddam: Cum sensim ad cõtentiõez ꝓueneris inqt: cauendum est: ne acutissimaz ascendas. Quã acutissimus: .i. sonus uocis supremus: quez uox transcẽdere nequit. Inferius: Humilius. Quo: Ad quem clamorez acutissimũ. s. Cum eburneola fistula: Quintilianus hoc idem libro primo ĩstitutiõuz oratoriaꝝ refert. Ait enim. Sed ne hæc qdez præsumenda pars est: ut uno interim contẽti simus exemplo. C. Gracchi ꝑcipui suoꝝ temporꝝ oratoris: cui concionãti consistens post eum musicus phystula: quaz Tonarion uocant: modos: quibus deberet intendi: ministrabat.

Fore dicis: Hoc loco manifeste apparet: quid differat ĩter fore: & esse. Illud enim de ꝑsenti: hoc de futuro dicit. Remissione: Declinatiõe: ad ĩfimuz. Gradibus: Sonoꝝ ordinibus: ut in musica uidemus. Mutatio: Quia inter se mutant. Edidi: Nunc disputatõez suam claudit Crassus.

Sed ut me: Ac si diceret: longius si uacasset: diseruissez. Scitum: Sapiẽs. Cõferre: .i. ad tẽpus orõez accõmodare: ut pro tẽpore dicas breui:

ſiue longo. Afferrem: Traderez. Diuinit⁹: Quaſi nō humana p̄cepta fuerint: ſed diuina potius. A græcis: Non quaſi græcoꝝ diſcipulus: ſed doctor affuiſſet huic diſputationi. Omnibus: Quæ ad oratorem ptinēt.

Cauſam africæ: Quia obiectum fuerat africæ: q̄ primo contra fœdus claſſem: exercitūq; paraſſet in numidiaz. Bithyniæ rege: Cui obiectum eſt: q̄ Hannibalem: hoſtem populi Romani ſuſcepiſſet hoſpicio. Iſti: Hortenſio. Vigilanduz: Ne nos uincat adoleſcens. Suæ ætati: Satis eſt: ſi ſupra ætatez eloquens exiſtit. Vix honeſtū: Ac ſi diceret: nō cupio: quod uix honeſtum eſſet. Præcurrere: Anteire. Curemus: Curamus eniz corpora iis ferme modis: cibo: ſomno: lauacro. Laxemus: Soluamus: libe remus. Tranſlatio ab aratore: qui boues finito opere diſiūgit ab aratro.

.DEO GRATIAS.

FINIS Commētarii Omniboni Leoniceni Rhetoris præſtātiſſimi: In. M. Tullii Oratorem. Quod Vicentiæ non minus accurate eſt emendatum: q̄ diligenter impreſſum. Anno Saluatoris .M. .CCCC. .LXXVI. Vndecimo Cal. Ian. Xiſto Summo ponti. Atq; Andrea Vendramino Venetiaꝝ Principe optimo.

(170)

Z.Z.J.19.